Apies pſamis regis ægypti filius & ſucceſſor: quem amaſis per conſpirationem interemit poſt quem Cambyſes Cyri filius. Tor.
Aptotus ſine caſu. Tor.

Apluda romæ.Au.gel.quære.
Aprica:amoena temperata:ut ducet & apricis collibus uua colorem.Ho.li.car.
Apricatio pro apricitas.Ci.de ſenec.ubi enim poteſt ulla ætas aut calefacere apricatione meluias uel igni.
Apage græcum eſt:ſignificat recede uel abi ad uerbia interim:licet.
Aqua dicitur a qua uiuimus. Aqua & ignis tã tum interdici ſolet damnatus.Fe.
Aquaitercus hydropicus morbus quaſi aqua inter cutem.M.T.de offi.li.tertio ſiquis me dicamentum cuipiam dederit ad aquam in ter cutem.Nonius.
Aqua dicitur æqua ſumma. Varro.
Aqua aquula.Plautus in curculione.mane ſuf fundam aquulam. Priſcianus.
Aqua quottidiana non eſt illa quæ quottidie ducitur:ſed ea qua quis quottidie poſſit uti ſi uellet: q̃q̃ quottidianum iterdum hyeme ducere non expediat:& ſi poſſet duci.Vlpia. de aqua quottidiana.
Aqua & igni cur in nuptiis quære in dictione nupta.
Aquã accipiũt nuptæ uidelicet quia hæ duæ res uitam maxime continent.Itaq; funus ꝓ ſecuti redeuntes ignem ſupergrediebantur aqua ſparſi. quod purgationis genus uoca bant ſuffuſionem.Fe.
Aquaginum quaſi aquæ aginæ:ideſt aquæ du ctus appellatur.Fe.
Aquarioli dicebantur mulierum ĩpudicarum ſordidi adſeclæ.Fe.
Aquari eſt aquam haurire. Virgi. geor.li.iiii. Sed circum uites ſub moenibus urbis aquã tur. Ser.
Aqualiculus proprie porci eſt.
Aquatilis a nomine uel a uerbo: eſt animal in aqua degens.Lau.
Aquarius undecimum ſignũ zodiaci poſt ca pricornum:unde ipſam uim ſolis oſtendit. unde enim imber caderet in terris niſi ſolis calor ad ſupera traheret humorem:cuius re flexio pluuialis eſt copia:nam poſt capricor num eſt qui ab inferis partibus ad ſupera ſo lem reducit. Macro.
Aquatum ibant & aquatu ueniebant inqt.Li.
Aquæ mons. Vir.hoc pulchrum eſt.Ma.
Aquælicium dicitur cũ aqua pluuialis reme diis quibuſdam elicitur:ut quondam ſi cre ditur nauali lapide in urbem ducto.Fe.
Aquipenſer genus piſcis.Fe.
Aquilex aquam colligens. Var. in quinquatri bus. An hoc præſtat Hero. Silius diogenes. quam ille e uentre aquam mittit: ad hoc te iactas:ad hoc pacto utilior te thuſcus aqui lex.Nonius.

Aquimentum poſitum eſt non æquamentũ quaſi parem uicem: ſed mercem pro eo qđ dicitur amiſſum. Var. ſexage. an ſi equã emiſ ſes quadrupedem ut aſino meo reatino ad mitteres quãtum popoſciſſes dediſſem aqui menti. Nonius.
Aquilius prænomen ab aquilo colore:ideſt ni gro colore eſt dictum.Fe.
Aquilo uentus a uæhementiſſimo uolatu ad inſtar aquilæ appellatus eſt.Fe.
Aquilus color eſt fuſcus ſubniger a quo aqui la dicta eſt:quãuis eam ab acute uidendo di ctam uelint.Fe.Pom.
Aquiminarium Caſſius ait conſultum ſe re ſpondiſſe quum alteri argentum potorium alteri eſcariũ:legatio eſſe eſcario cedere.Põ poni.de au.& ar.le.
Aquitanos nuncupabant qui ad ſeptentriona lem pyrenes partem & cemmenam habitãt uſq; ad oceanum & intra garumnã flu.ſecũ dum Cæſaris diuiſionem.at Auguſtus aqui tanos extollens inſuper decem adiecit gen tes ex his quæ inter garumnam & ligiri flu. colunt. Sũt autem numero quattuordecim Exiles uero ignobiles dicimus hodie equita nos a pyreneis ad germaniam. Aquitania eſt ubi uaſconia ubi bordeus ubi aquæ calidæ ſunt quas ſectias nominant:iuxta maſſiliã. Strabo.
Aquileiam nonnulli norici carniq; tenent.St.
Aquileia ſinui adriatico proxima a Romanis condita eſt & extra Venetiæ fines: flumine enim ex alpibus deſcendente diſterminatᷣ:ꝑ quod ſurſum nauigatur ſtadiis mille ac du centis urbem uſq; norciam ubi Cneus car bo collatis aduerſus Cimbros ſignis re infe cta diſceſſit. Fontes ſeptem fluuialis aquæ ĩ luco ſunt in ſinu aquileiæ:qui mox mare ir rumpit lato profũdoq; ſane fluuio reliquos uno dumtaxat excepto habere ſalſas aquas Polybius refert:locumq; ipſum maris fontis & matrem ab indigenis uocari.
Aquilius autem color ab aqua eſt noĩatus:nã cũ ãtiqui duos omnino naturales noſcerẽt ideſt album & nigrum: interuenerunt duo quoq; qui neutri ſimiles eſſent ut tamen ab utroq; proprietatem trahit: potiſſimum ab aqua eum nominauerunt:cuius incertus eſt color.Fe.
Aquitania regionum latitudine & multitudi ne hominum ex tertia parte galliæ exiſtimã da eſt:hanc garumnam flumen a celtis diui dit:quæ & oceanum mare accigit. In hac ſũt Metropoles burdegaléſis auxitana:earumq; ſuffraganeæ: pars item aliarum metropolũ extra terminos eoſdem Scytharum:quæ ta men Aquitaniæ attribuuntur:de quarũ nu

mero eſt pars bituricenſis.prouincia duca-tus quoq; Aquitaniæ i quo fere uigiti duæ ciuitates numerantur:inter quas baiona in ſuper Vaſconia & patria ligua auxitanæ co-mitatus arminiaci ac pictauienſis deffuſſo ac debegora principatuſq; & dominia mul ta alia in ea conſiſtunt in francorum regno ex maxima parte ſita.

Aras littus quod eſt in thracia andrii & chal-cidenſes habitandi cauſa in thraciam profe cti ſane urbem pro optione habitandi occu parunt:Sed cum barbaros acanthum reliqſ ſe accepiſſent duos ſpeculatores ad urbē mi ſerunt:qui cum eo ueniſſent:& acāthios re-licta urbe fugam animaduertiſſent arripuiſ-ſe chalcidenſis quidem ſpeculator præcur-rit quaſi urbem chalcidenſibus præoccupa-turus:Andrius uero relictus haſtam conie-cit:quæ cum portæ inhæſiſſet.Andriorum prius urbem ſe haſta percepiſſe exclamauit. Inde orta diſſenſione ſine bello inter ſe con uenerunt: ut erytrhæis ſamiis cypariis om-nibus:omnibus de rebus arbitris uterentur cumq; erythræi & ſamii ſuffragiis ſuis rem andriis adiudicaſſent:parii contra pro chal cidenſibus ſententiam dediſſent: quibuſdā ſe circa angliam imprecationibus deuoue-rūt.Si aut ipſi pariis uxorē dediſſent:aut ab illis accepiſſent:& ob eam rē aras littus ap-pelauerunt cum dracentes Antea dicerent.

Aras Varro eſt autor anſas dictas quod eſſet neceſſarium a ſacrificātibus teneri.anſis aūt ſolere teneri uaſa quis dubitat: cōmutatiōe igitur litterarum aras dici cæptas:ut ualeſi-os & fuſios & pluſima ꝑ qbus dicimus uale rios furioſos plurima:ut feſtus etiam refert: pro laribus feris maiorbus melioribus uete res dixerunt laſibus feſiis:maioſibus melio ſibus & arboſes ꝑ quo nos arbores Virgili us quoq; hoc idem ſignificare uidetur cum ait talibus orantem dictis araſq; tenentem: ergo ut ex āſa remota littera n aſa prio poſt uero cōuerſione s in r ara dicta eſt ſic ab eſu primū eſura poſtea eruca uideri pōt dicta.

Arachnen græci dicunt:nos dempto c & aſpi ratione dicimus aranea in nomine proprio arachne uertunt multi c aſpiratum & non arachnen ſed aragnem dicunt.

Ara obſecratio uel ſecūdum Seruium preces unde imprecatio.

Ara inquit Var.in libris diuinaꝝ rerum.

Arius deus appellatus: araq; ei ſtatuta ē quæ eſt infima noua uia:ꝙ in eo loco diuinitus uox edita erat Au.gel.

Ara Var.diuinarū rerū libro quinto.aras pri-mum anſas dictas ꝙ eſſet neceſſarium a ſa-crificantibus eam teneri: anſis autem tene-ri ſolere uaſa quis dubitat:cōmutatiōe igiť lraꝝ aras dici cæptas ut ualeſios & fuſios di ctos prius.nunc ualerios & furios dici.hæc omnia illo uerſu poeta executus .ē. Talibus orantem dictis anſaſq; tenentem.Macro.

Arabis Apollinis ex Babylone filius qui ſecū-dum quoſdam medicinam iuenit.Tor.

Arabia inter Iudæam & Aegyptum ſecūdum quoſdam ab arabo ſupradicto.Solius ſacrā interpretatur.Et eſt triplex fœlix ſecundū Plinium:plana inter tigrim & euphratē:alia petroſa:alia deſerta.Inde arabs & arabus.T.

Arabia a nilo ad rubrū mare ptinet: ſed illic magis læta & ditior:thure atq; odoribus ab undat.hic niſi qua iam taſio monte attolli tur plana:& ſterilis portum admittit: Azo-tum ſuaꝝ mercium emporium.Qua in al-tum abit.adeo edita ut ex ſummo uertice a quarta uigilia ortum ſolis oſtendat.Pom.

Arauſis iuxta acatam ex gebennis demiſſus ſecundum bliteras obris fluit.Pom.

Arādicus mioris aſiæ flu.noiabať oli littus.

Arabarches princeps arabum.Tor.

Arabia panthia ſabæi gens eadē ubi thus na-ſcitur.ut ſolis thurea uirga ſabæis.Item.To taq; thuriferi panchaia pinguis arenis. Ser.

Arabiæ tres ſunt:petrodes:eudemō & ſabæi. Seruius.

Arabice olet:ideſt ex odoribus arabicis.Fe.

Arabis fluuius garmaniæ: apud celonopha-gos labens qui quidem ſunt homines teſtu dinum conchis caſas tegentes:hirti coriiſq; piſcium ueſtiti incedentes.

Araris fluuius galliæ narbonenſis a mōte uo-ſego per eduorum & ſequanorum fines an te lugdunum burgundiæ commiſcetur rho dano:cuius impetu ſegnis curſus incitatur. Tortellius.

Aræchieræ urbs in pelopōneſo amœna ſecū dum Homerum.Tor.

Ararus ſcytharum fluuius.Herodo.Tor.

Aratrum.græ.αρατρpν Tor.

Aratrum ꝙ eruat terram.Var.

Aratus cilicus zenōis auditor poeta poſt Ale xandrum apud antigonum fuit qui ignarus aſtrologiæ uerſibus de ea ſcripſit: ſecūdum Ciceronem qui eum traduxit.Tor.

Araxes hunc fluuium ita appellauit armenus Iaſonis ſocius ex penei theſſali ſimilitudie q araxes quoq; dicitur:quoniam ille abrūpit oſſam olympo & tempe e montibus in pla nitiem lapſus olim non habuit exitum.Sed Iaſon imitatus tempe theſſaliæ uiam muni uit.ꝑ quā i mare caſpiū deferť. Herodotus ex martiana cum profluere putauit & ſcin-di in quadragita amnes diuidereq; Scythas & bactrianos.

Araxes multi ĩ eo ſinu magni paruiq; ãnes fluunt ſed qui famam habent ex ceraunñs mõtibus uno alueo aſcendit duobus exit in caſpium:araxes tauri latere demiſſus quoad campos armeniæ ſecat:labit̃ placidus & ſiles neq; ĩ utrãq; partẽ eat:q̃q̃ intuearis manifeſtus.cum in aſperiora deuenit hinc atq; illinc rupibus preſſus: & quanto anguſtior tanto magis p̄nix frangit ſe ſubinde ad oppoſitam cautium atq; ob id ingenti cũ murmure ſonãſq; deuoluitur adeo citus ut quã ex præcipiti caſurus eſt:in ſubiectã non declinet ſtati undam:ſed ultra q̃ canalem hẽt euehat plus iugeris ſpatio ſublimis & aquis pendentibus ſemet ipſum ſine alueo ferens deinde ubi incuruus arcuatoq; amne deſcẽdit:fit tranquillus iterumq; per campos tacitus & uix fluens.Pom.

Arachne:ut fabulæ ferunt:in lanificio certauit cum pallade ut ex hiſtoria ſcribit Plinius:prima repperit linum & retia & eius filius deſter fuſos in lanificio.

Arabia diuidit iudæã ab ægypto quæ triplex eſt autore Ptolemæo fœlix petroſa & deſerta.arabs & arabus dicitur.

Aarabici ſinus cuius & os artius & latitudo mior eſt maior aliquãto receſſus & multo magis longa latera init penitus. introrſuſq; dum ægyptum pene & montem arabiæ caſiũ attigit:quodam faſtigio minus latus: & quo magis penetrat anguſtior.Pom.

Arabia excurrit inter ſinum perſicum & arabicum cognomen eudæmon anguſta uerũ cinnami & thuris aliorumq; odorum maxime ferax maiorem ſabæi tenent partem hoſtio proximmam & carmenii contrariã magnæ frontem quæ inter oſtia oſtenditur ſil uæ cauteſq; exaſperant aliquot ſunt in medio inſulæ lytæ ogyriſq; in ea erythræ regis monumentum eſt magis clara q̃ ceteræ alterum ſinum undiq; arabes incingunt ab ea parte quæ introeuntibus dextra eſt.Pom.

Araxes armeniæ fluuius:ſuper quo Alexãder pontem fecit.deinde Auguſtus & Germanicus &.T.claudius Cæſar ex monte periacles armeniæ mare caſpium influit.

Aracyntus mons Mineruæ ſacer:quem alii ĩ actica:alii in boetia:alii in arcadia: Solinus & Plinius in acarnania.Tor.

Arabs & arabus dicimus:ſicut hiberus.ut in Luca. occurrit hiberis.ſimiliter æthiopus æthiops.Seruius.

Arar prorſus celtarũ fluuius eſt nunc ſagona dictus oritur in dioceſi tulẽſi finibuſq; burgundiæ:&l otoringiæ:non lõge a monte uoſego quo moſa flumen profluit interſecat burgũdiam impialem quem comitatum appellãt:& regalem qui ducatus dicitur & gra iacũ:Aſſonãq; burgundiæ oppida cabillonem ac mantiſconem ciuitates tũc heduorũ oppida ꝓlaſpus lugdunũ urbem rhodanum influit quem fluuiũ Vir.in bucolicis: Luca.iu primo:& Tibullus in elegia ſua ſeptima memorant.

Araris facit ararim: non autem arar. Priſcianus.

Araneus maſculini generis apud maiores animal ipſum ſignificat.fœminino autem genere rætia quæ faciunt.Virgilius tamen cõfundit.

Arat rugis.Virgilius & frõtem obſcœnam rugiſarat arat nõ nimie:ſed pulchre dictum. Macrobius.

Aranta fluuius eſt:lacedæmoniæ ciuitati uicinus.

Arar germaniæ fluuius eſt e uoſego effluens mõte & per fines heduorum atque ſequanorum adeo leuiter currit ut uix intelligi poſſit quam in partem deſcendat tãdem miſcetur rhodano.

Arbiter iudex.quia totius rei habet arbitriũ & poteſtatem.Fe.

Arboſem antiqui pro arbore dicebant & roboſem pro robore.Fe.

Arbitrium ſententia quæ ab arbitro ſtatuit̃. Feſtus.

Arbitrarium cum adhuc res apud arbitrium geritur.Feſtus.

Arbitriũ recepiſſe uidetur:ut Pedius ſcribit libro nono qui iudicis partem ſuſcepit finẽque ſententia ſua ſe controuerſiis impoſiturum pollicetur quod ſi hactenus interuenit ut expetiretur an conſilio ſuo uel auctoritate diſcuti paterentur litem non uidetur arbitror arbitrium recepiſſe.

Arbitrorum duo genera ſunt.unum eiuſmodi ut ſiue æquum ſiue ſit iiquum parere debeamus:quod obſeruatur quum compromiſſo arbitrum itum eſt.Alterũ huiuſmodi:ut ad boni uiri arbitrium redigi debeat & ſi nominatim perſona ſit compræhenſa cuius arbitratu fiat:ueluti cum lege locationis compræhenſum eſt ut opus arbitrio locatoris fiat.Pau.pro roſcio.

Arbitratu Lucii:Ticii fieri hæc uerba ius ſignificãt:& in ſeruũ nõ cadunt.Vlpianus de uerbo.ſignificationibus.

Arboris appellatione uites contineri plæriq; ueterum exiſtimauerũt:hæderæ quoque & arundines arbores non male dicuntur.Item de ſalicto dicendum eſt. Sed ſi qui ligneas uirgas inſtituendi ſalicti gratia defixit hæcque anteq̃ radices egerunt ſuccidantur aut euellantur:recte Pomponius ſcribit: nõ poſ

ſe agi de arboribus ſuccisis:quum nulla arbor proprie dicatur quæ radices non concẽperit.ꝙ ſiquis ex ſæminario: id eſt ſtirpitus tranſtulerit radices earum:quanuis nondũ compræhenderit terram: arborem tamen Pomponius libro decimonono ad Sabinũ probat:Ideo ea quoque arbor eſſe uidetur cuius radices deſinent uiuere: quanuis adhuc terra contineatur. Quam ſententiam Labeo quoque probat. Labe.etiam eam arborem recte dici putat:quæ ſubuerſa radicibus etiam nunc reponi poſſit:ſtirpes oleæ arborẽ eſſe magis eſt:ſiue egerint radices ſiue nondum.omnium igitur arborum quas enumerauimus nomĩe agi poterit certe nõ dubitatur ſi adhuc adeo tenerum ſit ut herbæ loco non debere arboris numero haberi. Vlpianus arborum furtim Cæſarũ.

Arbores fælices:ut inquit Veraius de uerbis pontificalibus:putantur eſſe quercus æſculus ilex ſupus phagus corylus ſorbus ficus alba pirus malus uitis prunus cornus lotos. Tarquinius autem priſcus in oſtẽtario arborario ſic ait:Arbores quæque inferum deorum auertentiumq; in tutela ſunt.eas infœlices nominant:Alternum ſanguinem fœlicem ficum nigram atram quæque baccam nigram nigroſq; fructus ferunt. Itemq; acri folium piranum ſiluaticum pruſcum rubũ ſenteſq; quibus portenta prodigiaq; mala combutus iubere oportet:Macro. quarto.

Arboreta Laberius conualles inquit mangna & arboreta erant quod ignobilius uerbum eſt arbuſta celebratius. Au.gel.

Arbutos Horatius primo carminum. Impune tutum per nemus arbutos quærunt latẽtes.arbuta quod uulgo appellant: libentius capræ ꝓſequũtur ad paſcẽdum:ut dant arbuta ſiluæ:& alibi:dulce ſatis humor depulſis arbutus ædis.Ac.

Arbor fœmininũ:quia mater fœtus. Vir.Parua ſub ĩgenti mr̃is ſe ſubiicit ũbra deriuatũ a robore eiuſdem declinationis penultimã corripiens.Pri.

Arcadica pylos & triphyliaca nuncupata eſt: & arcades minyæ dicunt:qui pro loci uendicatione ſæpenumero bellica ſubiere certamina.Strabo.

Arcadia in peloponneſo pars arcadiæ ab arcade Iouis & Caliſtonis filio prius parrhaſia dicta:ubi reperta fiſtula diſparibus cicutis hẽt aſinos magnos.Ibi lerna palus & nemea ſilua montes pholoe cũ oppido cyllene ilyceus:ubi delabrum Iouis mœnalus:artemiſius parrhenius monacris erymãthus & alii. Tortelius.

Arceſini Indiæ flu.eſt & in Indum fluit.

Arceſylaus dux bœtius:ex quinq; q̨ Troiam petierunt:alius philoſophus:alius comicus: alius elegus:alius ſculptor.Tor.

Arceſius proprium uiri:Vlyſſi notus.

Archander Danai ſocer ſecundum Herodotum hiſtoria.ſecundo.

Arcanum dicitur ſecretum: uel abſcõditum ꝙ quæ in arcis celata ſunt & abſcõdita. Virgilius æneidos libro quarto.Solam nam ꝑfidus ille te colere arcanos etiam tibi credere ſenſus.Et idem libro primo. Longius & uoluens fatorum arcana monebo. No.

Archemolus proprium uiri.

Archemorus in eius honorem celebrantur ludi nemei.apud nemeam autem dicitur Hercules leonem occidiſſe.

Archemolus rhœti marubiorum filius. Ser. in decimo.Tor.

Archeorus lycurgi Nemeæ regis filius q̨ ab Hypſiphyle nutrice in græcis in expeditionem thebanam euntibus langiam fontem oſtendente relictus in herba ſolus a ſerpente interemptus eſt.unde fons archemorus dictus.apud quem amnis & agõ fiebat.Tortelius.

Archelaus Antenoris filius ſtreuus.Alius philoſophus athenienſis q̨ primus ex Ionia philoſophiam athenas inuexit.& philoſophicus dictus eſt. Alius geographus:qui peragratam ab Alexandro terram deſcripſit.alius naturæ proprietatem uerſu ſcripſit.alius oratoriam.Tor.

Archeptolemus filius Iphiti: ſuffectus enipheo in Hectoris aurigam.T.

Archetipus exemplaris.To.

Arcitectum ſine aſpiratione protulerunt.

Arcippus & arcippe quæ fuit urbs marſorũ lacu fucino poſtea abſorta ea ſcilicet ratiõe qua idem feſtus ait:antiquis noſtris freques mos fuerit illam demere.

Archimagirus coquorũ ꝑfectus:ſeu coquinæ magiſter.

Archipolemus Auriga Herculis.

Archigenes medicus.

Archigenes princeps generationis. unde pro græculis & huiuſmodi profitentibus ponitur.fuit & medicus contra quem ſæpe Galienus.Tor.

Archia principatus & poetæ nomen.Tor.

Archilochus Neſtoris & Euridices filius. & apud Troiam uel agamemnonem uel cum Achille in tymbrei Apollinis templo interemptus:alius ſiculus qui ariciam condidit & alius poeta ſolinus lacedemonius: tulli hoſtilii in uno ſumma electionis uis ſcripſit in lycambum iambicis uerſibus ob negatam ſibi deſponſatam neobolem filiam:

re poſſit uentus: hác eē modicá ꝑ magnitudine ſegetis potiſſimū rotūdam ac paulo medio tumidá: ut ſi pluerit non conſiſtat aq̄: & qua breuiſſimo itinere extra aream defluere poſſit. Varro.

Arena caret aſpiratiōe. ſit enī ab areo uerbo. nā epithetō ei eſt ob ariditatē. bibula caret enī oī humore & ſucco: unde & plurimum aquæ ebibit nec mouere aliquem debet qđ arena habeat primā breuē. hareo uero ꝓductā: nō deſunt tamē qui arenā ab hærēdo. i. ꝙ calci cohæreat dictū uelit. quod minime probauerim.

Ariopagus uicus martis Atheū. a templo ubi primū iudicium capitis actū dicit. Pli. ſeptimo: Inde ariopagite quī illic iudicabāt.

Arete. tes. & ta. Genitiuo te. uxor alcinoi. unde Iuuenalis: Aretælogus. i. quaſi mēdax eēt ſermo quē Vlyſſes in aretē dirigebat. Tor.

Aretalogus falſidicus mēdax arte loquēs & q de uirtute locuti aretalogi appellari poſſūt & quī callide & uafre: Sueto. li. iiii. Triuiales ex circo ludos interponebāt ac frequentius aretalogos.

Arenati inter coloniā: & traiectā urbes epiſcopales locū ultra Nouenſium Rheno adiacētem. nō hos memorat Cæſar. Sed Tacitus.

Arethuſa Dianæ comes: ab Alpheo amata in fontē ſiciliæ apud ſyracuſas conuerſa. Tor.

Arethous rex arnæ ciuitate Boetiæ: pater Meneſchii.

Areda flu. eſt hiſpaniæ: a quo arenates denominati ſunt.

Arethō flu. ex acarnāia cadēs nauigabilis circūdās ābraciū ciuitatē: ī ſinū cadit ābraciū.

Arferia aq̄ quæ īferis libat̄: dicta a ferēdo: ſiue uas uini qđ ſacris adhibebat̄. Feſtus Pom.

Argea loca Romæ appellabātur: ꝙ ī his ſepulti eēnt qdam argiuoꝝ illuſtres uiri. Fe.

Argei ſunt ex ſcirpeis hoīum imaginibus. xx. iiii. hæ quottānis de ponte ſublicio a ſacerdotibus iaci ſolebant in thyberim. Varro.

Argeas uocabāt ſcirpeas effigies quæ ꝑ uirgines ueſtales annis ſingulis iaciebant̄ in thyberim. Feſtus.

Argeos qđ eſt ꝙ maii menſe circa pleniluniū de pōte ſublicio ſimulacra ī thyberī iacētes argeos ea quæ deiiciūt appellāt: an ꝙ antiq̄s tēporibus barbari ea loca incolētes græcos quos caperēt eo pacto interficerēt Herculē uero poſtea admirati ob hoſpitiū & ab externorū cæde abſtīuerī docti ab eodē ut ueterē morēac ſupſtitionē īmitātes effigies īflumē abiecerūt. nā ueteres græcos oēs argiuos æq̄liter appellant niſi ꝑꝑ uicinitatē argiuos arcadum hoſtes euander exiſtimās q patriā fugiēs ubi cōſedit odiū: & amicitiā retinēt.

Argumētū ē ficta res quæ tamen fieri potuit quia non niſi in comoediis: argumētum eſt ficta res ut inquit Cicero.

Argemion argentum percandidū. Feſtus.

Argiletum ſunt qui ſcripſerunt ab argileto. ſeu ꝙ huc uenerit ibiq̄ ſit ſepultus. Alii ab argilla ꝙ ibi genus terræ ſit. V.

Argiletū Varro ait quoſdā ſcripſiſſe ab argo dictū ſeu qđ is huc uenit ibiq̄ ſit ſepultus: alios ab argilla quod ubi id genus terræ ſit. Ser. ſup. en. vii: Euāder argū quendā ſuſcepit hoſpitio qui cū de eius cogitaret īteritū ut ipſe regnaret: Euādro hoc nō ſentiente ſocii intellexerūt & regē necarūt: cui Euander & ſepulchrū fecit & locum ſacrauit nō ꝙ ille merebatur ſed hoſpitalitatis cauſa.

Argos in argolide & Mycenæ & tēplū Iunōis uetuſtate & religione percelebre Pom.

Argū inſula altera ad gāgem cui rei ſoli ita ueteres tradiderunt: alterā argentei atq̄ ita ut maxime uidet̄: aut ex re nomē aut ex uocabulo fabula eſt. Pom.

Argus eſt coelum ſtellarum luce diſtinctum q bus ineſſe quædam ſpecies cæleſtium oculorum uidetur. Coelum autem argum uocari placuit a candore & uelocitate.

Argilla require in terra. Var.

Argutum iri in diſcrimen uocari. Fe.

Argutum ſignificat ſonans. Vir. in buc. Forte ſub arguta conſederat ilice daphnis. & multa huiuſmodi. Nonius.

Argutū audax malicioſum. Luci. li. xxviii. Agite agite fures mēdaci argutamini. Plau. ī muſtellaria. Exi e culina ſis foras maſtigia qui mihi īter patinas exhibes argutias. No.

Argutum paruum & latū. Vir. geor. li. iii. Argutumq̄ caput: tbreuis aluus: obeſaq̄ terga. Nonius.

Argutari dicitur loquacium proloqui. Ennius quos in eorum cui iſti credere attinet: atque exercere lingua & arguta ire poſſis. Neuius in exodio. quādo ad ludos uenit: alii cū tacerent totum diem argutatur quaſi cicada. Nonius.

Argutari ſubſilere. Titinnius in fullonia. terra eſt noua quaſi ubi tu ſolitus argutari pedibus cretam dum compeſcis: ueſtimentaque leuas. Nonius.

Argutus breuis. Virgilius argutumque caput Seruius.

Argutus canorus. V. in buc. argutos interſtrepit anſer olores. S.

Argutus ſtridens: ſonans. Virgilius libro ſeptimo. Argutoque tenus percurrēs pectine telas. Seruius.

Argumētari argumētis uti ad reprobandū dicere āplificatiōe ut ad rē ad delectadū com

mouẽdũq; auditorẽ orone ꝑpetua. Aſconi.
Argumenta quæ ꝑ interrogationem ꝓferuntur maiora ſunt.Donatus.
Argus ꝓ argiuus.Plau.i amphi.amphitrio natus argis ex argo patre.Vir.æne.lib.iiii.Hauriat hunc oculis ignem crudelis ab alto Dardanus.Nonius.
Argus oculeus.Feſtus.
Argus nomen eſt hominis qui fuiſſe fingitur oculis plenus.Feſtus.
Arganthonius tartaſſiorum tyrannus ſecũdũ Herodotum.Tor.
Argia Adraſti filia.altera fuit ſacerdos ut uidebitur in dictione bito.Tor.
Argilus urbs æmathiæ prope Strymõis oſtia. Tortelius.
Argippei populi ultra ſauromatas & budios & hiros ſecundum Herodotum.
Argyrondes ætoliæ flu.ſecũdũ Ariſtarchum quaſi argẽteũ:diues ergo .i.periculoſum. T.
Argos generis neutri in ſingulari:ĩ plurali generis maſcu.urbs una in actica:altera ĩ theſſalia ſiue pelaſgia ſecundũ Hom.alia in achaia:quæ & hippium ſupra lene.unde argiuus & argeus græce.Tor.
Argis aduerbialiter.Tor.
Argonautæ a naue dicta ab opifice:uel a uelocitate quæ per id nomen ſignificabatur. antiquitus fuit iuxta pelion: ædificata maior q̃ conſueuerit natura:a natura paruæ erant cuius fama multi conuenerunt.Elegit autẽ Laſos.xliiii.tantum.Tortelius.
Argiripa ab argoripo oppido apuliæ factum a Diomede quaſi aros πίσσα iactum ſiue fundatum quo corrupto argiripa tamen dicta eſt inde arpos & populi arpi.Tortelius.
Argiſſa urbs theſſaliæ.Tor.
Aræus proprium uiri clariſſimi.Tor.
Argumentum quod falſum eſt:uerumtamen ueriſimilis comœdiæ figura eſt.Quin.
Argumentũ eſt ratio probationẽ præſtãs qua colligitur aliud ꝑ aliud:& quæ qđ eſt dubium ꝑ id qđ dubiũ nõ eſt cõfirmat. Quin.
Argifontes cognominanť.Ma.quære.
Argos neutrum abſolutũ.Hor.primo car.aptum dicet equis argos.Acron.
Argutus ab arguo.i.cõuinco.Plau.in pſeu.argutus maloꝝ facinoꝝ & futuꝝ arguturus ꝓ arguiturus:& deriuatũ argutor taris.Saluſtius:ſcđo hiſto.Quos aduerſũ multi ex bithinia uolẽtes occurrere falſum filiũ argui tur.Priſcianus.
Argumẽtor actiue & paſſiue.Salu. Omnia argumẽtata nomina argumẽtata paſſiue. Pri.
Argentarii qui uulgo campſores dicuntur q collyniſtæ a græcis dicunť:& trapezitæ quãuis collyniſtæ habeant trapezas.ſed Plau.in curculione trapezitã & argentarium ꝓ eodem accipit.Lau.
Argilaceus qđ cõſtat ex materia argillæ.Laurentius.
Argutus in uoce paſſiua actionem ſignificat & eſt q acuta quadã & accurata ſolertia: q̃ſi acute arguens & ueſtigans:non aũt ab altero acute intellectus & ueſtigatns.Lau.
Argutulus diminutiuum contentui deriuatũ & nõ blandiendi cauſa: ut homunculus & homulus.Lau.
Argenti appellatione cur & factum argentum cõprehendať:fortaſſe quæſiturus aliqs quum ſi marmor legatũ eẽt nihil ꝑter rudẽ materiam demõſtratum uideri poſſit cuius hæc ratio tradiť.Quippe ea quæ talis naturæ ſunt ut potius in ſua redigi poſſint initia ea materia potẽtiæ iuncta nũquã uires eius effugiant.Pau.de legatis quinto.
Argento facto legato.Quinti.ait uaſa argentea contineri ueluti paropſides tabulas trullas pelues:& his ſimilia non tamẽ quæ ſupellectilis ſunt.Pom.de.au.& ar.le.
Argentum factum.Quintus mutius libro ſecundo iuris ciuilis ita diffiniuit.uas argẽteũ uideri eſſe an cui argentũ oẽ legatum eſt & nũmi quoq; legati eſſe uideanť.Quæritur ergo puta niſi euidenter cõtra ſenſiſſe teſtatorem appareat nõ cõtineri nõ facile eſt qs: quoniã argẽti numero nũmos cõputat ſi factũ aurũ legatũ eſt:omne ad eũ ꝑtinet cui legatum eſt:ex quo auro aliquid eſt effectũ ſiue id ſuæ ſiue alterius uſionis cauſa paratũ eſſet ueluti uaſa aurea emblemata ſigna aurum muliebre:& cætera quæ his rebus ſunt ſimilia.Sed ſi infectum legatum eſt ꝙ ita factum eſt ut eo ad rẽ ad quã cõparatũ eſt nõ poſſit uti ſine refectione qđq; ab eo putrefactum infecti numero fuerat hoc uideť legatũ eſſe argentum.factũ recte qs ita diffinierit q neq; in maſſa neq; in lamina:neq; in ſignato neq; in ſupellectili neq; in mundo neque in ornamentis ſit. Vlpianus eodem ti.
Argento facto cedũt ſigilla ænea pediculis argenteis adiũcta:cæteraq; oĩa quæ ad eãdẽ ſimilitudinẽ redigi poſſũt.Paulus ĩ eo.ti.
Argenti infecti appellatio rudẽ materiam cõtinet.i.nõ factã.Quid ergo ſi cœptũ ſit argẽtũ fabricari nõdũ ꝑfectũ:utrũ facti an ĩfecti appellatione contineať dubitari põt:ſed puto magis facti appellatione cõtinebiť q cælari cæpit & puto contineri ſi forte cui cælatũ argentũ legatum ſit.Pau.eo.ti.
Argento eſcario legato id ſolum debeť qđ ad epulandũ in miniſterio habuit.i.ad eſum & potũ unde de coquinario dubitatum eſt & puto cõtineri.nam & hoc ꝓpter mẽſam ꝑ

tatur. Certe ſi cacabos argẽteos habebat uel miliariũ argenteũ uel ſartaginem uel aliud uas ad coquendum. dubitari põt an eſcario contineat̃ & hoc magis coquinatorii inſtrumenti ſunt. Pom. eo. ti.

Argous italiæ portus eſt ab argo naui dictus nã cũ medea Circẽ uiſere cõcupiſceret Iaſonẽ illius domicilia cõuectaſſe ferũt. Strabo.

Ariolus eſt qui diuina mẽte uaticinat̃ dictus ariolus quaſi aliolus ab alãdo: nam alitu ſolent excludere. ueluti mortalẽ animã ut recipiãt diuinã. unde uoces eiuſmodi dabant. Donatus.

Aridũ qđ naturalẽ humorẽ amiſit. cõtraria ſignificatione qđ irrigari deſierit. nam ardin irrigare eſt. Fe.

Ariga quære in h. Fe.

Ariga hoſtia dicitur ab hara in qua cõcludit̃ obſeruat̃. hara uero in quæ pecora includũtur. Plau. ruſticus hircus hara moſtellaria fit. Inde haruſpex. Donatus.

Arilator Raberius in necromantia cõtronem ꝑ uulgare dicit quẽ ueteres arilatorẽ dixeſũt his uerbis duas uxores hoc hercle plus negocii ẽ iqt contra ſex ædiles uiderat. Aulus gellius.

Ariſtæus q(ut græci ferũt) liberi filius: inuentor olei eſſe dicit̃: una cũ libero patre apud illos eodẽ erat ĩ tẽplo cõſecratus. Ci. uer. ge.

Ariæus proprium uiri clariſſimi. Tor.

Ariathis ꝓprium eſt. Tor.

Ariapithes rex ſcythaꝝ Scyla filius. Tor.

Ariabignes Edarii filius ex filia Gobriæ.

Ariadne quæ rapta eſt a Theſeo cui iopionẽ & ſtaphylum peperit.

Ariadne Minois filia ex Paſyphæ a Theſeo relicta ĩ dia a Baccho ſuſcepta Toãtẽ lemni regem ſuſcepit. Tor.

Ariandes præfectus ægypti. ꝑ cambyſe a Dario interfectus. Tor.

Aricia actica puella ab Hippolyto dilecta & poſt factum uirbiuni eius uxor. in Italiã uenit unde aricia. T.

Arii populi ſcythiæ. T.

Arimaſpi populi unum oculum habẽtes. Plinius: ab arima quod eorum lingua unum ſignificat. Hero. & cum gryphibus pugnãt. Tortelius.

Ariomardus Darii filius. T.

Arion Adraſti equus quẽ Neptũnus adraſto donauit: idem dedit Iunoni xanthũ cillaron quos illa dedit Caſtori & Polluci ariõis meminit Papinius in thebaide & Proptius: nã inſignis fuit & formæ & celeritatis cillarus ledæus. hic Caſtori equus fuit expreſſus in æde Caſtoris quæ eſt pro roſtris.

Ariõ citharœdus qui a piratis captus cum ab his impetraret ut cantaret delphines uenerũt ille in mare ſe ꝓiiciẽs ab iis exceptus ad littus productus eſt.

Argiletum ꝓprie palatium erat locus dictus a morte argi: ut Virgilio. placet uel ab argilla quæ eſt terræ genus quæ illic fodiebat ut Varro addit ibi erant tabernæ biblyopolarũ ut in ſuburra tõſorum de his Horatius: hæc ait nulla taberna meos habeat uel pila libellos.

Argumentum eſt ꝓbabile inuẽtũ ad faciẽdã fidem uel eſt ratio rei dubiæ faciens fidem Cicero in topicis.

Argetius epicurus: nã is fuit filius Neoclis & ex pago argetio: ut ſcribit Laertius.

Argonautæ poſſunt dici illi primi qui argo ĩ pontũ deduxerũt & argonautæ ſi cõponãt & ab argos quod ſignificat tardũ & nautis ſignificabit nautas tardos.

Ariobarzanes cappadocum rex in pharſalico bello Pompeio fauit.

Ariſbe urbs phrygiæ iuxta põtum quã Achilles euertit. Homerus: & concubina Priami. Tortelius.

Ariſtæus Apollinis & Cyrnæ filius ĩ Arcadia regnauit. Mel inuenit & lactis coagulum: & uſum olei. Tor.

Ariſtagoras præfectus Darii. Hero. T.

Ariſtonymus proprium nomen. T.

Ariſtippus ſine th. unde uidetur non uenire ab hippos de quo Laer. Tor.

Ariſtides athenienſis Lyſimachi filius qui iuſtus cognominatus eſt æmulus Themiſtoclis. vi. annis exulauit cũ. x. mulctatus eẽt. alter thebãus pictor æq̃lis Apelli ſecũdũ Pli.

Ariſto pater Platonis. Tor.

Ariſtolochia herba eſt.

Ariſtomache uxor Dionyſii. Tor.

Ariſtonichus Eumenis ex epheſia pellice filius. Tor.

Ariſtoteles ex ſtagyra de quo in uita eius & ĩ Laertio: & octo fuerũt. T.

Ariſtoxenus muſicus Ariſtotelis auditor: qui animam harmoniam dixit. T.

Ariminũ ẽ ũbroꝝ colonia. uerũ rõanos accæpit iq̃linos. hẽt portũ eiuſdẽ nois ãnẽ. diſtat ãt a Placẽtia ſtad. m. &. ccc. diſtat a Rauẽna ſtad. ccc. ex arimio iter Romã facienti p flãi niãuiã p ũbriã uſq; otriculos & thyberi ſũt ſtadia. L. & trecenta ſupra mille. hæc qdem eſt longitudo latitudo uero impar. Strabo.

Aricia urbs ẽ poſt albanũ montẽ in uia appia diſtans a Roma ſtadia cẽtũ & ſexagita. Stra.

Aricina non longe diſtat ab hernicis. Strabo.

Aricina eſt ſilua uelitri. Strabo.

Aries quẽ dicebant ares ueteres noſtri aruiga hic aruignus: hæc ſunt quoꝝ ĩ ſacrificiis ex

ta in olla:nõ in ueru coquũtur quos & Acti us ſcribit & in pontificiis libris uidemus in hoſtiis eam aruigem quæ cornua habebat quoniam his cui ouimari teſticuli dẽpti: & ideo ut natura uerſa ueruex declinatũ. Tor.

Ariſtopharum uas quo prandium defertur: latine diſcus.

Aridum dicitur ſiccum. Vir.æne.libro primo atq; arida circum Nutrimenta dedit. No.

Aridum horrificum acutum. Virg.geor.libro primo:& aridus altis mõtibus audiri fragor. Luc.

Arideum unde auris eſt ſonus. No.

Aridũ purum:lucidum. Plau.in rudente.argento arido. No.

Ariolator:qui etiam coniector appellatur: dictus uidetur a uoce græca quæ ẽ hare.i. tolle quia ſequit̃ merces ex quibus quid cadẽs lucelli poſſit tollere. lucellũ dimminutiuũ eſt a lucro. Fe.

Ariminum a nomine fluminis propinqui eſt dictum. Fe.

Ariſtoteles duas partes orationis eſſe dixit uocabula & uerba:ut homo equus.legit cur it utriuſq; generis:& uocabuli & uerbi quædã priora & quædam poſteriora: priora ut homo ſcribit:poſteriora ut doctus docte: dicit̃ enim homo doctus:& ſcribit docte:hinc ſequitur locus & tẽpus:ꝙ neq; homo ſcribit: poteſt ſine loco & tempore eſſe:ita ꝙ ſit locus homini coniũctus tempus ſcriptoꝝ cũ de his nomen ſit primum.prius enim nomẽ eſt q̃ uerbum temporale: & reliqua poſterius. Varro.

Ariſta prima pars dicta ab eo ꝙ primo areſcat Virg.li.vii.Nec teneras curſu læſiſſet ariſtas Seruius.

Ariſta ꝙ areſcat prima a granũ gerẽdo. Idẽ.n. ut gerat ſpica ſeritur frumentum nõ ut glumam aut ariſtam:ſicut uitis ſeritur: nõ ut pãpinum ferat:ſed ut uuam. Varro.

Aritenna ſiue artenna uas ab hauriendo appellabant. Fe.

Aritudinem pro ariditate. Varro in Prometheo libro primo. Humanarum quandã gentem ſtirpis inquit frigus calore atq; humore aritudinem miſcet.

Arillatur coctio qui etiam concoctio appellabatur: dictum a uoce græca quæ eſt αἰρε. i. tolle:quia merces ſequit̃:ex quibus quid cadens lucelli poteſt tollere. Lucellum dimminutiuum a lucro eſt. Feſtus.

Arma dicunt̃ cunctarũ artiũ inſtrumẽta. Vir. geor. Dicendum & quæ ſunt duris agreſtibus arma. Item cerealiaq; arma. Ser.

Arma proprie dicuntur ab armis: ideſt ab humeris dependentia ut ſcutum:gladius:pugio ſica & quibus procul præliantur. Feſtus Põpeius.

Armamẽtum ab eadem origine. Var.

Armare ex cogitatione noui intellectus:a Marone uſurpata:ferrumq; armare ueneno. Macrobius.

Armarium ſacrariũ amantes amentes amabãt ueteres de proximo dicere. Criminis Cato putauit:ſiue de armario ſiue de ſacrario fuiſſet ablatum:& quidem ſi in uerbis ſunt pari modo ea dicuntur in nominibus. Ter. in andria. Nam inceptio eſt amẽtium haud amãtium. Do.

Armarium nos ducimus a nomĩe quod eſt arma qua uoce etiam ſignificantur ferramenta:ut apud Virgilium. Dicẽdum & quæ ſint duris agreſtibus arma: Quis ſine nec potuere ſeri nec ſurgere meſſes:& propterea nõ debemus aſpirare.

Armorum nomina. Ancyle breue ſcutum ſicut cetra pelta in modum lunæ:leuis armaturæ. Catapulta iaculum celere:glandis plũbum rotatũ. Tragula haſta maior. Sparus tela & lanceas dicimus. Pugio breuis gladius. Sica gladius ſtrictus. Verutum telum breue & anguſtum. Seſſa telum gallicum. Falarica telum maximum quod tormento torquet̃. Venabulũ uenaticum eſt. Conti aſtæ longiores. Malleoli haſtæ ferentes ignẽ. Anſatæ iaculamenta cum anſis. Corritum leue miſſile: Copide gladii in modum falcium recurui. Curui unci ferrei ad nauigia impediẽda harpogones dicti.

Armentum id genus pecoris appellat̃ quod ẽ idoneum ad opus armoꝝ. Inuenias tamen fœminino armentas apud Ennium. Fe. Põ.

Armenta dicta ſũt equorum eo quod apta ſũt armis & equorum & bouum ſunt:nam eqs in bellum curritur. Interdum uero greges capellarum & ouium. Vir.geor.li.iii. Hæc ſatis armẽtis ſuperat pars altera curæ. Lanigeros agitare greges. S.

Armenta dicta ſunt eo quod apta ſunt armis: nam equis i bellum curritur: clipei uero bouum coriis armantur. S.

Armẽta pecus ab eo ꝙ paſcebãt a quo pecora uniuerſa ꝙ in pecore pecunia cũ paſtoribus conſiſtebat & ſtandi fũdamẽtũ pes a quo dr̃ in ædificiis area pes magnus:& q fũdamẽtũ ĩſtituit pedẽ poſuit:a pede pecudes appellatæ:ut ab eodẽ pedicã & pediſſequũ & peculatorẽ. Oues aliudue:qd id.n.peculiũ primũ hinc peculatũ publicũ primo: & cũ pecore diceretur mulcta & id eſſe coactũ i publicũ ſi erat aduerſũ ex qua fructus maior. Hinc ẽ ꝙ græcis uſus bus bos qđ taurus. Itẽ ois prõ ouis. Ita.n.ãtiq dicebãt:ut nũc nõ ꝓbari poſ-

ſunt in latino quoq;:ut in græcia a ſuis uocibus hæc eadem ficta arméta:quibus boues. ideo maxime parabantur ut inde eligerent ad arandum.Inde armenta dicta: poſtea tertia littera extracta.Var.

Armenticios ita oportet paſtores ætate præſtare ut ne propter ſenectutem minus ſuſtinere poſſint labores: neq;.n.ſenes neq; pueri callium difficultatem ac montium arduitatem atq; aſperitaté facile ferunt:quod patiendum illis qui greges ſequũtur: præſertim armenticios ac caprinos quibus rupes & ſiluas ad pabulandũ cordi.V.

Arma proprie dicta ſunt quæ armos tegunt abuſiue auté enſis: reliquaq; id genus arma uocantur.S.

Arma pro conſiliis.Vir.li.iii.& quærere conſcius arma.S.

Armillas ex auro quas uiri militares ab imperatoribus donati gerunt:dictas eé exiſtimát ꝙ antiqui humeros cum brachiis armos uocabant: unde arma ab his dependentia ſunt uocata.Feſtus.

Armillæ ornamenta brachiorum ſunt in circulorum modum: quæ græce dicuntur ὄρμοι Titus Liuius ab urbe cõdita additur fabula: quod uulgo Sabini aureas armillas magni ponderis brachio læuo gemmatoſq; magis ſpecie annulos habuerũt pepigiſſe ea quæ in ſiniſtris manibus haberent.Ser.

Armillum uas uinarium ĩ ſacris: dictum ꝙ ar mo:ideſt humero deportetur.Feſtus. Pom.

Armillum.Lucil.li.xxviii.hinc ad me hinc licet anus ad armillum rurſum.Nonius.mar.

Armillum urceoli genus uinarii. Var.de uita patrum.l.etiam pecula quæ uocant capulas ac lapides:quod eſt poculi genus uinarium. Nonius.

Armiluſtrum ab ambitu luſtri locus.Idem circus maximus dictus ꝙ circũ ſpectaculis ædificatis ibi ludi fiunt:& ꝙ ibi circum metas feruntur pompa & equi currunt.Itaq; dictũ in cornicula multis aduentu quem circueunt ludentes.V.

Armiluſtrum ab eo quod armiluſtro armati ſacra faciunt ubi locus potius dictus ab his prius ab ambiendo:ideſt ꝙ circuibat ludentes annalibus armati.Var.

Armiluſtrum feſtum erat apud Romanos in quo res diuinas armati faciebant:ac dum ſacrificarent bis canebant.Fe.

Armonia eſt ſolis amica:quaſi ſperarum omnium de quibus naſcitur moderatori:nec tamen noſtris poteſt ſenſibus depræhédi. Macro.de ſatur.

Armata dicebatur uirgo ſacrificás cui lacinia togæ in humerum erat reiecta: legibus etiá laurentum ſancitum eſt ne pomum ex alieno ligatur in armum: ideſt ꝙ humeri onus ſit.Feſtus.

Armiger eſt qui ĩ prælio gerit tela domini ſui ut ſcutum & lanceam.Laur.

Arma pro uirtute.Hora. car. & pro dignitate toga conſenuit ſocerum in armis ſub rege Medo marſus & Apulus.Acron.

Armenia inter taurum & caucaſum a cappadocia uſq; ad caſpium mare:ab Armenio Iaſonis comite:& eſt maior & minor.

Arma ſunt omnia tela:hoc eſt fuſtes uel lapides non ſolum gladii haſtæ & frameæ: ideſt rhõpheæ.V.

Armorum appellatio non utiq; ſcuta & gladios ſignificat: ſed & fuſtes & lapides. Ca. de uer.ſignifi.

Armento legato etiam boues contineri conuenit:non etiam greges ouium & caprarum Mode.de leg.T.

Armoniacus numidiæ fluui.eſt.

Armoricæ ciuitates attingunt ad oceanum & ſpectant:ad ſeptentrionem uerſus angliá.S.

Arne urbs boetioꝝ.Tor.

Arnus fluuius ex aretio multus dilabitur fluitq; iuxta Piſas:nõ tamen integer: ſed triphariam diuiſus.Strabo.

Arne caput:agni caput.Feſtus.

Aroterbas uocabant aliqui artabros.Stra.

Arpaſtum gẽus ludi erat(ut ait Suidas)ſunt q putent eſſe genus uehiculi cuius curſum iuuenes ad exercitationem lacertis reprimebãtur:meminit huius gymnaſii.Pli.& Seneca ĩ declamationibus:de arpaſto Martialis in diſtichis. Hæc rupit Antæi uelox in puluere draucus Grádia q uano colla labore facit.

Arpaſtũ genus erat pilæ quo ludunt ad uicos.

Arridere eſt ridentem riſũ perſequi.

Arpos quæ argilippa dicit̃: quo uendulus miſſus:nam arpinum cápaniæ:unde & Ci. arpinas ſeu potius putat̃ eſſe iuxta fogiam: quæ nunc dicitur luceria ſaracinorum ſiue ciuitas ſanctæ Mariæ.

Arquus pro cu ſyllaba ponebant qu & e contrario:ut propinquus & propincus: longincus:arcus:quoquus:oquulus: qũur:cur cum quum.Priſcia.

Arquuatus morbus dictus:q regius dicitur:ꝙ arcus ſit concolor de uirore:uel ꝙ ita ſtringat corpora ut in arcum ducat: quod nos eſſe arquatos.Varro in eumenidibus.Nam ut arquuatus & utrinq; nõ ſunt:& quæ ſunt lutea uidentur ſic inſani ſani:& furioſi eſſe uidentur inſani.No.

Arqtes arcu pliantes:q núc dicũt̃ ſagittarii.F.

Arquitenens qn potius arcutenens dicit Maro hoc epitheto uſus eſt.Neuius de bello pu

nico li.ii.deinde pollens ſagittis inclytus arquitenens ſanctiſq; delphis ꝓgnatus phythius apollo.Idem alibi.Cum arquitenens ſagittis pollens dea.Sed & hoſtilius li.belli hiſto.ii.dea Minerua ſimul autem inuictus Apollo arquitenens latonæ.Ma.de ſa.

Arabonem dixit Cato ſexcentum obſides tantũ arabo penes ſamnites:id maluit q̃ pignus dicere:quoniam uis huius uocabuli í ea ſententia grauior acriorq; eſt: ſed nunc arabo in ſordidis uerbis haberi cæptus ac multo rectius uidetur arra quoq; ueteres ſæpe dixerunt.A.gel.

Arthoſus elidis promontorium in boreá ſpectans ab Dyma ciuitate achaica ſtadia.lx.diſtans Elei littoris initium.

Arabo merces corollatiuum dos ſi nuptiarũ cauſa data:hæc græce Δούνον.Ita enim.Siculi hoc ab eodem donũ:nam græ. Δωρον & ut alii doma; & ut actici doſin. Sic dicta é arabo:reliquum reddatur hoc uerbum. Ité a græco arabon:reliquum ab eo quod eſt reliquum debitum.Var.

Arſis eleuatio.theſis poſitio.Tor.

Arſinoe quære in dictione leucippa.

Arſaces perſarum rex: a quo omnes arſacidæ: ut albani ſiluii:& latini murani.Tor.

Arſinoe Ptolemæi filia lagi regis ægypti poſt Alexandrum:Liſimachi uxor:cuius nomine Ptolemæus philadelphus:cuius frater urbẽ in cyrenen condidit qua Ptolemæus fluuius præterfluit.Tor.

Ars eſt quæ conſtat ex præceptionibus cõſentientibus:& exercitatis ad finem utilem uitæ.Quin.

Arſia fluuius illyrici eſt.

Arſeuerſe auerte ignem ſignificat. Thuſcorũ enim lingua arſeuerſe: uerſe ignem conſtat appellari:unde Affranius íquit:ni ſcripſit aliquis in oſtio arſeuerſe.Feſtus.

Arſineum ornamentum capitis mulieris. Feſtus.

Arthabanus hyſtaſpis filius frater Darii: qui nepoti ſuo Xerxi diſſuaſit bellum cõtra græcos:qui tandem Xerxem obtruncauit.Alter tygranus armeniæ regis filius:quem.M.Antonius dolo cœpit. Tor.

Artacia fons læſtrigonum.Ody.x.

Artaphernos unus ex ducibus Darii: primus ſardium præfectus:apud marathonam profligatus cum date.Tor.

Artaxerxes filius Xerxis filii: Darii fili Hiſtaſpis.

Arteatæ gentes perſicæ:ut parſagage: maramphii & maſpii.Tor.

Artembares uir clarus apud Medos.Herodo. Tortelius.

Artemiſia lygdami alycarnaſei filia: coniunx Mauſolei: de qua plura: cui nobiliſſimum ſtruxit ſepulchrum apud alicarnaſſum poſt mariti mortem Cariam & coum tenuit rhodum cœpit:Xerxis partes ſecuta eſt:cuius cõſilium ſi ille ſecutus eſſet:ſane græcos ſuperaſſet ſecundum Hero.Tor.

Artemiſius mons arcadiæ:ab artemiſia herba dictus quam chiron inuenit.Tor.

Artemis diana.Tor.

Artaxata tantum pluraliter dicitur declinata ut cithera & ſolemia in campis maioris armeniæ urbs iuxta araxem ab artaxa Tigranis patre & regia tigrania.Tor.

Artabri populi in oceano luſitaniæ ſunt: & ianaſum Cælticæ gẽtis: deinde aſtures in artabros ſinus ore anguſto admiſtũ mare non anguſto ambitu excipiens ad robicum urbẽ & quattuor amnium oſtia incingit: duo etiam inter accollentis ignobilia ſunt: per alia ducamaris exit in libya. in aſturum littore naoetá é oppidum: & treſaræ: quas ſeſtinas uocant in peninſula ſedent: & ſunt Auguſti nomine ſacræ illuſtrantq; terras arte ignobiles & ab eo flumine.quod ſaliam uocant incipiũt oræ paulatim recedere:& latæ adhuc hiſpaniæ magis magiſq; ſpacia contrahere: uſq; adeo ſemet & terras anguſtantibus: ut earum rerum ſpacia inter duo maria dimidio minus ſit qua galliam tangũt q̃ ad occidentem littus exporrigunt.Pom.

Artocreas epulum ex pane & carne.Tor.

Artocopus piſtor & pro diſpenſatore: quaſi q in pane laborat.Tor.

Artoptaſia toſtum panẽ ſignificat: optaſia eñi toſtatio eſt.T.

Artochynes unus ex Xerxis ducibus: qui Darii filiam in uxorem habuit.Herodo.

Artaxata quære in cythera.Ser.

Artes antiqui dicebant etiam prudentiam:iuſticiam: fortitudinem: temperantiam. Au. Gellius.

Artabia tribus modiis: & tertia pte modii fit decem ſiquidem modiis artabæ tres explentur:uel arrabam faciũt tres modii:& de modio pars tertia eſt ægyptiorum menſura.Seruius.

Artabra mons: quem & Iornam appellant in finibus Europæ.Artabri luſitaniæ poſtremi ad ſeptẽtrionem & occaſum circa nerium promontorium occidentalis & aquilonalis lateris finis eſt circumhabitant galli inter artabros & tagum gentes circiter triginta habitant.Seruius.

Artemiſius mons eſt archadiæ.

Artemius in argolico ſinu mons eſt.

Artes omnes:require in agricolæ. Var.

Artifex artificibus maxima cauſa ab arte medicina: ut ſit medicus dictus. Var.
Artifices dicti ꝙ ſcientiam ſuam per artus exercent: ſiue ꝙ aperte opera iter ſe arcent: ex qua cauſa etiam artes appellatæ. Fe.
Articulus momentum & tempeſtiua rerum faciendarum hora. Terentius in adelph. O ſcelera illinc uide ut in ipſo articulo oppreſſit. Seruius.
Arcturus ſtella eſt in ſigno bootæ poſt ſeptẽtrionem: cuius ortus & occaſus tempeſtates grauiſſimas facit. S.
Arcturus ſtella poſt caudam maioris urſæ poſita in bootæ: unde arcturus dicta eſt quaſi arctura urſæ cauda. Ser.
Arthron quem nos articularem morbum uocamus græci uero arthreticam uocant Arthron enim articulum dicunt.
Artocopi artocopus ab artos dicitur quod ſignificat panẽ & copos laborẽ: nã cũ Plinius oſtrearios fartologãos ſpeuſuos furnaceos parthicos multoſq; præterea noĩaſſet addit multa eẽ præterea eorum noĩa hæc ſententia mihi probatur.
Arctophylax filius fuit Caliſtus ut alii ſentiũt hic fuit Icarus qui ſumpta uua a baccho repletos utres impoſuit in plauſtrum & inde ut putat Higinius dictus eſt bootes: idest ductor plauſtri ſiue ille ſiue is fuerit uetuſtas tradidit relatum fuiſſe in cælum iuxta urſã.
Arteriæ duæ ſunt ut medici aiunt in extremitate oris meatus quarum una ad pulmõem trahitur: qui etiã trahea eſt arteria. Hoc Macrobius. A. autẽ gellius lib. xxvii. per alteram autem fiſtulam quæ græce nominatur τραχεῖα ſpiritum a ſummo ore ĩ pulmonẽ atq; inde rurſum in os & in nares commeare.
Arteria eſt conceptaculum ſpiritus naturalis miſti confuſiq; ſanguine in quo plus ſpiritus eſt q̃ ſanguinis.
Artus ex græco appellantur quos illi ἄρθρα dicunt ſiue artus dicti ꝙ membra a mẽbris artentur. Fe.
Artemon flu. minoris aſiæ.
Artitus bonis inſtructus artibus. Fe.
Aruiſium prmõtorium Chii: unde optima uina. Inde aruiſius a um. Tor.
Aruari ſunt populi in hiſpania in celtiberis. S.
Aruerni populi in gallia aquitania inter Ligerim & ſequanam poſiti allobrogibus & lugdunis uicini: trans rhodanum ad ſeptentrionem habitantes. Stra.
Aruſpicina ſumpſit artem: quære in dictione tages.
Aruſpex quia pars eius poſterior a ſpectando dicta eſt. s litteram tertiæ dabit. Quinti.
Arupeni in gallia oppidum ẽ hiapedum. Stra.
Aruales Romulus Accalaurentiæ ſeſe filium dedit ſeq; & cæteros eius filios fratres aruales appellauit: ex eo tempore collegium mãſit fratrum arualiũ numero duodecim. Cuius ſacerdotii inſigne eſt ſpicea corona: & albæ infulæ. A. gel
Arula fluuius eſt rheno propinquus.
Aruina durum pingue quod eſt inter cutem & carnẽ. Vir. li. vii. Pars leues clypeos & ſpicula lucida tergent Aruina pingui. S.
Aruina dicta a corporis pinguedine.
Aruum ab arando ꝙ aratri uomer ſuſtulit ſulcos. Var.
Aruum dicimus agrum ꝙ aratum: nec dum ſatum. Var.
Arundines ex lacubus in reatino agro abundant. Varro.
Aruum agrum nondum ſatum. Fe.
Aruocitat aduocat ſæpe. Fe.
As numerus eſt libralis per. x. ſcriptam. Pri.
As continet duodenarias partes: quarum nomina hæc ſunt. Vncia. ſexcuns triens quarta pars duodenarii: quadrãs tertia pars: quĩcũx cõtinet quinq; uncias: ſemis ſex: Septunx ſeptem: biſſe octo: dodrans nouem: dextans decem: deunx undecim. As tota ſumma.
Aſarota pauimenta ſunt in qbus Zenodorus primus claruit: nam aſſarum ſtatuit pergami miro artificio paruis teſſulis & in uarios colores tinctis ibi erat columba bibens & umbra capitis fuſcans aquam aliaq; ſubripiens eſcã aſarota dicta: ut ſcribit Plinius quoniam purgamẽta cœnæ in pauimento quoque euerti ſolent ab ea particula intentiua: & ſæro uerro Aſerota inquit in pauimenta tanto artificio teſſulis ſuis habent figuras deſignatas ut picturam ſuperent.
Aſbeſton inextinguibile: unde lapis qui facile accenditur: & extingui non poteſt: ita uocatur.
Aſbite populi circa cyrenem & tilagãmas.
Aſcræus mons in boetia eſt: a quo etiam uicus denominatus: unde poeta inſignis. Heſiodus oriundus.
Aſciſcere eſt remotum aliquid quæſitum uocatum capere: ut Ci. ꝙ minime elegantes ſũt aſciuerunt actum ſuis auribus opimũ quoddam & quaſi adipale dictionis genus. Conſciſcere fere ad mortem pertinet: ut mortẽ tibi conſciſces. Deſciſcere eſt ab imperio ſeductuq; alterius ſubtrahere: ut miles a duce præſertim ad alterius impium. Lau.
Aſcriptitius qui ad aliquam rem aſcriptus eſt. Lauren.
Aſcanius æneæ filius: ab Aſcanio phrygiæ fluuio: qui eſt ilus: dictus eſt a filio troi fratre aſſarici inde Iulius a prima barbæ lanugine:

quia ea ætate mezetium uicit. iulos enim lanugo dicitur. Inde iulia gens. T.

Aſcalon urbs: unde aſcalonita. T.

Aſcalaphus Martis ex aſtyoche filius: q cũ fratre Ialmeno apud aſpeldonam orchomenũ & mimones ciuitates regnauit: uenit ad troiã cũ. xxx. nauibus. Alter acherõtis ex Ornefilia filius. Seruius dixit ſtygis: qui proſerpinam grana punici mali ediſſe idicauit. Tor.

Aſia & maior & minor quæ phrygia & lycia concludit̃ ab aſia nympha oceani & thetios filia ex Iapety coniuge: uel ab aſio Cothi filio ſecundum lydos. Tor.

Aſculum græce aſclus u addimus: ut alcumena oppidum apuliæ apud quam Pyrrhus a Fabritio uictus eſt. Tor.

Aſſaltis lacus eſt Syriæ ea in prouincia: quæ iã dudum pentapolis uocata eſt. Tor.

Aſiaces proximus ĩtra calipidas aſiacaſq; deſcẽdit hos ab iſtricis terris fluuius ſeparat ſurgit in neruis: qua exit ſui nominis oppidum attingit. at ille qui ſcythiæ populos a ſequẽtibus dirimit apertis in germania fontibus alio: q̃ deſinit nomine exoritur.

Aſporos inſula in adria dicedulos abſyrtis Iſſati cana hydria phlecyrides nigra corcyra lĩgariũ diomeda aeſtria aſinæ. Pom.

Aſia ingenti ac perpetua fronte uerſa ad orientem tantum ibi ſe in latitudinem effundit q̃tum europæ & affrica & quod ĩter ambas pelagus immiſſum eſt quæ cum iam ſuum finem aliarumq; terrar̃ & cõfinia deuenit media noſtris æquoribus excipitur reliqua altero cornu pergit ad nilum altero ad tanaim ora eius cum alueo nili. Amnis ripis deſcendit in pelagus & diu ſicut illud intendit ita ſua littora porrigit.

Aſina nomen uiri ab ingenuitate corporis.

Aſdrubal ſunt qui aſpirãt quod puto ex librariorum ignorantia natum eſſe.

Cedere ſecũdũ cõſuetudinẽ ſignificat abire ſe patum: & locum uictori dare. Vir. lib. x. Conuenit euandri uictos decedere ad urbem. & li. v. cede deo. Lucil. lib. xxx. quandoq; pudor ex pectore ceſſit. M. T. de offi. lib. ii. cui quidem exercitus noſtri ĩperatoreſq; noſtri ſæpe ceſſerunt. No.
Cedrũ arbor eſt: ex qua libri autore Vitruuio oleo cedrino tincti nõ timẽt nec tineas: nec cariem lemina in annalibus ſcriptum reliqt libros Numæ repertos: a Cn. Terẽtio ſub ianiculo non fuiſſe conſumptos: quoniam cedrati eſſẽt alii codices pliniani habẽt cærati.
Cedrus lignũ quod Home. thyon uocat a circe in delitiis habitum: ex cedro oleum naſcitur: quod conſeruat cuncta a tineis & carie: unde & cedro digna locutus: uel de tabulis dicit quæ ſunt ꝑpetuæ: unde ſimulacra deorũ e cedro fiebãt. Ma. dicit de cedro ĩtellexiſſe Vir. cum inquit. fœlicis mali. Tor.
Cedere ſuccedere. Virg. li. xii. Ceſſerit auſonio ſi fors uictoria turno. No.
Cedere dare. V. li. xi. Hæc omnis regio & celſi plaga pinea montis: Cedat amiciciæ teucrorum. & lib. xii. Aut habeat uictus cedat lauinia coniunx. Nonius.
Cedere diſcedere. Lucil. lib. xxviii. uel ſi aliqua opus ſit forte ſi hinc aliquo ceſſeris. No.
Cedere obſequii. Vir. libro. iii. Cedamns phœbo & moniti meliora ſequamur. & li. ii. Veſtrum hoc augurium ueſtroq; in numĩe troia eſt. Cedo equidem nec nate tibi comes ire recuſo. Nonius.
Cedere uitare. Vir. li. v. Celeriq; elapſus corpore ceſſit. Nonius.
Cedere incedere. Plau. in aulu. in hoſtem abſolutus cedas Nonius.
Cædere excidere. Vir. geor. li. i. Cæditur & tilia ante iugo leui. Lucil. li. xxvi. lignũ cædat penſum faciat edis: uerrat uapulet. Mar. T. in horten. aut ibi idipſum peruertẽdum fuit ꝗ tu ne attigiſti quidem: aut eius partes quaſi membra quædam cædenda. Nonius.
Cædere occidere, uel mactare. Vir. in geor. nõ aliã ob culpam baccho caper omnibus aris.

Cæditur.& æneid.libro.v.cedūť uigiles.Var. in eumeni.maximum cedit ferro:ſed cedere ulyſſem cum bacca ſyluá cedit porcoſq; trucidas.Nonius.
Cedere imolare.Plau.in au.cedendū conduxi ego illū.Vir.æn.li.iiii. cedit quinas de more bidentes.T.
Cedere frangere.Vir.geor.li.iii. Cedūtq; ſecuribus humida uina.M.T. in uerrem acti.ſecunda:cedere ianuá ſaxis inſtare ferro.Luci. li.xxviii. cede hoſtium grato urge iſtam primus. Nonius.
Cedite ſignificat dicite uel date: ab eo q cedo Neuius in lycurgo:pro induſtria cedite regē prognatum patre lycurgū.Ennius in me.ſal uete'optima corpora cedite manus ueſtras: meaſq; accipite.Actius ī menalippo.aheneū aliquis in conſpectum:aut nos ubi eſt ducite ad eum.Pacu.in atalanta. his noſtrorꝫ interſit cui ſignum datum eſt cedite.No.
Cædere cōmiſcere.Lu.li.xxx.lana opus omne perdit:fullo tineæ omnia cedunt.No.
Cedo ſingularis eſt tantum numeri.cedite pluralis:ſalue ſaluete.& cedo porrigentis eſt manum:& cedo idem ſignificat quod dic. Ter. in an.cedo cuium puerum. Do.
Cedo tibi & cōcedo tibi.i.nō repugno tibi: facitq; præteritū ceſſi.cedo te ꝑ flagello te:cuius præteritū eſt cecidi ꝑ flagellaui: & ſupinum ceſum.Cedo ꝑ occido:ut Cicero.cedit greges armētorꝫ. unde cæſus eſt flagellatus eſt:amputatus uel occiſus.Lau.
Cæſaria philippi ciuitas uerſus Hieruſalē:nūc Belſei caſtrum dicitur.
Cædicula a cædes diminutiuū format nō cædecula:Lau.
Cedere eſt non ſolū ſuccedere: ſed & ferire cædendi cauſa:augere:deglabrare:ſubſecare eſt ſubſecuiſſe ſerra.non enim poterit cediſſe itelligi qui ſerra ſecuiſſet.Pri.
Cedere diē ſignificat incipe deberi pecuniam: uenire diē ſignificat eū diē ueniſſe: quo pecunia peti poſſit:ubi pure quis ſtipulatus fuerit: & ceſſit & uenit dies ubi in diem ceſſit: dies nondum uenit ubi ſub conditione neq; ceſſit neq; uenit dies ꝑpendēte adhuc conditione.Vl.de uer.ſig.
Cædere flectere procedere.Vir.li.xii.pars miſiſſe ferrum corripiunt cæſiq; ruunt.S.
Cædo nūq̄ diphthōgus mutať ī præterito: ut hæreo hæſi:audio audiui:excepto cedo cecidi.
Cedria a cedo loca ſūt alia ſerēda ut habeas uīnina:alia utſeras & accolas ſyluā cedriā. V.
Cedūt plectūt.Var.in parmē.Cedit uelocibus in uenis mēbris leuis nitidis oleo.No.
Cellam a celando appellauerunt.

Celeratim celeriter.Siſen.hi.li.v.quo magis celeratim poterāt in inſidiis ſuos diſponit. N.
Celeres antiq̃ dicebāt quos nunc eqtes a Celere interfectore Remi:qui in initio a Romulo his præpoſitus fuit:qui primitus electi fuerunt ex ſingulis curiis: ideoq; omnino trecenti fuere.Feſtus.
Celebreſcat celeris fiat. Actius in diomede: & qualis fuerat fama celebreſcat tua.No.
Cæleſtia auguria uocāt cū fulminat tonat.Fe.
Celerāter pro celeriter.Actius in antenoribus Se ſi quis hic qui ē matutinū curſum hic celeranter rapit.No.
Celere pro celeriter.Neuius in pau.Nūc te obteſtor celere ſancto ſubueni ī enſore.En.ſat. primo dum quicquid celere.No.
Celidonium ultimū eſt thauri promōtoriū in noſtrum effuſum mare.
Celius mōs urbis ē:a cele iubēno nobiliſſimo duce thuſco dictus:eo q Romulo aduerſus Latinū regē cū auxiliaribus uenerit iclytus īſignis ē q ī eo poeta Ennius habitarit.
Celticum promontorium hiſpaniæ: ī oceanū procurrens.
Celebris & frequēs hoc differūt:dicimus locū frequētē quē multi frequētare ſolēt:aut habitantes:aut diuerſantes:ut urbs frequēs:platea frequēs.Referť ad pſonam:ut miles frequēs ſpectator præliorꝫ.i.creber & aſſiduus in turba.Sic frequens populus uel ſenatus.i. copioſus:& multus in ſingulari cū collectiuo:cū exteris in plurali: ut frequētes aues.i. numeroſæ:cū de loco dicimus paſſionem ſignificamus:de pſona uero actionē.Celebris uero paſſiue ponitť tam ad rē q̄ ad pſonā relatū:ut locus celebris q honeſtioribus uiris celebrať:homo celebris q cū honore coliť. inde celebritas quæ tū hominū cœtū onera tum declarat: tū dignationē ipſā atq; ut qn ante oīa futurus orator cui in maxīa celebritate & in media repu.uiuēdū eſt. Lau.
Cælebs non tam qui caruit ſemp uxore:q̄ qui nūc caret.inde celibatus.Lau.
Celarius.i.qui in eo præpoſitus eſt ut ratōnes ſaluæ ſint.Vlp.de fun.inſti.
Celtæ ſunt galliæ populi ad Maſſiliæ ac narbonis mare:qui rupē calpes aliqua ex parte attingūt ſecundum Cæſaris diuiſionē: ut augustus celtas prouinciæ diffiniuit.Sunt proprie celtæ quos narbonēſes dicimus. Celtæ ſepať a belgis fluuio garūna & ſequana.Sunt enim celtæ a pyreneo uſq; ad ſequanā. Stra.
Celox genus nauiculæ modiciſſimæ:quam uā plū dicimus.Apule.in li.de rep.iquit:q celocem regere nequit:onerariā petit. Ful.
Celer celeriſſimus Marcus attilius dixit in Iliade:celeriſſimus aduolat hector.celer etiam

foemi. dixerunt ut li.in odyſſe. & celer haſta
uolans perrumpit pectora ferro.
Celeriuſculus dĩminutiuũ.celeriuſcula protu-
lit.Ci.ad pre.
Cælibes gabinius ĩquit:ueluti cælites ꝙ hono
re grauiſſime uacet: idq; græco argumento
innuit:eadem de cauſa dici affirmat.
Celius mons a celio rege thuſcoꝝ:qui cum in
auxilium ueniſſet Remulo contra Latinũ:
(ut Varro ſcribit)mortuos in eo colle eſt hu
matus:qui cum eo uenerant thuſci in planũ
deſcendẽtes uicum tenuerunt: qui Thuſcus
dictus eſt.
Celeuſma clamor nauticus & hortatio.
Celius:modeſtus inquit:quia ei Saturnus teſti
culos abſciderit:hoc nomine appellatus eſt:
& uxore caruit.
Cælene urbs:hactenus phrygiæ caput:quã ali
qui lydiæ propter propinquitatem dixerũt:
ubi Marſya ſepultus:& flumen iuxta marſya
oritur:ubi marſya excoriatus eſt:propiquus
etiam Gallus fluuius: de quo qui bibit inſa-
nit.Tor.
Celeno una ex harpyis: quæ ſignat atrũ & te-
nebroſum.Tor.
Cælte tertia pars galliæ:qui uenietes ad Iberũ
hiſpaniæ:celtiberi dicti ſunt.Tor.
Celtica quæ & gallia olim a romanis dicebat̃
biſuntinã ſenonenſem bituricenſem turonẽ
ſem lugdunenſem ciuitates inter garũnam
matronam ſequanam & rhodanum flumia
ſitas continet ubi ducatus bituricenſis Bur-
gundiæ borbonii aruernia audeliẽſis ualeſii
a quo recentes Francoꝝ reges cognominãt̃
& normaniæ quoad citra ſequanam ſe extẽ-
dit comitatus etiam Burgundiæ niuernẽſis
antiſſiodorenſis montis bellicardi: ferrentẽ
ſis carolotenſis matiſconenſis bleſenſis bæ-
luacenſis deiouigni principatus aureliccæ:
multaq; alia regnicula & pars comitatus cã-
paniæ celtarum clariſſimi hedui horũ urbs
opulentiſſima auguſtodunũ(ut refert Pom-
ponius mella)cui gallica lĩgua alludit: cuius
celticæ termĩos:quo ad romanum imperiũ
in gallia rhodanus fluuius finiebat (ut non-
nulli ſcripſerunt).
Chenireæ uicus & portus ab urbe corĩtho di
ſtans ſtadiis ſeptuaginta.
Cherſinæ nam ſunt teſtudines terreſtres in o-
peribus appellatæ a cherſon quod terram ſi
gnificat in africæ deſertis:qua maxime hare
nis ſitientibus ſquallet roſido(ut credit̃)hu-
more uiuentes:nec aliũde peruenit aial.
Chemnis in quodam lacu ægypti inſula lucos
ſyluaſq; & apollinis grande ſuſtinens tẽplũ
narrat:& quocũq; uenti agunt pellitur.
Cheops ægypti rex poſt Rampſinitum:q py-
ramidem egregiam ſtruxit.He.
Chleba brachium proprie cancroꝝ uel ſcor-
pionum.Tor.
Chelidonia herba eſt uiſui ſaluberrima ab hi-
rundine monſtrata:a quo dicitur Chelidon
Tor.
Chelonophagi teſtudinum comeſtores phi-
loſophi ĩ ſinu Perſico iuxta littus carmaniæ
Tor.
Chemmis ægypti rex: qui mirabiliter ſtruxit
pyramidẽ:ad quam ædificandam. ccclx. M.
hominum fuere ferme.xx.annis abſoluerũt
Pecunia in olera tantum & herbas in cibum
DC.M.talenta: ſecundum Diodorum ſicu-
lum exceſſit.
Chereſte fluuius ex thauro monte profluens:
in oppoſitum inſulæ mergitur hedioꝝ.
Cheſimon fluuius eſt caucaſo monte proſili-
ens erumpit in pontum.
Cheronneſus urbs eſt iuxta Sagunthum.Stra.
Cheruſci populi Germaniæ inopia rerum la-
borant.Strabo.
Cheronneſus terra fere mari cincta:a χέρρος
terra.aliquãdo pro pelopõneſo & cherſone-
ſus:dicitur etiam χέρσος terra. Tor.
Cherſidamas troianus ab ulyſſe interẽptus.
Cherſydros ſerpens mare & terram incolens:
quo Calabria abundat(ſecundum Solinum)
de quo Vir.Eſt etiam ille malus & ce.& pau
lo ante chelidros quod Seruius quaſi cherſy
dros dicit Tortelius.
Cherſius proprium uiri.T.
Chelyndri ſerpentes ſunt:quaſi cherſydri:qa ĩ
aquis & in terris morant̃: nã χέρσος ter-
ram dicimus ὕδωρ uero aquam.Ser.
Cella ab eo dicta ꝙ eam clauſam eſſe conueni
at ob ea quæ in ea celant̃: & cella cellarium
a reponendis claudendiſq; rebus æſculentis
& poculentis dicit̃.Terẽ. in adel.nam me in
cellam aliquam cum illa concludam.Do.
Cœli a naturali diſcrimine.V.
Cœlum quidem aut dubie cælati argumentũ
duximus(ut exponit Varro)adiuuat reꝝ or
do deſcripto circulo qui ſignifer uocatur in
duodecim animalium effigies.Pli.li.ii.
Cœli dicuntur loca ſupna & ea deoꝝ:terra lo
ca infera & ea hominũ ut aſia:ſic cœlum di-
cit̃ duobus modis terra: nã & Aſia quæ nũc
Europa:in qua etiã ſyria & aſia dicit̃ prioris
pars aſiæ hiona.in qua eſt & ꝓuincia noſtra
Cilicia in qua etiã ſyria. Sic cœlũ ubi ſeptẽ
æratricæ:& ps eius ſũma ubi ſtellæ: & id qđ
Pacuuius cũ demonſtrat dicit. hoc uide cir-
cũ ſupraq; ꝙ cõplexu cõtinet terrã: cui ſub-
iungit id quod noſtri cœlũ memorãt: a qua
bipartita diuiſiõe Lucretius ſuoꝝ unum de
xx.libroꝝ initiũ fecit hoc ætheris & terræ

genitabile quærere tẽpus.Cælũ dictũ ſcribit ælius ꝙ eſt cælatũ,aut cõtrario noĩe cælatũ ꝙ aptũ nõ male ꝙ poſterior multo potius a cælo q̃ cælũ a cælando: ſed non minus illud alteꝝ ꝗ cælãdo ab eo potuit dici:,qđ ĩterdiu cælaẽ q̃ qđ noctu nõ cælaẽ oĩo. Ego magis puto a chao cauũ & hic cælũ:quoniã ut dixi hoc circũ ſupraq; quod cõplexu cõtinet terrã cauũ cælũ.Itaq; dicit Andromada.Noctique caua cæli ſigna tenẽtibus conficis bigis. Et Agamẽnon in altiſono cæli clypeo:& apud Heſiodũ a diuo cauo cælum.V.

Celiolus locus cũ celio coniunctus ĩter canas quẽ locũ cheroniẽſem appellatũ apparet: ꝙ primæ regionis quartũ ſacrariũ ſcriptũ ſic ẽ Ceroliẽſis q̃driceps circa minerbiũ: qua ĩ celio mõte itur ubi tabernaculum eſt.V.

Celius mõs a Celio uibẽno thuſco duce nobili q cũ ſua manu diciẽ Romulo ueniſſe auxilio contra latinũ regẽ:hinc poſt celii obitũ ꝙ nimis munita loca tenerẽt: neq; ſine ſuſpitione eſſent deducti dicunẽ in planũ: ab eis dictus uicus thuſcus:& ideo ibi uertunnum ſtare ꝙ is deus hetruriæ princeps de celianis qa ſuſpitõe liberi eſſent:traductas uolũt ĩ eũ locum qui uocatur celiolus.V.

Celox eſt nauigiũ breue dictum a celeritudĩe Plau.in aſina.Vnde ſumãẽ quem interuertãẽ quo hanc celocem conferã.Idẽ in capti.Vnde celocem hãc mihi eſſe corbitã dare.Turpil.in lemnis.Romulus ſenſim celox ab oppido ꝓceſſerat.Varro. Hercules tuã fidẽ.ꝓcella frigida arce obruat celocẽ.Idẽ ĩ marco. Nautæ remiuagã mouet celocẽ.No.

Cælum eſt deoꝝ domiciliũ. Vir.ænei.lib.iiii. cælum qui uertice fulcit.No.

Cælum rurſus aer.M.T.de natu. deoꝝ.lib.ii. Altiora eoꝝ qui terras incolũt: ĩ quibus aer ſit purus ac tenuis q̃ illoꝝ qui utunẽ craſſo cælo atq; concreto.No.

Cælũ pro aere.Vir.li.i. Ni faciat maria ac terram cælumq; profundũ. & Lucretius: ĩ hoc cælo qui diciẽ aer:cũ duos uerſus ĩtelligere: & totã in obſidã inde laudationẽ:quæ uerſibus.xxv.cõtineẽ carmen appellãt.unde Vir. ĩ buc.Tale tuũ carmẽ nobis diuine poeta.S.

Clæmẽs eſt qui de iuſto multum remittit.Te. in and.Iuſta & clæmens tibi fuerit ſeruitus. Clæmẽs eſt q colit mẽtẽ nec eã uexat iraſcẽdo Et clæmẽtẽ uitã ducimus quæ clæmẽtes fecit.Te.in adel.Ego hanc clæmẽtem uitã urbanam atq; ocium ſecutus ſum.Do.

Clæmens & placidus differunt.nam clæmens eſt circa recte agẽtes:placidus circa delinquẽtes.& clæmẽtis eſt nulli lædere: placidi arridere oĩbus.Clæmẽs aĩo:placidus uultu. Idẽ in eadem.Ille ſuam ſemper egit uitã in ocio: conuiuiis clæmens placidus: nulli lædere os arridere omnibus.Do.

Cementa lapides non magni modi q̃bus ædificia conſurgunt. Siſen.hiſto.li.iiii. Formidine oppreſſus ꝙ humide cementis inſtructũ oppidi murum ciebant.Var.ĩ bimiarco. Nõ te pudet manicum domi tuæ uides cõmilitonum tuorũ cohortis ſeruis miniſtrare cementa.Nonius.

Chephoſum antiqui dicebãt tenebroſũ: græci κνέφος appellant obſcurum.Fe.

Cenſere ſignificat exiſtimare arbitrari. Actius in euryſace.nam ea oblectat ſpes ærũnoſum hoſpitem dudũ id quod miſer eſt clam eſſe cenſet alteros.Liui.belli punici.li.vi. Cenſet æs uenturum obuiam pœnũ.Caſſius emina hiſto.li.ii. Cenſent ſe ſe regem Porſenã occidere.Quadrigarius annaliũ li.vi. Ne nos ad certationẽ cenſeas hoc incœpiſſe.Nonius.

Cenſores quid eſt quod magiſtratum ineũtes nihil agunt q̃ ut ſacrorum anſeꝝ alimẽta locent:& imaginis ſplendoremẽan a uilioribus incipientes: quæ nec multo ſumptu nec magna opera egentẽan uetus quædam huic animanti gratia refertur ab illo uſq; gallo repetita quod dormiẽtibus canibus primi oĩum anſeres galloꝝ in capitoliũ aſcendere ꝑſenſerũt:& clangore uigilem ſe excitarunẽ an cum ſint malarum rerum:& quæ ſũma cura indigent cuſtodes cenſores:ut ædium ſacrarum & publicarum: morum deniq; & uitiis & uitæ uniuſcuiuſq; diligentiſſimi & cuſtodientiſſimi omnium amantium rationẽ ſibi habendam putauerũt:ſimul enim anſeribus curandis ciues admonent: ne deoꝝ cultum negligant:anſeris.n. abſterſi & ſplendor neceſſarius eſt: cito enim rubrica defuit ac defloreſcit: ea enĩ ueteres ſtatuas obducere & illinire conſueuerunt.

Centrones populi finitimi garocellis & caturigibus non longe a Vocũtiis & allobrogibus erant inter alpes gratas: quæ hodie dicũtur mons cinerum:ſiue cineſius & urbem gebẽnam lacumq; lemanum & rhodanum fluuium.Nunc autẽ centrones ſunt tarentaſii extra celtas belgas & aquitanos ĩ ſabbaudia ciuitas & metropolis.

Centrones item belgarum populi qui ſub imperio neruiorum nunc tornacenſium erant proximi grudis leuacis pleumoſiis & gordunis forte ſunt: nunc gordacenſes in Flandria tornacenſis dioceſis.

Cenchris genus ſerpentis.

Cenomani ĩ italia populi: nũc Brixienſes: ubi ciuitas eſt appellatur.

Cenſus diuitias. quæ uæneunt appellamus.

Cenſere ſuccenſere. Varro in caprino præli

o:

ne uobis cenſeam ſi ad me referens. Nonius Mar.

Cenſeri arbitrari: ut Cenſores quibus ſummũ eſt arbitrium aliorum morum. Teren. in eu. Cenſem poſſe te obfirmare. Do.

Centuſſæ apud Perſium curto centuſſe liceť: fit quaſi a nominatiuo centuſſis: quod a centum & aſſe compoſitum eſt: ut tam Varro q̃ probus ac Priſcianus oſtendunt.

Cenſere eſt arbitrari ueteres cognatione quadam ſocia ac ſimilia uerba eſſe uoluerũt. V. de re ruſti. libro uigeſimo. Quod cenſeo uerbis & arbitror idem poterat ac ualebat. Plautus in ruden. Non uidiſſe undas maiores cẽſeo. Idem in menechmis: demam hanc coronam atque abiiciam ad leuam manum: ut ſi ſequetur me abiiſſe cenſeatis. Var. de uita patrum libro ſecundo. Itaq; ꝙ hos arbitros inſtituerunt: populi cenſores appellauerũt. ¶Idẽ ualet cenſeri & arbitrari Nonius.

Cenchris genus ſerpentis flexuoſi ſemper rectus incedens lati tritunculus.

Cenodoxia inanis gloria.

Cænodoxia noua gloria. Ita cænotaphium uacuum ſepulchrum: & cænon nouum.

Cæneus uir & fœmĩa fuit: quod de Iphi & thireſia dicitur: & tandẽ in phœnicem auẽ uerſus ſecundum Ouidium. Tor.

Centauri theſſaliæ populi iuxta pelium montem ſemiequi a lapithis orti: ideſt ex Ixione phlegiæ Regis pelectronum filio: & ex nube in formam iunonis qui ſecretarius iouis Iunonem de ſtupro attentauit: qui pulſus ĩ terram cum ſe iactaret cum Iunone concubuiſſe: fulminatus ad inferos truſus eſt: ubi rota plena ſerpentum ſuperuoluit: ſecundũ plinium. Pelectronius primum ſtrauit equum: & frænauit dum pugnarent cẽtauri cum lapithis in nuptiis Pirithoi: ira martis cum ad nuptias non eſſet uocatus: & interfecti centauri. Vnde mars perdere gentem ĩmanem lapithum ideſt centaurorum: ſi uolumus cũ Ouidio concordare in. xii.

Centrum nos ſtimulum uel aculeum: ſed maxime pro puncto corporis medio maxĩe circulari.

Cenſionem facere dicebatur cenſor cum mulctam equiti irrogabat Feſtus.

Cenſio æſtimatio: unde cenſores. Fe.

Cenſor ad cuius cenſionem. i. arbitrium cenſeretur populus. Var.

Cenſores dicti ꝙ rem ſuam quiſque tanti æſtimare ſolitus ſit quantum illi cenſuerint. Fe.

Centones ſtramenta lanea quibus lecti ſternũtur ut mollius cubetur: quos nos materianos appellamus. Macrobius ſaturnalium libro primo: tremellius qui ex uillico rem cõperiſſet Scrofæ cadauer ſub centonibus collocat: ſuper quos uxor cubabat. & paulo inferius: quæ in centonibus iacet lectulũ monſtrat. & hircius cõmentario ſecundo cõtrabulationem ſecundam lateribus lutoq; cõſtrauerunt: nequid ignis hoſtium nocere poſſet Centoneſq; inſuper iniecerũt: ne aut tela tormentis miſſa tabulationem pfringerent: aut ſaxa ex catapultis lateritium diſcurrerent.

Centum cellenſis portus hetruriæ a Saracenis diruta: mox reſtituta ciuitas: iuxta pyrgos ubi ſub hadriano in cauſis centum uitalibus. Plinius nepos dixit.

Cenſoris iudicum ad æquum æſtimabať. Va.

Cenſui agri a cenſendo ꝓprie appellanť: qui & emi & iure ciuili uænire poſſunt. Fe.

Cenſus maximus. cx. aſſium fuit ſeruo rege: & ideo prima claſſis. Pli. lib. xxxiii.

Cenſus equeſtris qui quadrigẽtis ſeſtertiis cõtinebatur Tiberii edicto Plinius autor.

Cenſus: cenſi dicebanť q centum milia æris ĩ profeſſionem detuliſſent. huiuſmodi autem facultates cenſus uocabantur.

Centurion medicamentum a Chirone centauro inuentum Feſtus.

Centenas pondo dicebant antiqui referentes ad libram Feſtus.

Centones & cilicia. Siſen. hiſto. lib. quarto. Popis aceto madefactis centonibus integũtur: quos ſupra perpetua claſſi ſuſpẽſa cilicia obtonduntur. No.

Centonibus require in conficiunt. Ma. de ſa.

Centuria in agris ſignat ducenta iugera: in re militari centum homines. Feſtus.

Cẽturiatus ager ĩ ducena iugera definitus: qa romulus cẽtenis ciuibus iugera tribuit. Fe.

Centurionus antea qui nũc cẽturio & Curionus & decurionus dicebatur. Feſtus.

Cẽtenariæ cœnæ dicebãtur ĩ quas lege licinia nõ plus cẽtuſſibus præ terræ natalibus ĩpẽdebatur. i. cẽtum aſſibus: qui erãt breues nũmi ex ære. Feſtus.

Centũuiralia iudicia a cẽtum uiris ſunt dicta: Nam cum eſſent Romæ triginta & quinq; tribus: quæ & curiæ ſunt dictæ: terni ex ſingulis tribubus ſunt electi ad iudicãdum qui centumuiri appellati ſunt: & licet quinque amplius q̃ cẽtũ fuerĩt: tamẽ quo facilius nominarẽtur: cẽtumuiri ſunt dicti. Feſtus.

Centumuiralia iudicia quæ centumuiri iudicabant. Feſtus.

Cẽturiatim dictũ eſt abũdãter & copioſe: a cẽturiis q ſuffragiũ in comitiis ferebãt. Pom. ĩ poſt. Cõtinuo ad te cẽturiatim current q panem petunt. Nonius.

Cẽturiata comitia cũm ex ſexu & ætate ferať ſuffragium cẽturiata comitia ſunt. A. G.

Centuria prima cētū iugeribus dicta: poſt duplicata retinuit nomē ut tribus actibus multiplicare idē tenent nomen: ut quo agebant ſic quo uehebant actus.
Centuria quæ ſub uno centurione ſunt: quorum centenarius iuſtus numerus. V.
Centuriæ: honeſtiorum decuriæ: inferiorum centuriæ dicebantur. Aſco. pe.
Cenſum promontoriū euboiæ: in ſeptentrionem directum.
Cenus extremum Italiæ promōtorium ad pelorum ſiciliæ tendens.
Cœnaculum umbraculum: tabernaculum: habitaculum: crepuſculum dimminutiua non ſunt quia non rite formantur. Lau.
Cenſor cenſorium format: ſicut quæſtor quæſtorius: prætor prætorius: ſenator ſenatorius: olitor olitorius: a uerbis ut opinor nō deſcendunt: ſed uerbalem tantum uocem obtinent. Lau.
Cenſor q̄ cēſurā gerit. Tribunus qui tribunatū. primipilus q̄ primipilatū gerit. ſimiliter Prætor: cōſul. Quæſtor ædilis. Senator uero q̄ eſt uel fuit. Et ſunt ſubſtantiua. iūguntur enī cū adiectiuis: ut prætor iuſtus. Prætorius aūt qui præturā geſſit. Conſularius q̄ cōſulatū. ſimiliter q̄ſtorius: ædilitius cēſorius tribunitius primipilarius: ſenatorius. i. ſenatorii ordinis: aut de domo ſenatoria. Triumphator q̄ triūphat uel triūphauit: ut uictor exercitus. Triūphalis qui triūphauit. Et ſūt adiectiua: ut homo conſularis: mulier tribunitia: & ſi deſit ſubſtantiuum ſubintelligitur Proconſul qui cum poteſtate cōſulari extra ordinem in adminiſtrationem promunt ſex tantum faſcibus. Proprætor qui extraordiariam præturam gerit. ſimiliter cætera: ut ꝓ prætor. Lau.
Cenſores conſtituti ſunt: cum cēſus iam a maiore tempore augendus eſſet: ut conſules nō ſufficerent.
Cenſere & conſtituere & præcipere. unde etiā ſolemus dicere: cenſeo hoc facias: & ſenatū aliquid cenſuiſſe. inde cenſoris nomē uidet̃ eſſe detractum. de uerbo.
Cenatum oppidū erat carnutū: putatur ſit hodie ubi celdon in gallia.
Cenomani ſuper Venetos hoſtes extiterūt romano nomini. Verum cænomani Venetiq̧ ſocia arma iunxerunt: & āte Hānibalis expeditionem: quo tempore & Inſubres bello ꝑſequebantur. deinde ciſpadanā obtinent plagam uniuerſam. Alii quantum montes apennini ad alpes circundant uſq̧ Genuam & ſabacios: plurimum autem boi & lygures. Str.
Cenſor ad cuius cenſionem. i. arbitrium cenſeretur populus. Var.
Centeſimum uiceſimum annum dici ſine coniunctione Varroni placuit. Strabo.
Centuſſis a decem decuſſibus dicitur ꝓ portione qui maius æris uocabulum nō eſt: nam ducenti: & ſic proportione quæ dicūtur nō magis aſſes q̄ denarii: alienæq̧ res ſignificēt æris minima. V.
Cenitaretur īperari cœpit: ut patētibus ianuis pranſitaret̃ & cœnitaret̃: ut ſic oculis ciuiū teſtibus factis luxuriæ modus fieret. M.
Cœnatio ad cœli. n. decliui declinatōe ſolis & aure exceptione porticus ueteres conſtituebant. unde Iuuenalis de mēbro hyemali algentem rapiat cœnatio ſolem. Acron.
Centurio eſt peditū: decurio uero equitum cēturiati: uel manipulus inter pedites annumerantur: in exercitu miles centurioni: centurio tribuno: tribunus legato: legatus cōſuli obediebat: ſed ſeorſum magiſter equitū ſolū dictatori parebat.
Cenſores quinto quoq̧ āno creari ſolebāt: hi prorſus ciues ſic notabant: ut q̄ ſenator eſſet eiiceret̃ ſenatu: qui eques fecit: equū publicum ꝑderet: qui plæbeius in ærarii tabulas referretur & ærarius fieret at ferret: per hoc non eſſet in albo centuriæ. ſ. ad hæc nō eſſet ciuis tantūmodo: ut ꝓ capite ſuo tributi nomine æra peræberet. Idem quinquēnium luſtrabāt ſoli taunilia ſacrificia de ſue oue tauro faciebant. Aſconius pe.
Cephalus q̄a ī capite excreſcit piſcis: latīe mugil: inde & mugilus intrat. i. capitoſa: ide mētula.
Cephalus etiā uenator athen. Procris eritheni athen. regis filiæ maritus. Ouidius. v.
Cephalonia inſula in Ionio quondam melena dicta ulyſſis.
Cepheus rex æthiopū phœnicis filius & pater Andromedæ ex Caſſiopeia: ſocer Perſei.
Cephiſus fluuius Boetiæ: delphos præterfluit in cuius rippis templū themidos. unde Deucalion reſponſa habuit. Homerus phocēſiū fluuium dixit.
Cephren cheopis frater qui poſt eum in ægypto regnauit. Herodotus.
Ceraſus arbor a ponti ciuitate cereſū te ſic dicta: quam cum lucillus deleſſet: inde illā trāſtulit: & a ciuitate ceraſum pomū appellauit ſane arbor ceraſus. pomum uero ceraſum dicitur Seruius. cōtra tamē Propertius. & dulces ceraſos & autūnalia prūna dixit.
Ceraſos brumalibus inſere ceraſos.
Ceraunia montes ſunt epiri a crebris fulminibus ꝑꝑ altitudinē & fulminū iactus. S.
Ceramiū tegulariū uel figulariū locus athenis
Ceraſtes ſerpēs q̄drigemia cornua habēs ſimilia arietū: a ceras cornu. unde etiā ceruus.

Ceraſus urbs ponti: deleta primum in Italia a Lucullo: unde pomum inde ceraſum appellatū aduexit. ceraſus arbor. Seruius. Sed potius græcum nomen eſt ab æſchylo ante lucullum dictum.
Ceraunus fulmen & Ptolemæi cuiuſdam cognomen.
Cerberus inferni cuſtos: quaſi κρέας βορός: ideſt uorans carnē: canis triceps: & canis Alexandri epiroticus leonibus congrediens ſecundum iulium pollucem.
Cercaſorus urbs ubi diuiditur Nilus in peluſium & canobum. Hero.
Cerceis nympha oceani: & tethyos filia. heſi.
Cercyra olim corinthi nomen: quo ſæpe Homerus utitur.
Cercyon rex in theſſalia habuit filiam Alopē a quā ciuitas.
Cerinthus oppidum in euboia. Home.
Cerinthe herba quam Pli. cerintheam dixit.
Cerrus genus arboris.
Cerebroſi dicuntur ad inſaniam faciles qbus cerebꝛũ moueaṫ. Lucil. ſaty. lib. xv. primū cū iſtis inſanū hoīem & cerebroſum. No.
Cereos ſaturnalibus numero dabant humiliores potētioribus: quia candelis pauperes locupletes cæreis utebantur.
Ceres ꝙ gerit fruges. V.
Ceres require in agricolarum. V.
Cererē quoqꝫ pro luna poſuit. Virgilius geor. li. primo. Vos o clariſſima mundi Lumina: labentē cælo quæ ducitis annum Liber & alma ceres. i. ſol & luna. Ceres autem a creando dicta. Ma. de ſa.
Cerina nomen uiri a ſordido cultu. Pom.
Ceres dicta eſt uerbo attico κοκύω: ꝙ lugeo ſignificat: quis alterum cælidatus ut corripiatur ſyllaba: nam cererem raptu proſerpinæ mœſtam qualis apud arcades lugubri habitu colitur (ut ſcribit Pauſanias) lachrymas & gemitu placaſſe dicuntur: inde reddita agris fertilitate inſtituta ſunt illius ſacra a cocyto auiam & ātiquiſſimam familiæ (auctoream tici) cocyam appellarunt (autore Suida) nam & cocyto: hoc eſt ceres deorum ſacroꝝqꝫ antiquiſſima & prima dicitur. Ouidius. Prima ceres auidæ ea uiſa eſt ſanguine porcæ: & ut ex Varronis re ruſtica diſcitur: initia dicuṫ ſacra cereris: quoniam prima fuerunt: & idē initia principia ſunt appellata. Strabo in decimo ita ſcribit: ſimilia ſunt: & quæ apđ thraces celebrāt: & quæ cocytia & mendidia dicuntur: apud quos & orphica initium habuerunt. Ipſa ſane cocyn quæ apud edonios colit: & eius inſtrumenta memorat Aeſchylus appellaſſe cererē cocyn: quam Iuuenalis cocyto dixit: nam (ut teſtimonio Ouidii) docuimus coniuncta erant cereris cum baccho ſacra cocytia ſacra cōmemorat etiam Porphirio. Hoc igitur pacto legendum eſt nihil diſtare ſacerdotes albanis mulieribus colentibus bonam deam: uel ab his qui coluerūt cererem ſacris cum baccho conuinctis.
Cephalia ex cauſa uocabulum habet capitis enim paſſio eſt & græce caput cephale diciṫ.
Cerdon lucrum: eſt enim populus a cerdiſſe lucro uel plebs.
Ceruſata ideſt candidata: ceruſſa & orcha iter colores ficticios ponūtur a Plinio: hic pallor & candor uel ſtatuis uel mulieribus parabatur.
Cerriti erant adoleſcentes uſqꝫ ad certā ætatē quod de aſcanio. Vir. fuſos ceruix cui lactea e. a. Item cerratorum dicit puerorum propter linguæ curſum uitandum pueris cirri cō ſecrati certis numinibus dicebantur: uel certis cirratis capillatis pueris.
Cercopythecus: ſimia caudata dicitur cōpoſitione etiam ipſa ex India mittitur capite nigro pilo aſinino diſſimili uoce aliis Simiis ita loquitur apud Martialem. Si mihi cauda foret. cercopythecus erā. Iuuenalis. Effigies ſacri nitet aurea cercopytheci.
Cerina proprium uiri a ſordido cultu.
Ceretanus amnis ubi cæræ oppidum: nūc cer uetere: Vnde cerimoniæ apud Hetruſcos. Blon.
Cernere farinam dicimus: & cernere bello.
Cerintha herba.
Ceroma erat unguentum ex oleo & terra ī ſpeciem luti. Martialis: Vara nec in lecto cæromate brachia tendis. alibi quo ceromata fece de ſabina.
Ceruſſa inter ficticios colores eſt: admittit mirū īmodum calorem: ut in ſole aut igne cale facta torreat timet ſolem ob calorem: quo phucus torretur.
Cerimonia a carendo dicta. Aulus. G.
Cerimoniæ: Maſſurius ſabinus in commentariis: quos de īdigenis compoſuit: religioſum inquit eſt: qđ propter ſanctitatē aliquam remotum & ſepoſitum a nobis eſt uerbum: a relinquendo dictum tanꝗ cerimoniæ a carendo. A. G.
Cærinū a cæræ colore. Plau. ī epidico: plumatile aut cumatile cerinum aut gerinum.
Cerinalus locus in urbe ſic dictus. Fe.
Cerriti & laruati: maleſani: & ut cereris ira ad laruarum incurſionē aio uexati. Plau. ī me. Laruatis ædepol hominē miſerum medicū quæritat. Idē in amphi. quaſi aduenieti morbo medicāti iuueni: tu certe laruatus es aut cerritus. No.
Cerritus furioſus. Se.

Cercopa græci appellant lucra undiq; cupiéte quaſi κερδονα: quem nos quoque lucrioné uocamus. Feſtus.

Cherinone ficæ dicuntur. V.

Cernere ſignificat uidere. Vir. æn. lib. iii. Cernimus aſtantes ne quicq̄ lumine toruo.

Cernere reſponſum dicere. Lucil. ſaty. libro. v. poſtq̄ præſidium caſtris educere cernit. Idé lib. xiii. Acribus inter ſe armis confligere cernit. Nonius.

Cernere amittere. Varro in gerunto dedaſcalo. Non uides apud ſe ſcriptú tibi ſub armis malim uitam cernere: quá ſemel modo parcere. No.

Cernere audire. Actius in chryſippo. quid agá uox illius eſt certe. idé omnes cernimus. N.

Cernere iudicare. Pacu. i armorum iudicio. & æquum & rectum quod poſtulas iurati cernant. Ennius in thieſte. Impetrem facile ab animo ut cernat uitalem labium.

Cernere rurſum dimicare uel contendere. Actius in epinauſimacho: primiores procerum reuocarit nomina: niſi eſſet quiſq; armis ſecum uellet cernere. En. i me. exule nam ſub armis malim uitam cernere. Pacu. i armorú iudicio qui ſeſe ad finem eſſe ad cauſandum uolunt de uirtute: & ego poteſtatem cernendi do omnibus. N.

Cernere rurſum cedere: unde & cernere hæreditatem filii patribus. i. cedere dicti ſunt. Actius in mirmidonibus: regnum tibi permitti malunt cernam tradam exercitus. No.

Cerno ualet id quod uideo: ut ait En. lumen iubarue in cælo cerno. Caius ait. ſenſumq; i eſſe & motum in membris cerno: a creo. i. a creando: ab eo quod cum quid creatum eſt: deniq; uidetur hinc fines capilli diſcrimen: quod finis uidetur diſcrimine. V.

Cernuus dicitur ꝓprie inclinatus: quaſi ꝙ terram cernat. Lucil. ſaty. libro tertio. Cernuus ex templo plantas conueſtit honeſtas. Virgilius libro. xi. Eiectoq; incumbit cernuus armo. Lucil. ſa. libro. xxvii. Modo ſurſum: modo deorſum tāq̄ collus cernui. Varro de ui. pa. libro ꝑtimo. Etiam pellis bubulas oleo ꝑfuſas ꝑcurrebant. A quo ille uerſus uetus eſt in carminibus ubi paſtores ludos faciút: cernui conſualia. No.

Cernum durum ceraſum appellabát quod in Italia ante luculum erat: idq; poſtea mutato nomine cerno ceraſum dici cœptum eſt. Se.

Cernuus qui cadit in faciem: quaſi eam in partem qua cernimus. Vir. æne. li. x. Eiectoq; incumbit cernuus armo. Ser.

Cerrones leues & inepti a cratibus dicti ꝙ ſyculi aduerſus Athe. cratibus pro ſcalis ſunt uſi: quas græci γερρα appellant. Fe. at gerrones a grecis dicuntur.

Certare ſignificat altercari contendere. Vir. in buc. certent & cygnis ululæ. No.

Certare præuenire. Vir. ænei. lib. i. Officio nec te certaſſe priorem pœniteat. No.

Certare prouocare. Ter. in phor. Benedictis ſi certaſſet audiſſet bene. Dona.

Certatio & certamen differunt. Eſt enim certatio ipſe actus contentioq; certantium. Certamen ipſa res de qua certatur. Teré. in adel. quid iſtuc ſamio eſt ꝙ te audio: neſcio quid concertaſſe cú hero: nunq̄ uidi iniquius certationem compatam. Do.

Certatur pro certat. Pacu. in armo. iudicium. An qui eſt: an qui te eſſe dignum qui cú certetur putet. No.

Certeris require in anguilla. V.

Certiſſant certa faciant. Pacu. in chryſe. Aqua cocos unde certiſſent. No.

Celebrare non ſolum frequens: ſed etiam uelox. Actius in ægiſto: celebri gradu greſſum ac celebrare docet. No.

Certus fidelis. Vir. æne. li. i. Equidem per littora certos dimittam. Ser.

Certus deliberati iudicii. Vir. æne. libro quarto: certus iter & certa mori. Seruius.

Ceraſum thyſeon promontorium propontidis: in quo bizantium oppidum: cui poſtea nomen Conſtantinopolis.

Ceraunii montes in epiro oriuntur: & exinde continuo iugo riphæis iunguntur: parte altera in euxinum & mæotida atq; tanaim cadunt: altera uero in caſpium.

Cerbalus apuliæ fluuius eſt: olim finibus daunorum.

Certe uel certo: quippe: utpote: profecto: utiq; nempe: nimirum: ſane: ſimilia ſunt ſignificato. Differunt tamen ꝙ quippe & utpote etiá cauſatiuæ ſunt: ut quin quippe: ideſt hominum naturale: quo in loco recte dicerem: ſiquidem: uel nam: uel náque: uel enim. ut ení. i. homini naturale: quoniam non recte iter poneretur tali oratione: utpote ſimilem habet uſum: ut Plinius utpote cum fidé ánuo & biénii ſpacio durauerit: nonnunq̄ ſine: cú & ſine relatiuo: cum quibus frequétius præponuntur utiq; affirmatiua eſt: niſi apud Ciceronem: ponitur tamen interdum reſponſiue quod fieri poteſt per profecto & certe: & nimiꝝ & nempe: ut quin uter melior dicetur orator nimiꝝ qui homo quoq; melior ſane utique affirmatiue ſumuntur: uel ꝓ ualde: ut Sueto. Bellum ſane difficillimú geſſit: ponitur permiſſiue cum aduerſario aliquid tribuimus: ut ſit ſane: ut ais quaſi eſto. Lauren.

Certe mō affirmat mō ꝓ ſaltem accipit: ut nō

potero tágere certe potero uidere: uel ad po tero uidere: uel tamé certe coiúcta cũ cõiunctiõe: & affirmat ut Cicero: & certe cõtra cæſaré ígreſſus eſt armatus. & ſane ſimiliter ut Quin. & ſane quis cõcipiat: uel declamantis habitum: cum ſcio ponitur certo non certe: ut certo ſcio ſicut manifeſto: aperto liquido tuto pro aduerbio in e. Lau.

Certamen quære in uerbo bellum. L.

Certũ eſt nõ modo accipit̃ ꝑ manifeſtum eſt: ſed etiá pro deliberatũ cõnſcitũq; eſt. Et cũ datiuo: ut certum eſt mihi ire in hiſpaniá in terdum ſubintelligitur datiuus. Lau.

Ceruix poſterior colli pars: unde origo eſt oĩbus neruis: iugulus áterior: úde uox aluuſq; ꝓcedit: collum omnes partes inſolidum cõplectit̃. inde dicimus hominem duræ ceruicis: quaſi ídomabilem moræ ferocium bouũ: uel qui ceruice erecta & rigida contumaciá quandam & rigorem métis præ ſe fert: tanq̃ nemini caput íclinare uelit. Ceruices etiá ꝓ ceruice dicimus. præterea petere iugulũ: ferire iugulum pro eo quod eſt inferre morté ꝙ ea pars maxime eſt obnoxia uulneri. ut cicero in uerrinis ſua confeſſione íducitur ac iuguletur neceſſe eſt. Laurentius.

Cereales a cerere dicti: conſtituti ſunt ædiles: duo qui frumẽto præeſſent: quorum creandorum fuit auctor Iulius Cæſar: de uer.

Certum eſt cuius ſpecies uel quantitas: quæ í obligatione uerſatur: aut nomine ſuo: aut ea demonſtratione: quæ nominis uice fungit̃: qualis quantaue ſit oſtenditur. Nam & Pedius libro. i. de ſtipulatiõibus nihil referre: aut ſi proprio nomie res appelletur: an digito oſtendatur: an uocabulis quibuſdam demonſtretur: quatenus mutua uice re fugant̃: quæ tantũdem præſtent. de uer.

Cerretani ſunt maxima Hiſpaniæ portio cantabris perq̃ ſimiles. Stra.

Cerates duo faciunt obolum.

Ceritus a cerere. Pri.

Cerula nomen a colore maris.

Ceres. an ego inquit euangelus ꝙ Vir. cum diceret. Liber & alma ceres pro ſole & luna: & non hoc altiſſimus poetæ imitatione poſuit Ma. de ſa.

Cerretis & ſamnitis: pro ſamnis: & laurentis ꝓ laurens: & tiburtis pro tiburs: ſic quiris pro quiritis: & ceretis pro ceres antiqui protulerunt (teſte Capro) qui nunc in uſu non ſunt: Ceritis tamen penultima in i conuerſa. Liuius protulit li. xli. ceritis anguem iubatum ap paruiſſe nunciarunt. Pri.

Ceres a gerendis fructibus dicta tanq̃ gerés calamum: quæ prima littera itidem mutata ut a græcis. nam ab illis quoq; Δημήτηρ quaſi gemeter nominata eſt.

Ceroma unguentum erat ex luto & oleo. Pli. autor male olebat: ſi oleum ſabinum: quod plurimum habet amurcæ adhibitũ fuiſſet: erat autem palæſtritarũ.

Ceronia erat genus unguenti ex cœno & oleo quo utebantur palæſtritæ.

Cerealibus quid eſt quod erethryẽſium mulieres: non ad ignem: ſed ad ſolem carnem coquunt: & calligenam non uocát. an quid ita cecidit ne captiuæ quas ex troia Agamẽnon abduxit hoc in loco cerealia facerent: cũq; ĩopinato nauigandi tempus extitiſſet: imperfecto ſacrificio diſceſſerunt.

Ceres proſerpina græcorũ nomen eſt. Ea enim eſt quæ græce περσέφονη nominatur: quá frugum ſemen eſſe uolunt: abſcõditũq; quæri a matre fingunt: mater autem eſt gerẽdis frugibus tanq̃ geres caſuq; prima littera itidem immutata: ut a græcis.

Ceruaria ouis dicitur quæ pro cerua ímolabatur. Feſtus.

Cerui furcæ dicuntur: quæ ad caſæ ſuſtentationem figuntur ad ſimilitudinem cornuum cerui. Ser.

Ceruſii germaniæ populi tranſrhenani: quos bacenis ſylua germaniæ ingens nunc nigra: (ut plæriſq; placet) dicta a ſueuis pro natiuo muro diuidit hos Tacitus refert ꝓxios hermonduris: cattis & Ligiis Vngariæ populis.

Ceracates Germaniæ tranſrhenanæ populos uangionibus ac tribotris proximos: non memorat Cæſar: ſed Tacitus.

Ceraunii montes í epiro poſt butrotum ab iis flexus in andriam. Pom.

Cerberum hecatæus mileſius ſerpentem í tænaro fuiſſe ſcribit: cuius ueneno omnes peribant: inde appellauit eum cané ditis: primus homerus κύνα: ſed nec formá nec nomen dedit poſtea tricipitem finxerunt.

Cerdones uiliſſimi homines.

Cerdones dicũtur qui artificio & lucro uictũ quærunt a κέρδος quod ſignificat lucrum ſed pro plebeis & uilibus accipiuntur a Iuuenale. & quæ turpia cerdoni. & alibi: poſtquá cerdonibus eſſe timendus cœperat.

Cerui magni populi in anglia mari proximi: e trinobantibus: Segnoriatis: Ancalitibus Bibrogis: ac caſiis.

Ceruix. Varro de analogia libro prío: ceruicẽ uidet̃ Hortẽſius primus dixiſſe. Nam ueteres pluraliter appellabát. Seruius ergo errat ſuper æneidos ſecundo. Ceruix cum in numero ſingulari dicitur collum ſignificat: Si plurali utamur ſuperbiam oſtendimus: ut in uerrinis: frangere ceruices.

Ceruſſata cutis pellis expolita ceruſſa.

Ceruiſia potionis eſt genus: quod ex fermẽtis & ſorbis conficitur. de qua Vir.geor.lib.iii. Et pocula læti fermẽto atq; acidis imitãt uitea ſorbis.Ser.

Ceruix cum numero ſingulari dicitur collum cum autem plurali ſuperbiam oſtendimus. Virgil.æneí.li.ii.Ergo age care pater ceruici imponere noſtræ. & Cice.in uerrinis.frange ceruices.

Cerui ꝙ magna cornua gerant g in c mutata. Varro.

Cerui ad ſimilitudinem cornuũ cerui.V.

Ceruus ꝙ κέρατα.i.cornua gerat dictus.

Cernuus calciamenti genus.Fe.

Cerulum uiride cum nigro:ut mare.Virg.vii. An cuius egentis littus ad auſonium tot per uada cerula uexit.Ser.

Cerulenſis a carinarũ iũctu dictus: carinæ poſtea ceriona: ꝙ hinc oritur caput ſacræ uiæ obſtrenuæ ſacello quæ pertinet in arcẽ quo ſacra quotquot menſibus ferũtur in arcẽ:& per quam augures ex arce profecti ſolent in augurare.huius ſacræ uiæ pars hæc ſola uulgo nota:quæ eſt a foro eunti primo recliuo eidem regioni attributa ſuburra.V.

Ceſa tellum gallicum tenerum.Vir.lib.viii.ar pina coruſcat ceſa manu.No.

Cæſar quod eſt cognomen iuliorũ dictus eſt: ſcilicet quia cum cæſarie natus eſt.

Cæſar dicitur ꝙ cæſo matris uentre natus eſt: uel ꝙ eius auus in aſia manu propria occidit elephantum:qui pœnorum lingua cæſa dicitur.

Cæſar Ianuario duos dies addidit. Require in ſaturnalia.Ma.de ſa.

Cæſaries a cædendo dicta fuit: ſicut & coma. ideſt ἀκοπτω incido:quocirca tãtum uirorum dicta eſt cæſaries.

Ceſſerũt:hæc ait & ſocii ceſſerũt æquore iuſſo.noue dictum eſt a Virgilio pro eo ꝙ iuſſi ceſſerunt.Ma.

Ceſſare & quieſcere differũt. ceſſat.n. odioſus quieſcit defeſſus.Ter.in eu.quieſcere ubi uolebat.Idem in adel.uxor ſi ceſſes.Donatus.

Ceſitum dicitur linteolum purum & candidũ a cedendo ꝙ ita ad candorem perueniat: uel ꝙ oras circũciſas habeat.Plautus in epidico: linteolum ceſitum.No.

Ceſius lentiginoſus.Te. in heau.ruffamne illã uirginem ceſiam.Ser.

Cæſtis pro cæſtibus.Var.de uictis uinci quæro a nobis ſi aduerſarius ſupcilia i cæſtis diſcopinarit nũc quis noſtrum ſuam mihi eſt daturus.

Cæſo.Vir.& cæſo ſparſurus ſanguine flãmas: non dixit qui exceſis.ſ.profudit.No.

Cæſones appellantur ex utero execti.

Cæſpes eſt terra cum própria herba reuulſa.S.

Ceſpes eſt terra in modum lateris cæſa cũ herba ſiue frutex reciſus & truncatus. Fe.

Ceſticulus appellatur quem ſupponit capiti ꝗ aliquid eſt laturus in capite.Fe.

Ceſtus ſine diphthongo balteũ ueneris ſignificat. Ser.

Cæſtus autem per diphthongum pugilum arma ſignificat. Virg.æneí.li.v.Sin crudo fidit pugnam committere cæſtu.

Cethegũ & mathonẽ aſpiratione notare Ciceronis tẽporibus placuerit: quẽ uſum hodie quoq; multi ſequuntur:& græci aſpirant.

Calydoniæ inſulæ nominant̃: quæ cõtra tauri ꝓmõtoriũ iportune nauigãtibus adiacent Pom.

Chelonophagi morãtur ad ſinũ Perſicũ & Arabicũ:cætera deſerta ſunt.Pom.

Vitiligatores fuiſſe appellatos: quoniã de uitio litigarent:ita urbane iterp̃tatus eſt. Cato cum tamen a uictilicio uincula dicantur.

Chelidoniam uocant fauoniũ ad octauũ martii.Pli.li.ii.ab hirundinis uiſu.

Cæſtus ãtiquitas in ludos extulit corio bouis crudo & arido brachiis reuincto quale certamen legimus apud Homerũ i ludis patrocli Sed mox grauiora uerbera excogitata ſunt ꝗlia apud Virgiliũ inferũt̃ ab Entello & Darete. Ceſtos autẽ baltheũ ſignificat ueneris: quo amantes percuſſi tanꝗ oeſtro agitati ardent amore: cuius item meminit Homerus qui iunonẽ itroducit ceſton a uenere poſcẽtem:ut ad amorem iouem cõciliet.

Cethegus romanus:de quo Salu.T.eſt & alter cethegus dignior memoratu: quo Ci.in bruto:& Quintilianus in inſtitutionibus oratoriis.& Horatius iquit:nõ exaudita cethegis.

Cetarii genus piſcatorũ: quod maiores piſces capit dictũ ab eo ꝙ cetæ in mari maiora ſũt piſciũ genera.Vir.in maxĩa cete.Var. in notiſcauton.Nõ animũ aduertis cetarios condere uolũt thynnas aſcẽdere in malũ alte ut penitus per aquã aſpiciãt piſces. No.

Cætera deiceps aduerbiũ eſt. Virg.i.ix.cætera parce puer bello:& at cætera graius.Ser.

Cetra obſtaculũ ſcutum.Var.de ui.pa.quis rotundã facere cetram queat.No.

Cetra ſcutũ breue quo utunt̃ afri & Hiſpani. Vir.viii.Læuas cetra tegit.Se.

Cedite uel cete ſignificat dicite uel date: ab eo ꝙ eſt cedo.Neuius i lycurgo.ꝓ induſtria cedite regem prognatum patrem lycurgũ.En. in medea.Saluete optima corpora cete. alias cedite manus meaſq; ueſtras accipite.Actius in menalippo.æneum aliquis cete: alias cedite in conſpectum: aut nos ubi eſt ducite ad eũ. Nonius Mar.

Clearchus ſolenſis philoſophus: quaſi gloriæ princeps.
Cleantes Aſius philoſophus phanii filius pugil primũ:ide zenonis diſcipulus: q̃ſi noctu ſibi neceſſaria pinſendo & hortos irrigando quærebat:diu ſtudebat inedia extinctus: amore(ut quidam dicũt) alterius uitæ multa ſcripſit.
Cleobolus lyndius Euagoræ filius: unus e ſeptem:de quo Laertius.
Cleombrotus lacedæmonius pauſaniæ filius.
Cleoſtratus uir athen.
Cleomenes uir iuſtiſſimus. Hero.
Cleone urbs arcadiæ in nemæa regiuncula.
Cleone oppidum in peloponẽſi in uia ergo corīthũ ducit pulchris mœnibus:unde homerus cleonas excelleñ mœnibus canit: ibi hercules leonem interemit qui in cælo eſſe ferẽ unde cleonæus dicĩ nemeus.nã nemea iuxta cleonas in qua argiui nemea ſacra peragebant:de quibus carmina extant pindari ſcribit Strabo:meminit Higinius.
Cleonimus proprium uiri.
Clepſydria uas crebris in fundo foraminibus: quo etiam horas notabant.
Clericus ſortitus latine.
Clepſydria uas erat quod aqua fluẽte horas deſignabat:ut nũc harena. Clepſydrias.i.vii.horas:nã dicẽtibus in foro ex more athenieñſiũ præſcriptũ erat tempus.
Clepſydria horologio aquæ utebanẽ olim qđ dicebatur clepſydria.
Clepere ẽ furari:tractũ a κλέπτω uerbo græco. Actius in epigone. Ea quæ ut hoc cauſa: aut ne quis ueſtra auribus uerbis cleperet. Plau.i pſeudulo.rape clepe harpaga. M.T.de rep.li.iiii.Non modo ut ſparthe rape:ubi pueri & clepere diſcunt.Pacu.in hermiona.Sermonem hic noſtrũ ex occulto clepit quãtũ intelligo. Varro i octogeſi.Si ſeque opico nõ promittitur clepere. Nonius.
Clepſere apud Lucretium. atq; aliquos ubi ab rebus clepſere foro:q; clepere dixit:unde etiã alii clepere. V.
Clepere ubi hæres dictum.
Creauit uateſ iſte uenerabiliſ. Vir. uarie modo uerba:modo ſenſus figurando:multum latinitati leporis adiecit:qualia ſunt hæc: ſuppoſita de matre natos furata creauit:ut ipſa creauerit quas creari fecerit.Ma.
Crebenies fluuius phrygiæ ẽ cuius filia heſperia:ut ẽ apud Ouidiũ:ab eſaco amata fuit filio priami eadum fugerũt in rippa fluminis patris morſu ſerpẽtis extincta eſt. Eſacus dolore imerſus eſt:ideo uerſus hactenus Ouidius deiceps:græci crebenus pater mœrore exaruiſſe dicit:& factus eſſe palus.unde peſtilẽtes exhalatiões emittũt. Strabo Crebeſiã paludem appellat.
Creuſa eſt quã)ut alii ſcribunt)glaucem. Creõtis regis corinthiorum filiam Iaſon uxorem duxit eiecta Medea cum qua illic decem annis fuerat:ut ſcribit Diodorus.
Crethon erſtilochi frater eodẽ partu editus.
Credere eſt mutuo dare pecuniam.Cicero per amicos tuos qui ei credidiſſent. Cic.credere item eſt habere fidem.
Crebiſuro apud Ennium ſignificat uallũ crebris ſuris.i.palis munitum.Fe.
Crebritudinẽ.p crebritate.Siſenna hiſto.li.iiii. Nam clãdeſtina celeriter trãſagi apud notos cognita dici debent non explanari.No.
Credo confido. Virg.in buc. O formoſe puer nimiũ ne crede colori.Sic Salu.uirtutis ſatis credebant.i.confidebant.S.
Credere fidei cõmittere.Lucil.li.xxvii.uitã ac fortunas cui concrediderim meas.No.
Credere & itelligere differunt:quod credimus plærũq; quod falſũ ẽ.Intelligimus certũ.Te. i and.Id ſibi negocii credidit ſolũ dari.D.
Credere eſt ſeruãdũ cõmitteñ. Plau.i aulu.ubi is obiit mortẽ mihi aurum credidit.No.
Credit ex parte cõſentit q ſe iterrogat dubitãtis eſt certũ fidẽtis.Te.in eunu. Credin imo certe noui ingenium mulierum.D.
Creduas credas. Plautus.ipſus ne amat nec tu creduas.ipſus pro ipſe.Fe.
Creon mons eſt in inſula Leſbi.
Crepuſculũ nomen rite formatũ dĩminutiuũ nõ eſt:ſicut umbraculũ:tabernaculũ:habitaculũ:cœnaculũ:geniculũ pro germine:crepitaculũ:uinculũ:amiculũ: pro amictus genere quodam fere pallio.Laurẽtius.
Creditum a mutuo eo differt:quo genus a ſpecie:nam creditum cõſiſtit extra eas res: quæ pondere:menſura:numeroue continẽtur:ſicut ſi eandem recepturi ſumus creditum eſt Itẽ mutuum non poteſt eſſe niſi proficiſcaẽ pecunia:creditum autẽ fit iterdum etiam ſi nihil proficiſcatur:ueluti ſi poſt nuptias dos promittatur.de uerbo.ſigni.
Creditores accipiẽdos eſſe conſtat eos quibus debetur ex quacũq; actione uel proſecutiõe uel iure ciuili: ſine ulla exceptionis ꝑpetuæ remotione:uel honorario:uel ordinario:uel extraordinario:ſiue puro:ſiue in dĩe:uel ſub conditione: quod ſi natura debeatur nõ ſũt loco creditorum: ſed & ſi non ſit mutua pecunia:ſed contracta:creditores accipiuntur. VI.de uer.ſigni.
Creditorum appellatione non tantũ hic accipiunẽ qui pecuniã crediderũt:ſed omnes q̃bus & qualibus cauſa đbetur ſicui ex empto uel ex locato uel ex alio ullo cõtractu debeẽ

ſed ſi ex delicto debeatur uidetur poſſe creditoris loco accipi: q ex populari cauſa aut litis conteſtatione rectius dicetur creditoris loco non eſſe. de uerb. Caius.

Creditor is eſt qui exceptiõe perpetua ſubmoueri non poteſt: qui autem temporalem exceptionem timet: ſimul is eſt cõditionali creditori. de uerbo. Pau.

Crepat pro increpat accuſat cõmemorat. Hora. lib. car. Quis poſt uina grauem militiam aut pauperiem crepat. Acron. Creditum cõmendatũ. Hora. lib. car. i. Nauis quæ tibi creditum debes. Vir. Acron.

Creditum commiſſum commendatum: unde & homines animas credidiſſe dicuntur tãq̃ eas ad hoc acceperunt ut reſtituerent. Horatius. Tu fruſtra pius heu non ita creditũ poſcis. Quin. deos. Acr.

Creſſa cretenſi. Hora. lib. car. Creſſa ne careat pulchra dies nota. Cretenſibus enim mos erat dies lætos albis calculis: nigris cõtrarios numerare: & ex lætorũ dierũ numero annos & tempus metiri: malos enim in annorũ numerum non ducebant. Acron.

Crepitus eſt ſonitus uiolentus: a quo uenit increpo: quod eſt in eruptione uocis & imani ſonitu repræhendere. Cymbala: tympana tubæ: cornu: ſimiliaq; crepunt ſiue crepitãt. Crepitus item ſignificat peditũ ſtrepitus ꝓprie eſt ſonitus pedum ambulãtium. Fremitus eſt tam ſonitus fluctuum in alto mari: q̃ murmur in populo. Stridor acrior eſt quaſi a ſtrepitu comitantium.

Creo eſt circa acerra quod ad ſarnum flumen fit onera accipientem & emittentem. Stra.

Cremona celeberrima eſt ciuitas circa padum romanorũ colonia uno tempore Placẽtia & Cremona oppoſitæ Hãnibali in italiam aduẽtãti: ab hac ciuitate Tuca poeta fuit ĩ primis doctus.

Crepundia quære in ciſtella. Ful.

Crepidæ thuſca ſunt calciamenta: quas primo habuere ſenatores: poſt equites romani: nũc milites. Sunt enim crepidæ unoquoq; pede aptæ: a crepero. i. dubio dictæ: quia dubium eſſet cuius eſſent pedis.

Crediturі appellantur milites quibus ignominia ſtipendium. i. merces menſtrualis aut annua quæ eſſet: quæ in minimis æris ſubtrahebatur: quod æs militia ſemeſtra aut ãnuũ dabatur: cui dictum non ſit propter ignominiam crediturus non eſſet. No.

Crepidæ. A. gellius. li. xiiii. omnia ferme id genus quibus plantarũ calces tãtum in fine teguntur cætera ꝓpe nuda & ceretibus habenis iuncta ſunt ſoleas dixerunt nõnũq̃ uoce græca crepididulos. gallicũ autẽ uerbũ eſſe opinor nouum non diu ante ætatem. M. Ciceronis uſurpari itaq; ab eo ipſo poſitũ eſt ĩ ſecunda antonianarũ cum gallicis inquit & lacerna incurriſti. nam in ea ſignificatiõe id non apud quẽq; alium ſcriptum lego grauioris dũtaxat autoris ſcriptorem: ſed (ut dixi) crepidas & crepidulas prima ſyllaba correpta: id genus calciamentũ appellauerunt: qđ græci κρηπιδας uocant: eiuſq; calciamẽti ſutores crepidarios dixerunt.

Creta ſimiliter prius dicta eſt aeria.

Crepidas caligulas quibus philoſophi utunť.

Creditor cuius pecunia aliud aliquid agitur apud Iuuenalem & apud Ciceronem res agiť p eoſdem creditores.

Conſules conſtituti ſunt duo: penes quos ſūmum ius uti eſſet lege rogatum eſt. nanque initio ciuitatis Romæ cōſtat reges omnem poteſtatem habuiſſe hiſdem temporibus. & tribunum celerum fuiſſe cōſtat. Is autē erat qui equitibus præerat: & ueluti ſecundū locum a regibus obtinebat: quo ī numero fuit Iuni. Brutus: qui autor fuit regis abiiciēdi. Exactis deinde regibus: conſules creari cœperunt: & dicti ſunt ab eo quod plurimum reipublicæ conſulerent qui tantum ne p̄ oīa regimina poteſtatem ſibi uendicarent: lege lata factum eſt ut ab eis prouocatio eſſet: neue poſſent in caput ciuis Romani animaduertere: in iuſſu populi ſolum relictum eſt illis ut coercere poſſent: & in uincula publice duci iuberent. Pompo. de ori. iu.

Conſanguineos Caſſius diffiniuit eos qui ſanguine inter ſe connexi ſunt. Vlpianus de ſuis & legi. her.

Conſolor tam actiua q̄ paſſiua ſignificatione antiqui protuliſſe inueniuntur. Aſinius polio: ſed cum ab ea quæ ſperaueram dolebam conſolabor ab ea quam timui. Pri.

Conſules qui publici conſilii duces eſſe deberent perfeciſſe: ut per ſeipſos publicum conſilium tolleretur. Ci. per ſe.

Conſuaſor auctor eſt conſiliatus: utimur in re gēda: ut Ci. pro Quin. hæc omnia Quintius agebat auctore & conſuaſore Neuio.

Conſul a conſulendo: uel a iudicando: nam & hoc conſulere ueteres uocauerunt: unde adhuc remanet illud rogat bonum conſulitis: ideſt bonum iudicetis.

Conſultus peritus & doctus: ut iuriſconſulti periti dicunt. Acron.

Conſequor etiam paſſiue: ut orbilius: quæ lux ab hominibus conſequi poſſunt. Pri.

Conſpicor etiam paſſiue: ut Varro. Paupertas enim hæc nominata intricata: ut nunc conſpicatur. Pri.

Conſector paſſiue Laberius dixit: uxorem tuā meam nouercam Apollo lapidibus cōſectari uideo. Pri.

Conſi populi ſunt iuxta Berones in Hiſpania. Strabo.

Conſa diſtat a populonia ferme ſtad.octingentis.alii ſexaginta dicunt:ubi eſt Luna portus & ciuitas.Strabo.

Contẽnere plus eſt ꝙ̃ uituperare.Terentius in eunucho. Nunquid habes quod contẽnas. Donatus.

Contẽnor ualde tẽnor.Tẽnor autem græcum eſt incedor & reiicior:nam ueteres tẽnere ſine præpoſitione dicebant. Do.

Contẽplari dicitur a tẽplo.i.loco qui ab omni parte aſpici poteſt:quem antiqui templũ nominabant.Fe.

Contentus cui res etiam parua abundat. Vir. li.vii.Patriiſq; ſed non & filius armis contẽtus.Terentius ĩ eunucho. Quia neq; tu uno eras contenta:neq; ſolus dedit.Lucil.xxx.Et iſte uerſibus interea contentus teneto.M.T. ad Brutum. Sic igitur facies ut me amabis: aut contentandi ſum diligens. Idem de offi. libro ſecundo:breuitatis cauſa familia contẽti erimus una.No.

Contentum dicitur extenſum.Vir.li.v. Hunc rapidus iamdudum arcu contenta parato tela tenens.Lucil.lib.xxx.hic ut muſipula contenta: atq; ſcorpius cauda ſublata.No.

Contentum colligatum coniunctũ. Vir.geor. libr.iii. Contenta ceruice trahunt ſtridentia plauſtra.No.

Contentũ cõtinuũ perſeuerans. Ci. tuſcu.li.v. Societatem ferũt cum uſq; ad ueſperum cõtẽtus ambulare:quæſitumq; eſſet ab eo: cur id faceret.No.

Cõtemptim pro contẽnenter.Neuius belli punici lib.ſexto.Superbiter contemptim cõtẽrit legiones.No.

Contingere eſt quod uix euenit. Te.in an.hãc mihi expetiui contigit.Do.

Cõtiguum fruſtum carnis cum ſeptem coſtis demptum.Fe.

Cõticiniũ noctis primũ tẽpus quo oĩa q̃eſcendi gratia cõticeſcũt: auctores multi ſunt miri:ſed auctoritate deficiunt. No.

Cõticinium ſilentium noctis:eo quod ſiletur. Plau.Factũ uolo redito cõticinio. V.

Cõticinium:in aſinaria uidebiť.factũ uolo redito cõticinio præſente:a conticeſcendo cõticinium:ſiue ut Opilius ſcribit: ab eo cũ cõticuerunt homines.T.

Contrarium æs graue eſt.Fe.

Contrahi dictum eſt honeſte quadam triſticia liberari & ſolicitudine aut memoria. Ci.tuſ. libro primo.hoc detracto quod totũ eſt uoluntarium ægritudo erit ſublata illa mœrẽs morſus tamen & cõtractiũculæ quædã cum relinquenť.& li.iiii. Itaq; hæc prima diffinitio eſt:ut ægritudo animi ſit aduerſante cõtractione.Fe.

Contingere euenire.Mar.Tul.li.quinto.quod non modo ſingulis hominibus:ſed potẽtiſſimis populis ſæpe contingit.Ennius in thyeſte.Quoniam mihi maxime hodie contigerit malum. No.

Contingere eſt tangere.Vir.li.ii.funemq; manu contingere gaudent.In primo:ne quis cõtingere poſſit.No.

Continere dicitur qui contra uolũtatem ſe retinet:unde contenti dicuntur in malis durãtes.Terentius in phormione.Ruri ſe continebat.Dona.

Continens eſt abſtinens integre. M. T.ad.M. Catonẽ. Vtq; copiis & opibus fere uix poſſimus ea manſuetudine:& cõtinẽtia noſtra ſociorum fidelitatem tueamur.

Continẽs coniunctum continuum.Mar.Tullius in epiſtola ad ſenatum. Itaq; cum exercitum ad Cappadociæ partẽ eam cũ cilicia cõtinens iter faceret.Idem in Horten.In continentibus quidem terris ueſtrum nomen dilatari poſſit. No.

Conti haſtæ longiores & robuſtæ. Vir.lib.vi. Aut duris detrudere contis. No.

Cõiũgere copulare:dictũ eſt a iugo. Lucil.lib. xxx. Quã mihi q̃tũ iter humanũ genus reꝝ quæ inter ſe cõiũgat cõmutat.No.

Cõtollere contratollere.Plau.in aul.Contollã gradum.No.

Contubernium dicitur cõtubernalium habitatio.Fe.

Cõtubernales dicunť a tabernis: quæ fiebant ex tabulis:unde & tabernacula ſunt dicta:licet ex tentoriis & pellibus fiant. Fe.

Contuoli oculi ſunt in anguſtum coacti conniuentibus palpebris.Fe.

Contumax proprie diciť contemptor petitorum.Teren.ĩ phor.Præcõtumax rediiſti huc nobis Pamphile.Dona.

Cõuallis eſt planicies ex omni parte compræhenſa mõtibus collibuſue uallis ex duobus lateribus incluſa planicies.Vallis diminutiuum facit uallicula.Feſtus.

Conuallis cauata uallis.Varro.

Cõuallũ neutri generis Scropha inq̃t uitãdũ: ne in eam partem ſpectet uilla in quam uentus grauior ex his partibus efflare ſoleat: neue in conualli caua: & ut potius ĩ ſublimi loco ædifices:qui quod perflatur ſi quod ẽ qd̃ aduerſarũ inferať: facilius diſcutiť. V.

Conuaſare eſt furto omnia colligere. Teren.ĩ phor. Aliquid conuaſem atq; hic me cõiicerem protinus in pedes.No.

Conuẽtio cõdictio diciť: cũ primus ſermo de nuptiis & eaꝝ condictione habebať.Fe.

Cõuentus quattuor modis intelligit̃. Vno cũ quelibet hominem ab aliquo conuentũ eſſe dicimus. altero cum ſignificatur multitudo ex compluribus generibus hominum cõtra cta in unum locum. tertio cum a magiſtratibus iudicii cauſa populus congregat̃. quarto cum aliquem in locum frequentia hominum ſupplicationis: aut gratulationis cauſa colligitur. Fe.

Cõnexum eſt ex parte declinatũ: qualis eſt natura cæli: quod ex omni parte ad terrã uerſus declinatum ſit. Fe.

Conuenire placere cõſtituere. Siſen. hiſto. libr. iiii. Signum natus a papo: quod inter eos tolli conuenerat. No.

Conuenere apta & commoda fuere. Terẽtius in adel. Quæ conuenere in andriam. Do.

Conueniſſe non inueniſſe & uidiſſe tantum: ſed & collocutum ſignificat. Terẽtius in andria. Conueni hodie adueniens quendã mei loci hinc atq; ordinis hominem. Do.

Conuenire aptum eſſe. M. Tullius in horten. Nam quod uereris ne non cõueniat noſtris ætatibus iſta oratio quæ ſpectat ad hortandum. No.

Conuenire ſignificat obuium fieri. Ter. in eu. Conueni hodie adueniens mei loci quendã atq; ordinis hominem. No.

Conuenire uidere. M. Tullius de ſenectu. Neque uero eos ſolum conuenire habeo: quos ipſe cognoui: ſed illos etiam de quibus audiui & legi & ipſe conſcripſi. Plautus in aſina. ætatem uelim ſeruire libanum ut conueniã modo. No.

Conuenire colligi coire. Virgilius ænei. libro primo. Conueniunt quibus aut odium crudele tyranni. Marcus Tullius in philippi. lib. iii. cui quidem hodierno die: nunc enim primum ita conuenimus. No.

Conuenire conſtare. Teren. in phor. Conuenit numerus quantum debuit. No.

Conuenire ſimilem eſſe. Varro. Longe fuit q̃ nos fugit ſolus rhetor: ſolus rex: ſolus formoſus fortis ſecus: uel ad ædilicium modius purus puriſſimus adhuc charactera deo panthus conuenit caue attigeris hominem. No.

Conuenire placere certum fieri. Virgilius lib. xii. Ceſſerit auſonio ſi fors uictoria Turno. Conuenit Euandri uictos diſcedere ad urbẽ Marcus Tullius de finibus bonorum & malorum libro quinto. Videndi cupiditate incenſi omnes ſumus: atq; hoc mihi cum tuo fratre conuenit. No.

Conuenire interpellare. M. T. in uerrem actione ſecũda. Non dubitat quin ubi ipſe uerrẽ conueniſſet: æquitate cauſa auctoritate ſua conuenire hominem poſſit. Lucilius libro xxxviii. Hæc tu conuentus tela inſidiis loca ui. Nonius.

Conuertere magnifice dictum eſt: ut uerbum magni moliminis & agminis ingentis. Nam cõuertere ſe dicitur quem pompa præcedit. Et Imperator proprie cõuertit exercitũ. Teren. in adel. Ego autem iam tranſacta re conuertam me domum cum obſonio. Do.

Conuicium a uicis in quibus primo habitatũ eſt uidetur dictum: uel ĩmutata littera quaſi conuocium. Fe.

Conuiuiones compotatores: a bibendo dicti. Lucil. lib. xxvi. Quãdo quidem repperi magnam ex conuiuionibus ex copiis. No. Mar.

Cõuiuii proprietatem. Marcus Tullius de ſenectute demonſtrat. Bene enim maiores accubitionem epularem amicorum: quia uitæ coniunctionem haberet conuiuium nominauerunt. No.

Conuicium dictum eſt a uicis locus qui ſecũdum ignobilitatem loci maledictis & dictis turpibus cauilletur. No.

Cõuiuãt pro cõuiuãtur. Pompo. in munda. Si Kalendis cõuiuãt idibus cœnãt foris. Ennius in primo. Stat malo hercle ſuo cõuiuat ſine modo. No.

Conuiuium domũ conuiuii eſſe opinor. Var. Non tam lautum q̃ ſine ſordibus & cõuiuio legi non omnia debẽt: ſed ea potiſſimũ quæ ſimul ſint honeſta & delectant: neq; non de ſenis quoq; menſis cuiuſmodi eſſe eas oporteat præcepit. A.

Conuiuari conuiuia facere.

Conuiuiũ ut in urbe aut in umbra: aut in ſole pro temporis cõditione inſtruebatur: propterea Teren. in adel. lectulos inquit in ſole iligneis pedibus faciundos dedit ubi potetis uos. Do.

Cõuoti iſdem uotis alligati. Fe.

Cõuola occulta. Fe.

Cõuertit̃ pro conuertit. Plautus in amphitrione. Sed fugam in ſe nemo tamen conuertit̃. Nonius.

Conum quod cogitur in cacumine uerſum. Varro.

Cliophon proſopon. i. muta ꝑſona.

Cloacæ foſſæ a clodio duce albanorum dictæ Feſtus.

Clodia familia a Clomo æneæ comite eſt appellata. Feſtus.

Clotho una ex tribus parcis: quæ ut refert heſiodus in theogonia bonum malumq; futurum mortalibus naſcentibus dant: & uitam nent.

Clotho parca: ſignificat græce clotho uerbũ id quod neo: torqueo & circũuoluo.

Choliambon in carmĩe iãbico magna eſt acer

bitas quali uſus eſt bibaculus infenſus in primis Catoni grammatico. Archilochus eodē genere uſus eſt: poſtea fuit excogitatū a mollioribus poetis: ut diffracto eo rigore iambico alterum genus inſtitueretur iābicū quod erat: ſed fractum. Vnde dictum eſt choliambon claudus iambus.

Cohors eſt ſpatium illud domi: ubi ſeruantur altilia: tamen apud Martialem pro parte domus profertur per ſyncopam. Varro p neutrum profert figuratum.

Cloacare inquinare: unde & cloacæ dictæ. Feſtus Pomp.

Crocotillum ualde exile. Plau. in extortis. Talis tum crocotillis cruſtulis. Fe.

Crocodillus: require in anguilla. Var.

Crocitum eſſe uoluerunt propriam coruorū uocem. Plau. in aulu. ſimul radebat pedibus terram: & uoce crocitabat ſua. No.

Crocatio coruo℞ uocis appellatio. Fe.

Croto inquit Liuius murum habuit patētē in circuitu. xii. milia paſſuū ante aduentū pyrrhi in Italiam poſt illius belli uaſtitatem uix dimidia pars habitabat in urbe templum urbe ipſa nobilius lacunæ Iunonis ſanctū omnibus arca populis locus eſt frequenti ſylua & proceris abietis arboribus ſæptus: lata in medio paſcua habuit: ubi oīs generis deæ ſacrum pecus paſcebatur.

Crocum principatum obtinet alitium ex coryco: alterum lycium ex olympo: tertiū centuripinum ex Sicilia nonnulli ſecundum locum phlegræo dederunt. Strabo.

Crotala quod dicam ingenui filii ſenatorum ī ludū ſaltato℞ cōmeabant: & illic crotala geſtantes ſaltare diſcebant.

Crœſus Alyactis filius rex ultimus lydorum a Cyro ſuperatus. T.

Crocus adoleſcens: cuius amore Similax uirgo in eius nominis fruticem uerſa eſt: & ipſe in florem ſui nominis. Oui. ut alii. a coryco ciliciæ oppido: ubi optimus ad medicinā ſecundum Diaſco. T.

Crocodilus animal quadrupes quaſi croceus: hic præ oībus ex minimo maximus fit ex ouo ad decemſeptem cubitos excreſcit: & etiā xx. nocte in aquis diei maiorem partem ī humo quieſcit: quattuor menſes hyemales ſecū dum Herodotum non comedit: & ſola beſtiarum non habet linguam: uide Plinium. T.

Crocyla inſula apud Homerum. ab aliis corcyra. Tortelius.

Crocylus paſtor apud Theocritum. T.

Crotalum inſtrumentum muſicum ægyptiū in ſolennitatibus deorum: a κρούω pulto & plauſtrum a ſono.

Chromaticus qui nulla uerecūdia colorē mutat: uel coloratus. T. & unum ex tribus muſices generibus ſicut enharmoniū & diatonicum.

Chromius uir argiuus ſecūdum Herodotum & Home. xi. odyſſeæ filius Nelei frater Neſtoris a Diomede interemptus in bello troiano.

Cromma urbis nomen. T.

Chronus tēpus & ſaturnus apud antiquos poſteriores chronus tempus cronus ſaturnus cæli filius ex Veſta cæpit uxorem opem ſororem: qui cum Titano maiore fratre & deformiore conuenit ut ipſe regnaret: ſed non tolleret uirilis ſexus filios: quod Titanus fecit: ut ſui filii regnarent ita: unde primus interfectus eſt. Inde nati ſunt Iuppiter & Iuno. Iuno oſtenſa: Iuppiter abſconditus: inde & ī ſcio patre educatus. Inde Neptūnus abſconditus. Inde Pluto & Glauca nati. Glauca oſtēſa: quæ parua mortua ē. Titan cum reſciſſet cum filiis: qui Titani dicti ſunt Saturnum & opem compræhendit: & in carcerem truſit. Iuppiter cum magna Cretenſium manu Titano uicto exemit patrem in regnū reſtituit Saturnus inde ſorte admonitus ut caueret a Ioue inſidias tetendit: quare ſuper eum fuga uit: & per omnes terras perſecutus eſt eum: qui tandem ī Italiam uenit. Hæc ex ſacra hiſtoria: & ſecundum Lactantium ſecutus eſt eam Ennius: & quia Italia inferior eſt q̄ græcia: ubi ē olympus finxerit ab ætherio olympo expulſum: & falcifer dictus: quia primus uitem Italis putare oſtendit: & cum ueniſſet ad loca mari infero uicina dictus eſt ad inferos relegatus eſt: igitur Saturnus græce tempus quod a cælo eſt: & omnia cōſumit: ut dicitur filios deuoraſſe. Ideo apud Ciceronem Saturnus dicitur quod ſaturat annis. Tor.

Chronicus eſt prolixus corporis morbus: qui multis temporibus remoratur: ut podagra: phtyſis. chronos enim apud græcos tēpus dicitur.

Chronica tēporalia proprie annales: inde chroniſmos temporalitas: & ſynchronii contēporanei. Hieronymus.

Crotapos uir antiquiſſimus. Ariſto.

Croton urbs Calabriæ. Oui. xv. inde crotoniaata: qui inde eſt. T.

Copidas uocabant gladios leuiter curuatos falcibus ſimiles.

Choraula eſt tibicen qui tibia in choro canit.

Chorocithariſtæ qui in choro cithara canūt.

Corona querna donabatur: an quod ubiq̧ in expeditionibus facile ſit quercum inuenire: an quod Ioui & iunoni: quos ubi præſidere putant: corona conſecrata eſt: an uetus ab arcadibus mos acceptus eſt: quibus eſt quædā

cum hac arbore cognatio:ut enim primi ho mines ex terra arcades:ſic quercus prima ex omnibus plantis nata.

Corinthium æs latius florus quantas opes abſtulerit & turbauerit: hinc ſcias quod quicquid æris toto orbe laudatur incendio ſupfuiſſe cognouimus: nam & æris notam præcioſiorem ipſa opulentiſſimæ urbis fecit iniuria permiſtis plurimis ſtatuis atque ſimulacris æris auri argenti uenæ incõfluxerint:eo demque modo dicitur ſignum corinthium .i.ex illo ære:ũde Iabolenus ꝺ legatis.iii.ticii corinthia uaſa legata. Plinius libro. xxxiiii. ſignis quæ uocant corinthia plærique in tantum capiuntur.

Cophinus græce & ciſta eodem uerbo dicuntur id inde in ſupellectile habebant Iuuenalis.Cophinum frænumque ſupellex.

Cornelii forum: nunc Imolam urbem dicimus.

Cornicari ſũ murmurari:& quaſi cornicis uoces proferre.

Corduni populi inter belgas ſub imperio nerviorum proximi cẽtronibus leuacis pleumoſiis et grudiis Coris:quære in uenus.

Corduba patria Lucani: quæ in hiſpania betica eſt: Hæc ſoli præſtantia opibuſque inſignis Bethi fluuio ĩterluitur & protenditur in occaſum:qua occurrit oceanus:de quo Ptolomæus.

Corycio parnaſo multa loca ſunt præcipua ſãctitate ueneratiõe digna e quibus corycium eſt antrum eodem quo cilicium nomine.Plinius præterea ita ſcribit thebis quæ corſiæ cognominatæ ſunt iuxta heliconem.

Copi pro copioſo. Plautus in pſeudulo: atque ego nũc me ut glorioſum faciam: & copi pectore.Turpil.in epidico. Te quidem omniũ iam pati copem eam rem facit.Pacu.in periboea.O multi modis uarie dubium: ut proſperum copem diem.No.

Copiantur a copia honeſte poſitum ut lignantur pabulantur & aquantur.Cecil. libro primo.Armis & magno cõmeatu: ſed præda ingenti copiantur. Virgilius georgicorum libro quarto. Sub mœnibus urbis aquantur. Nonius.

Copona taberna a copiis dicta.Feſt.

Copulantur pro copulant: paſſiuum pro actiuo.Plau.in aulu.Ardent conſiſtunt copulantur dextras. Nonius.

Copiæ cum de exercitu dicitur: pluraliter efferuntur.Copia uero aliarum rerum eſt. Oui. met.Ante ait emoriar q̃ ſit tibi copia noſtri. M.Tullius ad Cornificium.Quãtum copiarum haberes:cum ipſa coniectura conſequi poteram:tum ex litteris tuis cognoui. Ser.

Copiantur & Romani:ĩquit Actius:multis armis & magno cõmeatu prædaque ĩgenti copiantur.Aul.G.

Copia facultas poteſtaſque: ut faciam tibi copiam:ideſt poteſtatem & facultatem.Neque cum alio uerbo iungitur q̃ cum facio apud oratores.Poetæ uero cum do:ut coram data copia fandi.Cum aliis uerbis copia pro abũdantia accipitur:ut copia frumenti. In plurali etiam multitudinem ſignificabit ut copiæ Pompeii: quod etiam in ſingulari ſignificat: ut Pompeius ad Domitiũ:ut cum omni copia q̃primum ad me uenias.Lau.

Copula dicitur cuiuſlibet rei duplex numerus Vnde tractum eſt ut matrimonii copula diceretur. Horatius libro carminum. Fœlices ter & amplius: quos ĩrrupta tenet copula. Ac.

Cops uetuſtiſſimi tenent hic & hæc & hoc ops & cops pro opulentis & copioſis proferebant.Priſ.

Copulatum ut coniunctum: quod græci uocant ϭῦνλεϭμον:nos copulatum uel coniunctum dicimus:quod eſt eiuſmodi. P.Scipio Pauli filius:& is conſul fuit: & triumphauit:& cenſura functus eſt:& collega in cenſura Lucii Mutii fuit. In omni autem copulato ſeu coniuncto: ſi unum eſt mendacium: etiam ſi cætera uera ſint totum eſſe mendacium dicitur. Nã ſi ad ea omnia quæ de Scipione illo uerba dixi addideram:& Hãnibalem in Aphrica ſuperauit:Quod eſt falſum: uniuerſa quoque quæ coniuncta dicta ſunt propter hoc unum quod falſum acceſſerit: quæ ſimul dicentur uera non erunt. Varro.

Coquitare pro coqui: cocitare ideſt frequẽter coquere.Plau.poſuit.Feſtus.

Coquinatum ad coquendum.Plautus in aularia.Neque ego unquam niſi hodie ad bacchas in bacchanal coquinatum acceſſi. No.

Choragium inſtrumentum ſcænarum.Feſtus.

Corona cepione centurione & præcone:quæ pridem eiecta eſt aſpiratio. Nam corona:ut grammatici dicunt:aſpiratione caret: ſiue a choro dicta ſit:ſiue quod ab honore cum cui aſpiratio impoſita ſit.

Corona cũ uideatur a choro dici:caret tamen aſpiratione:ſiuæ coronæ dicuntur:quod honorent eos quibus imponuntur.Fe.

Coram & palam differunt.coram enim ad certas perſonas refertur:palam ad omnes. Ter. in adelphis.Cur nõ imperabat coram: & coram præſentes:& corã præſentibus dicimus & coram indiget adiectione. palam nõ indiget.Donatus.

Choraulæ a græcis: a noſtris tibicines appellãtur.Χοροϭ enim chorum ſignificat & αὖλοϭ

tibiam magna olim æſtimatione & menſis principium grati Tranquillus de galba cano inquit mire placenti ſuper cœnam denarios quinque donauit: idem Plutarchus in galba in hoc genere claruerunt iſmenias Dionyſius & nicomachus.

Corollaria a corolla coronarum dona. Sueto: libr. ii. Itaque corollaria & præmia in alienis quoq; muneribus ac ludis: & crebra & grandia de ſuo offerebat.

Choragium dicimus diſpenſatorem largitorem exhibitorem: ut in auguſtũ carmen Suetonii. Cum primum iſtorum conduxit menſa choragium.

Corolla dimminutiuum eſt a corona. Corollam noua nupta de floribus uerbenis herbiſque a ſe lectis ſub amiculo ferebat. Feſtus Pompe.

Coracem eſt nomen poſitum pro coruo. Marcus Tullius de oratore libro ſecundo. Quare coracem ueſtrum iſtum patimur nos pullos ſuos excludere. No.

Corradere difficulter comparare. Terentius ĩ adelphis: Minas decem corradet alicunde: & corraſi omnia. & ĩ phormione. Et credo munus hoc corraditur apta in uerbo difficultas Donatus.

Coram ad perſonas accipitur. Virgilius æneidos primo. Corã quem quæritis adſum troius Aeneas. Et Seruius Sulpitius ad Ciceronem. Qui ſi iſtic affuiſſem: neque tibi defuiſſem: coramq; meum dolorem declaraſſem. Seruius.

Corbites dicuntur naues onerariæ: ꝙ in malo earum ſummo pro ſigno corbes ſolerent ſuſpendi. Feſtus.

Corculum a corde dicebant antiqui ſolertem & acutũ. Plau. in caſſina. Ego ſum liber meũ corculum melliculum. Fe.

Corda frumẽta quæ ſero matureſcunt: ut fœnum cordum. Feſt.

Cordi eſt honeſte dictum. animo ſedet. Lucil. libro. xxvi. Et ꝙ tibi iſtæc magnopere cordi eſt: mihi uæhementer diſplicet. Idemque Si porro tibi iſtæc res iccirco cordi eſt: ꝙ re utilis. Nonius.

Corgo apud antiquos pro aduerbio: quod eſt profecto ponebatur. Fe.

Corinthienſes ex eo dici cœperunt: ex quo coloni corinthum ſunt deducti: qui ante corinthii ſunt dicti: quam conſuetudinem ſeruamus etiam cum Romanenſes & Hiſpanienſes & Sicilienſes negociatores dicimus: qui ĩ alienis ciuitatibus negociantur. Fe.

Corinua nomen puellæ fictum ab Ouidio. nã duæ fuerunt corinnæ utraq; thebana & carminibus lyricis erudita: adeo ut iunior cum Pindaro cõtendiſſe dicatur huius tumulus in Boetia erat ipſius effigie uitta coronata ĩ monumentum ſuperati Pindari (autor Pauſanias) inde Ouidius puellæ ſuæ nomen honeſtum indidit.

Coruſcatum cliuatum locus erat trans thyberim corinthibus dicatus ꝙ in Iunonis tutela eſſe putabatur. Feſt.

Cornua liberi patris ſimulacro adiiciunt: quẽ inuentorem uini dicunt: eo quod homines nimio uino truces fiunt. Nonius.

Cornua ꝙ ea quæ nunc ſunt ex ære: tunc fiebant bubulo cornu. V.

Cornua a curuo ære dicta: quod plæraq; curuamus. Varro.

Corripere contorquere. Virg. æne. lib. iiii. Turbine corripuit. No.

Corripere excutere. Vir. ænei. lib. iii. Corripio e ſtratis corpus. No.

Corripere raptum inferre. Terentius in ecyra. ita corripuit de repente tacitus ſeſe ad filiã. Donatus.

Corite leue miſſile in modum ſagittarũ. Vir. æne. libro. x. Coritiq; leues humeris & læthifer arcus. No.

Coritus arcuum theca: dicitur etiam forulus ſagittarum: quam & pharetram nomiamus. Virgilius in. xi. Quis tela ſagittæ coritiq; leues humeris & læthifer arcus. S.

Cora Tiburti frater: a quo oppidum Volſcorum. Alter orator ſiculus & Tiſias primi rhetores.

Corax Arethuſæ filius: perſequens leporem: delapſus e petra periit: mater ſe in fonte ſuffocauit. Inde petra coracos & fons Arethuſæ dicitur. xiii. odyſſeæ. Sunt autem Ithacæ. Tortel.

Corciros non longe a Pompeiopoli oppidum portu ſaloque ĩcingitur anguſto tergore cõtinenti ad nexum: ſupra ſpecus eſt nomine Concius ſingulari ĩgenio: ac ſupra qui ut deſcribi facile poſſit eximius grãdi nanque hiatu patens montem littori appoſitum: & decem ſtadiorum cliuo ſatis arduum: ex ſummo ſtatim uertice aperit: tunc alte demiſſus quantum demittitur amplior uitet lues pubentibus undique & totum ſe nemoroſo laterum orbe complectitur: adeo mirificus ac pulcher: ut mentes accedentium primo aſpectu cõſternat: ubi contemplati durauere nõ ſatiat unus in eum deſcenſus eſt anguſtus aſper quingentorum & mille paſſuum per amœnas umbras: & opaca ſylua quiddã agreſte reſonantis uiuis hinc atque illinc fluitantibus: ubi ad ima peruentum eſt: rurſus ſpe-

dione dant ei duci:qui liberauit. Eã corona graminea eſt: obſeruarique ſolitum ut fieret ex gramine quod in eo loco generatum eſſet:intra quem clauſi erant qui obſidebantur:hanc coronam gramineam. S.P.Qu.R. qui Fabio maxio dedit bello poenorum ſecundo:q̃ urbem Romam obſidione hoſtiũ liberaſſet:Ciuica corona appellatur quam ciuis ciui: a quo ſeruatus eſt in prælio teſtem uitæ ſalutiſque perceptæ dat. Ea fit ex fronde quercea: quoniam cibus uictuſque antiquiſſimus quercus capi ſolitus ſit. Eſt etiam ex ilice:quod genus ſuperiori proximum eſt ſicut ſcriptum eſt in quadam comoedia. Cecilii aduehuntur inquit cum illignea corona & chlamyde dii ueſtram fidem. Maſſurius autem ſabinus ĩ undecimo librorum memoralium ciuicam coronam tum dari ſolitam dicit:cum is qui ciuem ſeruauerat eodẽ tempore ipſum hoſtem occiderat:neque locum in ea pugna relinqueret. Ius ciuicæ coronæ negat conceſſum. Thyberium autem Cæſarem conſultum an ciuicam coronam capere poſſet qui ciuem in prælio ſeruaſſet: & hoſtes ibidem duos interfeciſſet:ſed locũ in quo pugnabat non retinuiſſet: eoque loco hoſtes potiti eſſent:reſcripſiſſe eum quoque ciuica dignum uideri: quod apparet tã iniquo loco ciuem ab eo ſeruatum: ut etiã fortiter pugnantibus retineri non quiuerat. Hæc corona ciuica Lucius Gellius uir cenſoris in ſenatu Ciceronem conſulem donari Aulus.

Corinthiacus ſinus ab eueno uſq; araxum amnem ſuum circuitum habet ſtad. duum milium.cc.&.xxx. ab acheloo uero cemenis augetur ſtadiis.

Corinthus duplici mari abſoluitur:ſcilicet Ionio & ægeo.Horatius libro primo carminũ Bimariſue corinthi. A.

Coritum uidetur potius eſſe quæ hodie dicit̃ cortona: q̃ illa quæ dicitur Cornetũ:ut quidam putãt.Silius libro quinto.Areti muros coriti nunc diruat arcem.

Corripuit accelerauit. Horatius libro ĩ carminum.Semotique prius tarda neceſſitas læthi corripuit gradum:ut Virgilius. Corripuere uitam.Ac.

Cornu fortunæ dicitur diuitias cõſueuiſſe largiri:a cuius metaphora dixit.Horatius libro carminum. Hic tibi copia manabit ad plenum benigni ruris honorem opulenta cornu.Acron.

Corona pro ornatu muliebri. Horatius libro carminum. Et ſcindet hærentem coronam crinibus:ut uirgo duplicem gemmis auroq; coronam.Ac.

Corculum dimminutiuum a corde. Plautus ĩ caſſina.Meum corculum melliculum uerculum.Pri.

Cornu in u latina ſunt generis neutri:& aptota in ſingulari:ut cornu:genu: tonitru: quæ antiquiſſimi inueniuntur in um quoq; ꝓferentes in eodem genere.

Cornu ĩ ſingulari aptotum eſt ſimiliter genu: gelu: & tonitru. Inueniuntur tamen etiam neutra in um & in us maſculina quartæ declinationis:ut Lucilius.Cornus tibi cura ſiniſtri.& idem. Seu cornus ſeu tela iouis præſaga notauit.Cicero tamen hoc genus protulit pro genu: ut in Arato. Tertia ſub cauda te genus ipſum lumina pandit.In eodem.Et præter læuum genus omni ex parte locatas Paruas uigilias tenui cum luce uidebis. In eodem. Hoc genus ad læuum piſci delapſa reſedit:Atque interflexum genus & caput alitis habens. Actius in prometheo. Profluxus flamine hyberno gelus.Illud etiam notãdum:q̃ cum compoſita ſint plærunque ſimplicium declinationem ſeruãt. Capricornus ſecundæ declinationis inuenitur. Cicero in Arato. Corpore ſemifero magno capricornus in orbe. Idem ĩ eodem.Cum magni cornus capricorni corpora propter.Ouidius in ſecundo metamorpho.Dextra cornu tenet. Idem in uerbo. Flexibilem cornum. Lucretius ſimiliter in ſexto. Propterea fit utique fæmina cumque habẽt in ſe mittat quia ſæpe gelu quod continet in ſe ſunt. Actius ſonitus ire in ferrum peruaſit auris inter tonitrua & turbines.Pri.

Coram & palam dictiones præpoſitiuæ: & ad uerbia eſſe poſſunt. Virgilius. Coram quem quæritis adſum.Clam uero ſemper in appoſitione inuenitur: differunt tamen: quia coram magis ad perſonas: palã uero ad omnia accipitur.

Cloelia quæ inter obſides porſenæ fuit:& horatio cocliti publice præmia data ſunt: q̃ ex Piſonis annalibus diſcimus antea Tarquinũ ſibi & Sibyllæ poſuiſſe ueriſimile eſt: ut ſcribit Plinius.

Clumæ folliculi ordei.Fe.

Clunes maſculine. Plaut.quaſi lupus ab armis ualeo clunes infractos fero.F.P.

Corduba in hiſpania marcelli ædificium turdetanorum agro adiacet.Stra.

Cornũ locus eſt iuxta gades ad occaſum.Stra.

Corbelio emporium fuit in gallia ſuper lygerim fluuium. Stra.

Cornoꝝ portus ſic dictus uulgo eſt in oceani littoribus iuxta Britãniam.Strabo.

Corſica inſula eſt e populonia priuſquam Sardinia cernitur.diſtat enim inde ſexaginta ſtadia:quam græci cornum appellant:cuius lõgitudo eſt centum & ſexaginta milia: latitudo uero ſeptuaginta: ſecundũ alios ambitus eſt circiter tria milia & ducenta ſta.Stra.

Cora iuxta priuernnm eſt inter latinam uiam & appiam.Stra.

Corſica & Sardinia duæ grandes inſulæ fræto que diuiſæ hetruſco:quarum Corſica littori propior inter latera tenuis & longa prœterquam ubi aperta & marianæ coloniæ ſũt a barbaris colitur Sardinia aphricum pelagus attingens: niſi quod in occidentem q̃ in orientem anguſtius ſpectat par et quadrata undique & nuſquam non aliquanto ſpacioſior q̃ ubi longiſſima Corſica: cæterum fertilis & ſoli q̃ cæli melioris: atque ut fœcunda ita pœne peſtilens in ea antiquiſſimi populorum ſunt Ilieſes urbium antiquiſſimæ calaris & ſulci.Pom.

Coracinus piſcis palmam obtinet in Aegypto ſicut faber gaddibus helops rhodi ſalmo ĩ aquitania mulus ad Corſicam inſulam:quæ ĩ liguſtico mari eſt.

Cornelius celſus temporibus auguſti floruit: libroſque edidit de re militari re ruſtica medicina ratione dicendi: huius tamen rhetoricen multis in locis damnat Quinti. & in fine ſcribit eum fuiſſe mediocri ingenio:& tamen dignum propoſito ſuo: ut omnia ſciſſe putet.

Cordillæ piſces ſunt qui thinni :nam thini ſimulac nati ſunt matrem ſecuntur autunno redeuntem ex ponto in magnum mare cordillæ dicũtur:cum ſe immerſerint cœno Pelamides.pelon enim latine cœnum.poſt ãnũ appellantur thinni.

Crocodilus in nilo animal edit oua anſeris ſimilia qui creſcit ad magnitudinem.xvi.cubitorum longitudo uitæ ferme hominis:caret lingua:corpus ſquamoſum duriſſimum. ccclxxxv.dentes duo eminent.Edit homines & alia animalia unguibus diſcerpit: quod morſu lacerat nunquam ſanatur: quot annis parit:raro capitur ide copia magna : cuius oua animal cuniculo ſimile ichneumoni conterit natura duce:nõ ꝙ ea edit:ſed hominũ utilitate.Diodo.

Cos inſula & urbs in caria.Pom.

Cothon proprium : unde patronymicum cothonides eſt & cothons poculi genus græci arbores cothomiſterea uocant.

Cota nomen uiri toruum ſignificat.

Coſmetæ ancillæ aptæ ad ornatum dominæ. Nam κοσμω ſignificat orno.

Coſmici dicuntur ornati & mũdani:& coſmicũs proprium.Martialis. Coſmicus ut liquidis periit dum nabat in undis.

Corfinium eſt pelignorum Metropolis ſuper mare.diſtat autem:ut inquit Cæſar in commentariis a ſulmone miliaribus.vii.M.appellatur alio nomine Italica.Stra.

Coram illo dicendum eſt:non palam illo : Nã palam ad multa refertur : coram de multis. Caper.

Cornu habet ſexagenos milites.Stra.

Choragium dicitur uirginale funus: ſicut apuleius in metamorphoſeon choragium. Itaq; omnem domi unctionem parant.Ful.

Crunes inter Colonienſem & traiecenſem urbes locum ultra nouenſium oppidum Rheno adiacentem non memorat cæſar.Sed Tacitus qui ut coniectura quod aſſequi poſſumus cliuis etiam locus.Vnde cliuenſis ducatus per alluſionem ad cliuum dicitur.

Cornu fortunæ : quod Hercules uictor detraxit Acheloo fortunæ dedit: idque etiam uulgo cornu copia ruris honore ideſt copiis ruſticis:ut Horatius libro primo carminum Hic tibi copia manabit ad plenum benigni ruris honorum epulenta cornu.Por.

Coruſcare non modo ſplendere:uerum etiam uibrare ſignificat.Virgilius in decimo.Talia uociferans ſequitur ſcriptũque coruſcat.mucronem. Se.

Chorus proprie cœuorum cantus eſt atq; ſaltatio. Ser.

Coruus apud antiquos maſculino genere dicebatur.Plautus . Iam tibi tuis meritis craſſus coruus redditus eſt: pari modo diuerſo genere dicebãt:hæc ludus:hæc metus:hæc annus:hæc fons.Fe.

Coſſi ab antiquis dicebãtur natura rugoſi homines:a ſimilitudine uermium ligno æditorum: qui Coſſi appellabantur.Fe.

Coſſum dictum quaſi coſſim. Pom.in porcaria.Hoc ſciunt omnes quantum eſt qui coſſum uocant.Nonius.

Cluſium uetuſto nomine: nunc ſenenſi ditioni ſubiacet: fuit & olim nomen carmon : ut Plinius inquit.

Coturnix appellatur a ſono uocis. Fe.

Cotones appellantur portus in mari interiores arte & manu facti. Feſt.

Cothurnum uas in quo ſacrificiis uinum fundebatur.Fe.

Cothurnus calciamentum utrique pedi aptũ. Eſt autem uenatorum crura conuinciens: Virgilius æneidos primo . Purpureoque alte ſuras uincire cothurno . Græci quoq; cũ quempiam proditorem & uariam ſequentẽ fortunam ſignificare uolunt κοθορνον uocant.Ser.

Coturnix a græcis ὄρτυξ appellatᶠ: ea ſane eſt quam uulgus qualliam uocat.Ser.
Cohum quod ſub iugo medio canũ: quo bura extrema addita opilatur: uocatur cohum a coria.Varro.
Coxendices coxas. Lucilius. Caput colos tentatur truncus ſuſtinetur a coxẽdicibus.Varro de re ruſtica.libro primo. Lata fronte naribus ſimulato pectore laxis coxendicibus. Nonius.
Cauſonas acus quibus caput mulieris ſcalpũt Feſtus.
Cubans auſpicatur qui in lecto quærit augurium.Feſt.
Cubita ſeptem faciunt pedes duodecim. Aulus Gel.
Cuculus tegmen thuris & piperis uenditi.
Cuculus in alieno nido fœtificat curucæ: ĩde dicũtur uiri qui uxores ab aliis poſſeſſas amplectũtur & fouẽt: ut curuca oua cuculi ſua eſſe exiſtimant.
Cuneus ager luſitaneæ: ĩ quo ſunt myrtilli baliơ: oſſonoba.Pom.
Cumæ in Campania Italiæ oppidum Italiæ & Siciliæ urbes antiquitate antecellit conditũ ab Hippocle cumæo & Megaſtene chalcidẽ ſi nomen ſortitum a cumæis: qui ex euboia uenerant: quãuis eam chalcidenſes condiderint: ut Strabo inquit: alii a fluctibus qui dicuntur κύματα.Sunt enim in littore appellatas: putarent hæc ex Strabone & Plinio: cymæ græcum ẽ: nos cumæ dicimus: ut apud Sillium conſcia cymæ.
Culex opus Virgilianum: ubi deflet mortem culicis paſtoris: quod iuuenis & rudis compoſuit.Martialis.Qui modo uix culicem fleuerat ore rudi. Et Papinius de Lucano ante annos culicis Martiani ſerum erat nimiũ ſero cogitaui de his continendis.
Cuneus multitudo in ſpectaculo quæ ordine non ſedeat.Iuuenalis: cuneis an habebãt ſpectacula totis: quod ſecurus ames: interdũ accipiunt cuneum pro ea multitudĩe: quæ ſtat ante ſubſellia iudicum.
Cunei perſpectatoribus ſpectatores ſuis ordinis ſpectabant qui appellabantur cunei.
Cuteletos inſula in Aphrica contra maiorem ſyrtim contra minoris promontoria Meninæ & Cercinna Tarichiæ & agatheæ inſulæ contra carthaginis ſinum romana clade memorabiles thaſos imbros & ſamothraceſ ſcãdile polyagos Scyathos Haloneos inſulæ in Egæo mari prope thraciam: & quam aliquã do ſolum qui mares erant cæſi tantum fœminæ tenuiſſe dicũtur: atho monti Lemnos aduerſa Scyathon inſula.Pegaſeus ſinus pro ſpicit: Pronoſſon amplectitur: Euboia inſula ad meridiem: promontorium gereſton & caphaream ad ſeptentrionem Caunum extrudit: & nuſquam lata duum millium paſſuũ habet: ubi arctiſſima eſt: cæterum longa totique Boetiæ appoſita anguſto freto diſtat a littore Euripon uocãt: rapidum mare: alterno curſu ſepties die: & ſepties nocte fluctibus inuicem inuerſis: adeo immodice fluẽs: ut uentos etiam ac plena uentis nauigia fruſtretur aliquot in ea ſunt oppida Styra Ereathria piranneſſos oechalia. Verum opulentiſſime caryſtos & clalchis.
Cuculus require in alites.Varro.
Cucumeres dicũtur a curuore: quaſi curui meres dicti.Varro.
Cutiones dicti uidentur a contractione: quod in emendis uendendiſque mercibus tardi ꝑuenian ad iuſti precii finem.Item apud antiquos prima ſyllaba per i litteram ſcribebatᶠ. Feſtus.
Cudere a cudendo dictum.Fe.
Culeus in agro gallico ultra agrum picẽtium in ſingula iugera dena culea uina faciunt. Varro.
Culcitra quod tomento inculcatur ſic appellata.Feſtus.
Culticula fuſticulus quidam ligneus in ſacris dicebatur.Feſtus.
Cultio pro cultura. Tullius de ſenectute. Nũ igitur horũ ſenectus miſerabilis: qui ſe agricultione oblectant.No.
Culcitra.Varro in quinquatribus.Quam ĩ teſtudineo lecto culcitra plumea in die dormire.Idem de ui.pa.libro.i. Qui primus uxorẽ ducebat duabus culcitris: ac duobus thoris plagalis contraxet.No.
Culcitra. Cicero tuſculanarum libro quarto. Eripiamus huic ægritudinẽ quo modo collocemus in culcitra plumea pſaltriam abducamus.Nonius.
Culcitra ꝙ in ea ſagus aut tomẽtum: aliudue quid conculcabant: ab inculcando culcitra dicta.Varro.
Cluere ueneris Cloanciæ ſigna collocata ſunt Romæ: ubi Romani Sabinique cum ꝑpter raptas uirgines dimicare uoluiſſent depoſitis armis myrtea uerbena pacificati ſũt. Cluere enim antiqui pugnare dicebant. Plinius libro.xv.
Culigna uas potorium.Cato culignam inquit in fœno græco ponitur: ut bene oleat. Feſtus Pomp.
Culiola cortices nucũ uiridium: dictũ a ſimilitudine culeorum: quibus uinum ſiue oleum continetur.Feſt.Pompe.
Culigna uas uinarium: a græco dicta: quia illi dicũt κυλικα.Feſt.Pompe.

Culina uocatur locus in quo epulæ in funere comburuntur.Feſtus Pom.

Culmē ideo dictum quod culmis tegitur: ueteres enim ædificia de culmo cōtegebāt.

Culmus eſt ipſe calamus.Vir.geor.primo Ferret hyems culmumq; leuem: ſtipulaſq; uolātis.Seruius.

Culmi qui in ſummo campo naſcuntur: & ſūmum culmine teneant appellati.V.

Culullos appellant fictiles calices. Horatius in arte poetica.Reges dicuntur multis urgere culullis Et torquere mero: quem perſpexiſſe laborent.Ser.

Cum imperio eſt:dicebatur apud ātiquos cui nominatum dicebatur a populo imperium. Feſtus.

Cum poteſtate eſt:dicebatur de eo qui a populo cui præferebat᷑ negocio.Fe.

Cum maxīe una pars orationis pro nimis.Teren.in ecy. Hāc bacchidem amabat: ut cum maxime cum Pamphilus cum pater uxorē: ut ducat orare cœpit. Do.

Cum illo nuptam:non illi nuptam: antiqui dixerunt. Terentius in ecyra. Potius q̄ aduerſum animi tui libidinem eſſet cum illo nupta. Ergo ambo ſibi inuicem imbuunt. Donatus.

Cum illo haud ſtares Phædria apud Teren. in phor.In eius parte ſtamus pro quo facimus. Virgilius.Iuppiter hic ſtat.Donatus.

Cum ſignificat quo.Terentius in andria.cum alieno more. Cum aduerbium temporis ꝓ quando.Idem in ecyra. Cum pater orare occipit.

Cum præpoſitio: & his dictionibus ſupponit᷑ quicum:quocum:nobiſcū:uobiſcum:ne dicamus cū nobis:ꝙ mala eſſet locutio. In cæteris uero: ut ipſum nomen præſcribit præponitur:ut cum amicis:cum exercitu:cū aduocato.Donatus.

Cum populo agere: hoc eſt populum ad conſilium:uel ad comitium uocare.Feſtus.

Cum alter & cum altero: dictum ab antiquis ita breuitatis cauſa:ut ſodes pro ſi audes:ſcilicet pro ſcire licet:ſis pro ſiuis. Fe.

Cumerū uas nuptiale: a ſimilitudine camerarum:quæ fiūt palmæ:uel parte ad uſum popularem ſic appellatæ.Fe.

Cunabula lectuli in quibus pueri iacere conſueuerunt:uel loca in quibus naſcunt᷑: quaſi cinacula.Nam κύειν eſt græce enim uel parere & grauidam eſſe.Ser.

Cuniculum foramen ſub terra occultum ab animali:quod ſimile eſt lepori appellatur:qui ſubter foſſa terræ latere eſt ſolitus: aut a cuneorum ſimilitudine:qui omnem materiam ſcindentes intrant.Fe. Pom.

Cunire eſt ſtercus facere:unde inquinare.Feſt.

Cuniculus ualidus magnus grauis. Virg.geor. ſecūdo.Glæbas cunctantes craſſaq; terga expectat.Seruius.

Cuniculus per quem uapor trahitur in balneariis uaporibus.Hermogenianus de admini. tuto.

Cūctant pro cūctant᷑.Actius ī alpheſiboea.ita territa membra animo ægroto cūctant ſufferre laborem.No.

Cuncti ſignificat quidem homines: ſed coniūcti & congregati:at uero omnes etiam ſi diuerſis locis ſunt. Feſt.

Cunctari eſt dubitare diſſipare. Virgilius libr. octauo. Cunctantem amplexu molli fouet: Marcus Tullius ad Cæſarem iuniorem lib. primo.Sed cito petiuit domumque redit cūctabantur.Nonius.

Cunctari eſt manere.Virgilius georgico.libro quarto.Non illis quiſquam cunctantibus altum ire iter aut caſtris audebit uellera ſigna Et ænei.libro quarto.Reginam thalamo cūctantem. No.

Cunctari cunctationem deferre. Virgilius libro ſexto.Qui nobis cunctando reſtituit rē Nonius.

Cumeriæ paludes ultra tauroꝝ ſunt clauſtra cubatio:quære in uerbo crepatio. L.

Cubiculum quod certe a cubili non uenit: cū inter cubiculum cubile ſit diminutiuum non eſt.Laurentius.

Cuculum dīminutiuū non eſt:quia non recte formatur.Lau.

Cuias noſtras & ueſtras: non tantum patriam nationemque innuunt:ſed etiam partes & etiam ſectam:ut ueſtrates philoſophi nō ſunt ita populares & fauorabiles: ut noſtrates & cuiates philoſophi uos eſtis ſtoici ne:an epicurei:ut Cicero:non ſolum etiam iſta ueſtra oratoria:ſed hæc etiam leuia noſtratia. Laurentius.

Cuia eſt dicimus:ſicut noſtra eſt:tua eſt:ſua ē: uel per intereſt:ut Plau.Ego illū conueniam atq; eum ducam cuia eſt fidicina. & Cicero pro muræna.non ei cuia eſt fidicina.& Cicero pro muræna. Non ei cuia nihil interfuit. Interrogati igit᷑ cuius hominis eſt opus meum eſt dicendum:non mei.Reſpondendum ergo per uarios caſus. Similiter cuiū pecus? reſpondeas meum uel illius.

Cum & quod quidem peculiare in oratiōe exhibent.ut Ci.ad Sulpitiū.Quo in periculum non nihil me conſolatur cum recordor hæc me tum uidiſſe. quid eſt quod augeat Ciceroni moleſtiam:aut quid eum conſolat᷑: uel ꝙ magna penuria ſapientum eſſet:uel cū recordaretur ſuæ prudentiæ. Lau.

Cum & tum indicatiuum fere poſtulant. Eſt autem in cum quidem minus: in tum quidem maius:& aut generali ſequente ſpeciali iunguntur:ut Quintilianus.quod cum omnibus confitẽdum eſt tum nobis præcipue: haud ambobus ſpecialibus: ut idem. Quod opus Marcelle uictori tibi dicamus: quẽ cũ amiciſſimum nobis tum eximio litterarum amore flagrantem digniſſimũ:& cætera uix aliter reperies:ſiquando fit ſub duobus uerbis:fiat ſub eodem modo & tempore:ut Cicero principio de natura deorum.Cum multæ res in philoſophia nequaquã ſatis adhuc explicatæ ſunt:tum difficilis Brute:quod tu minime ignoras. quæſtio eſt de natura deorum.Tum interdum ſine cum ponitur in rebus paribus geminatum uel triplicatum: ut Quintilianus. Nec ĩdignetur Herodotus æquare ſibi Titum Liuium:tum in narrando miræ iucunditatis clariſſimique candoris: tum in contionibus: ſupra quã enarrare poteſt eloquentem:ita dicuntur omnia cum rebus tam perſonis accommodata. Interdum accipitur pro aliquando: ut tum hoc tum illud dicas.L.

Cuneis dicitur fiſſile lignum: quia finditur a fiſſile:ut Plinius libr.xvii. Hæc maxime fiſſilia alia frangi celeriora q̃ findi.Idem nulliſq; fiſſilerimis hoc lignum:ideſt fiſſum.Laurentius.

Culpa medici mortuus cũ medicus adeſt.defectu medici mortuus eſt: cum medicus præſto non eſt:defectio uero eſt receſſio militũ: aut ciuitatis a domino:uel ſuperiore.Deficere quidẽ & deſciſcere eſt a ductu alterius recedere:& quaſi rebellare:& defectio quaſi rebellio.Lau.

Cuniculus per quem uapor trahitur in balnearibus uaporibus. hermogenianus de admi. tuto.

Cumera eſt uaſis frumẽtarii genus factum ex uimine admodum adductum.Porphi. Cur mea plus laudes cumeris granaria noſtris. Hor.i.ſermo.

Cum aduerbium eſſe poteſt:quando ὅτε ſignificat:& præpoſitio quando σύν:& eſt copulatiua:ut cũ militibus pugno cum Imperatore proficiſcor: & ſolum per appoſitionẽ inuenitur:nec mirum cum in compoſitione loco eius ſemper componatur: ut concurro coniungo:contraho.conſpiro.

Cululli calices dicuntur: quibus põtifices uirgineſque ueſtales utebantur. Horatius autẽ lib.car.pro urceolis & conchis poſuit: diues & aureis mercator exiccet culullis uina.

Cuticula:& cum omnia huiuſmodi dimminutiua: tam penultimam q̃ antepenultimã corripiant cuticula: ibi antepenultimam producit.Iuuenalis.Cum libet æſtiuum contracta cuticula ſolem.quod eũ facere metri neceſſitas compulit.quattuor enim breues habens dictio in heroico poni aliter non poterat:q̃uis Vir.huiuſmodi nominibus ſolet procelematicum ponere.Pri.

Cubo quoque cubui facit: a quo compoſita: tam primæ q̃ tertiæ coniugationis inueniũtur:tamen perfectum incubo incubas incubui:& incumbo adiecta m incumbis ĩcubui Pri.

Cudo ſecundum Diomedem cariſium & Focam facit cuſi:ſecundum alios facit cudi. Et uidetur etiam Virgil.ſic protuliſſe in primo ænei.Ac primum ſilicis ſcintillam excudit achates:Suſcepitque ignem foliis.Excudit.n. tam præſens q̃ præteritum ĩtelligi poteſt ſecundum Quintilianũ ſuſcipit ſubiungit melius præteritum intelligitur.Idem etiam Seruius in commentario ænei. comprobat his uerbis.Excudit etiam: ideſt feriendo eiecit. Nam cudere eſt ferire: unde & incus dicitur ꝙ illic aliquid cudamus & feriamus. Sciendum tamen ꝙ eius frequentatiuum cuſo cuſas:ex quo eius compoſita incuſo incuſas: recuſo recuſas:accuſo accuſas:excuſo excuſas. Pri.

Cum iungitur modo finitiuis: modo ſubiunctiuis: ueluti cum dico:cum dicebam. Item ſubiunctiuis cum dicam:cum dicerem:ſed ĩtereſt:quia finitiuis iungitur quotiens ad id tempus quo agebam refertur:ut Ci. Tãtum profeci:tum cum tale a conſulatu reppuli.i. eo tempore quo te reppuli profeci.

Cuneus eſt ager in hiſpania cõtiguus ſacro ꝓmontorio. Strabo.

Cubicularius cuſtos cubiculi.

Cubicularis lectus cubiculo actus:ut callicarius artifex callicaris clauus ſimiliter &c.

Cubi ſunt populi in gallia:qui bituriges dicũtur ad oceanum ſpectantes.Strabo.

Cuculũ eſt latinoꝝ oppidũ iuxta albam.Ser.

Cumæ ſunt poſt linternũ: quæ ſunt uetuſtiſſimæ chalcidenſium & cumeorum ædificiũ. Ipſius autem claſſis ductores Hippocles.Cumeus & megaſthenes chalcidenſis ĩter ſe pepigere:ut cumeorum coloni fierẽt illoꝝ appellatio nominaretur:qua ex re cum hac ætate cumæ nuncupentur: a chalcidẽſibus tamen conditum putatur oppidum.Nonnulli cumas ob τὰ κύματα.i.fluctus nomen duxiſſe memorant:littus enim proximum frequentibus abũdat tergoribus: quibus illi ſe fremunt:unde Stra.

Cumæ græce per y urbs campaniæ prope baias in humili colle: quã ex Euboia ueniẽtes

condiderunt:iuxta quam ſubterraneus thalamus Sibyllæ erythreæ: quæ a noſtris Cumana. Ariſto.

Cupio cupiui uel cupii: uetuſtimi tamē etiam ſecundum quartam coniugationem ſolebāt hoc uerbum Lucretius fringere:ut arta non primus terrarum clauſtra cupiret. Pri.

Cupariſſe appellantur acies quædam igneæ: quæ nocte apparere ſolēt ad ſimilitudinem cupreſſi. Feſtus.

Cupas Varro eſt modus matulæ cupas uinarias ſtuppare noli: adde ꝙ cum uini in uxor cule in opiſcillum. Idem in Sexqui Vlyſſe. alteram uiam deformaſſe carneadem uirtutis & cupis acris aceti. No.

Cupas & tinas. Varro de uita patrum:antiqſſimi in conuiuiis primo utres uini poſtea tinas ponebant. Idem mori longe cum operculo ad cupas tertio amphoras. No.

Cupæ ſunt uaſa uinaria maiora ex ligno:quas ſatis improprie multi uogentes uoces:uocari autem cupas id genus uaſis Lucanus oſtēdit:cum ait. Nanque ratem uacuæ ſuſtentāt undiq; cupæ. Cupis enim naues īpoſitæ ſub ſtinentur in mari: cum ipſarum latera carinæq; reſarciuntur: dictæ autem fuere a priſcis:cupæ a caueo:unde caupones dicti a cau pis:imo prius copones: ut apud Ciceronem leges:a copia rerum: inde caupones dicti ea ratione qua dicitur ploſtrum & plauſtrū: coda & cauda:ſorex & ſaurex:corus & caurus: & mille alia.

Cupes & cupedia antiqui lautiores cubos nominabant:inde macellum forum cupedinis appellabant. Fe.

Cupedia cupiditas. Ci. tuſcu. libro quarto. Ambitio mulieroſitas peruicacia liguritio temulenta cupedia. No.

Cupentus lingua ſabinorum ſacerdos dicitur quocirca Virgilius. Nec dii texere cupētum quorum ſcilicet miniſterio inſeruiebat. Seruius.

Cupedia a cupiditate ſunt dicta:uel ſicut Varro uult ꝙ ibi fuerit cupedinis equitis domus qui fuerat ob latrocinium damnatus. Feſtus Pom.

Cupedinarii omnes qui eſculenta & poculenta uendunt:a rebus cupedinis ab alimento: cupedinarii appellātur. Varro humanarum rerum numerius equitius cupes īquit. & macellus romanus ſingulari latrocinio multa loca habuerunt infeſta. His in exilium actis publicata ſunt eorum bona & ædes ubi habitabant dirutæ e que ea pecunia ſcalæ deū penatium ædificatæ ſunt:ubi habitabāt. Locus ubi uenirent ea quæ ueſcendi cauſa ī urbem erant allata. Itaque ab altero macellum ab altero forum cupedinis appellatum. Terentius in eunucho. Interea loci ut ad macellum uenimus concurrunt mihi læti obuiā cupedinarii omnes. Do.

Cupienter cupidiſſime. Actius in philoctete. Cui poteſtas detur tua cupienter malis mēbra diſcrepat ſuis ſubtus eſt:qui cupida cupidus cupienter cupit. Nonius.

Cupido & amor ita ſignificare uidentur:& eſt diuerſitas. Cupido enim conſideratæ eſt neceſſitatis. Amor iudicii. Plautus in bacchidibus. Cupido tecum ſcæuus an ne amor. Idē in curculione. Diſcernit uix eiuſdem diuerſitatis expreſſæ dicens ꝙ uenus cupidoq; imperat ſuadetq; amor. Nonius.

Cupidinem cum fœminino genere dicimus cupiditatem. Virgilius in ſexto. Quæ lucis miſeris tam dira cupido eſt. cum maſculino dicimus ipſum deum. Plautus ī pœnulo. Cupido quantus es. Nonius.

Cupiditas & cupido diuerſa ſunt. Nam cupiditas ē leuior. Lucilius. xviii. cupiditas ex homine:cupido ex ſtulto nunquam tollitur ꝙ cupiditas quædam ſit pars tentatio defluens ex cupidine. No.

Cupedinarios uocant uoluptatis & cupiditatis miniſtros. Terentius in eunucho. Currūt mihi læti obuiam cupedinarii omnes cetarii lanii:coqui:fartores: piſcatores: aucupes. Seruius.

Cupreſſi mortuorum domibus ponebantur: ideo quia huius generis arbor exciſa non renaſcitur:ſicut ex mortuo nihil eſt iam ſperā dum:quam ob cauſam in tutela Ditis patris eſſe putabatur. Feſtus.

Cuprillia appellatur ager qui uulgo ad capræ paludes dici ſolet. Feſtus.

Cur aliquando interrogantis eſt:aliquādo corripientis & increpantis. Terentius in andria Sed cur abis ab illa:corripit ꝙ glycerium de ſerat. Do.

Cura dicta quaſi cureda: uel quia cor urat. Fe.

Cura amor eo quod cor urat. Virgilius æneid. iiii. At regina graui iam dudum ſaucia cura. Et ueneris iuſtiſſima cura. Idem. Ser.

Cura dicta iterum ꝙ cor urat: græci uero uocant μελίδονας. i. membra edunt.

Cura ꝙ cor urat:hinc curare. Varro.

Curioſitas ſignum eſt loquacitatis:unde Hor. Percontatorem fugito. Nam garrulus idem eſt. Do.

Curioſolitæ populi īter celtas oceanum attingunt:quæ armoricæ appellātur finitimi andegauenſibus ſeſuuiis oſiſſinis unellis uenetis aulercis rhedonibus: Hos coriſopitenſes eſſe plæriſque placet in prouincia turonenſi britāniæ ducatu regnoq; francoꝝ ſiti.

Curatores dicuntur qui pupillis loco tutorũ dantur:ſiue qui rei frumentariæ agriſue diui dendis præpoſiti ſunt.Fe.
Curatum eſt notum.Nonius.
Curatum poſt laborem perfectum. Vir.æneï. lib.iii.Corpora curamus feſſos ſopor irrigat artus:Nonius.
Curtius lacus ad forum eſt:a curtio dictus:uel ut Procilius ſcribit: quoniam cum olim illic terra dehiſceret: & haruſpices reſpõdiſſet deum in antrum poſcere ſtulionem:ideſt uirum fortiſſimum. Curtius quidem armatus equo ſe in uoraginem deiecit: atq; ita terra hiatu obduxit:locuſq; ſeruauit æternũ curtii nomẽ. idem ſentit Liuius:piſo ſcribit datum eſſe nomen a Curtio milite tatii ſabinorum ducis:qui nõ nihil in ea palude ob cœnum laborauit:dum pugnaret aduerſus Romulum. Idem Plutarchus & Dionyſius putarunt.Cornelius & Lactantius ſcribunt locum eſſe tactum fulmine:& ſæptum fuiſſe a Curtio cõſule cui Marcus genutius erat collega atq; ita manſiſſe nomen loco.
Curatum cum delectu apparatum.Lucil.libr. xxx.Et circum uolitant ficedulæ turdis curatis ſocii.No.
Curare reficere.Vir.geor.iiii.Tum tecta petũt tum corpora curant.Sane curare corpora: ſi de homine dicitur:& cibo & lauatione dicimus:uel alterutro.Ser.
Curabitur imperſonaliter cum difficultate: & quod quaſi arduum & graue eſt curari dicitur.Dona.
Curent̃ recte eſt diligenter coquant̃.
Curatio proprie medicorum eſt. Cura eſt coquorum. Sed coquina medicinæ famulatrix eſt.Teren.in an.Nempe ut curent̃ recte hæc Cura mentis eſt: curatio medicinæ: curatura diligentiæ.Teren.in eu. Reddunt curatura iunceas.Do. Cura & ſolicitudo differunt Cura eſt in ſpe bona: ſolicitudo eſt in metu malorũ. Teren.in phor. Quanta me cura & ſolicitudine affecit gnatus. Do.
Curia locus eſt ubi publicas curas gerebãt.Fe.
Curia ubi ſenatus rempu.curat: & illa ubi cura ſacrorum publica. Var.
Curiæ etiã appellantur in quibus uniuſcuiuſque partis populi romani quod geritur:quales ſunt hæ in quas Romulus populũ diſtribuit numero triginta: quibus poſtea additæ ſunt quinque:ita ut in ſua quiſq; curia ſacra publica faceret:feriaſq; obſeruaret. Hiſq; curiis ſingulis nomina curiarũ uirginum poſita eſſe dicuntur: quas uirgines quondã Romani de ſabinis rapuerunt. No.
Curriculo pro curſu ponebant.Plau.licet inq̃t uos abire curriculo.Feſt.
Curriculus diminutiuum a curru.Fe.
Curionum æs dicebatur: quod dicebat̃ curio ni:uel ſacerdotium curionatus. Fe.
Curis eſt ſabina lingua haſta:unde Romulus. Quirinus:quia eam ferebat eſt dictus: & romani a Quirino:quirites dicuntur quidã eũ dictum putant a curibus:quia fuit urbs opulentiſſima ſabinorum.
Curitim Iunonem appellant: quia eandẽ ferre haſtam putabant.
Curialis eiuſdẽ curiæ:ut tribulis & municeps. Nonius.
Curiata comitia a curiis appellata.Fe.
Curiata fana a curio dicta ſũt:quia eo loco domum habuerat.Fe.
Curionem agnum.Plau. pro macro dixit quaſi cura macruiſſet.Fe.
Curio curioſus.Plau.ĩ aulu. Volo ſcire ego ex te quid ſit agnus curio.No.
Curriculum pro curſu: pro loco in quo certamen currendi exercet̃. Nõnũq̃ etiam ꝓ curru:ut Curtius li.viii. Aliorũ turbati equi nõ ĩ uoragines modo lacunaſq;: ſed etiã ĩ amnẽ præcipitauerunt curricula.Lau.
Curſus figurate pro uolatu:uel nauigatõe: uel fuga accipit̃:& contra:ut ꝙ enim inde fugiẽtia:uel a longo curſu perſecuti.L.
Curatorem inter bonorum uentriſq;: & inter curatorem furioſi:itemq; prodigi pupilliue magna eſt differentia:quippe cum illis plene rerum adminiſtratio: duobus autem ſuperioribus ſola cuſtodia & rerũ quæ deteriores futuræ ſunt uenditio committitur.Hermogenia.de admi.tu.
Curæ dictæ ꝙ mentem corrodant & cruciãt. Vir.Quando hæc te cura remordet.Hor.li. car. Neq; aliter mordacis diffugiunt ſolicitudines.Acron.
Currus curriculum facit diminutiuũ neutrũ ſpacium ad currẽdum aptum:id ipſum currendi officium ſignificat. Ser.in arte.
Curiones dicti a curiis: qui fiunt ut his ſacra fiant.
Curioſolites & lexobii & unelli in Normãdia ſunt.Strabo.
Cures urbs quædam inſignis in ſabinis: nunc autem uiculus ex qua exciti ſunt Titus Tatius & Numa Pompilius Romæ quandoq; regnantes:hinc quirites appellare ſolent romanos qui orationem habent ad populum. Strabo.
Curionia ſacra quæ in curiis fiebant. F
Curiales flamines curiarũ ſacerdotes.Fe.
Curiales menſes ĩ quibus ĩmolabatur iunoni: quæ curis eſt appellata.Fe.
Curiam a cura dictã. Var.deſignat de uita pa. li.ſecundo.Itaq; propter curam locus quoq;

ſuam quiſq; domum ſenator confert curiã appellat. No.
Curiata comitia cũ de generibus oĩbus ſuffragium ferat̃ curiata comitia ſunt. A.G.
Curſus eſt pedũ uelocitas. Vir. li. v. Hic q forte uelint rapido contendere curſu.
Curſus uolatus. Vir. lib. vi. Eſte duces o ſi qua uia eſt: curſumq; per auras Dirigite in lucos. Et in buc. Quo curſu deſerta petiuerit uſus Et æne. lib. iii. Sed tibi qui curſum uẽti quæ fata. M. Tullius de officiis lib. iii. Naues ĩ curſu frumento onuſtas petentes rhodum uiderit. Nonius.
Curſus eſt nauigantis & equitantis. Dona.
Curriculus: ut conſuetudo fert: a curru diminutiuum eſt dictum. Eſt enim breuiſſimum uehiculi epiroti genus. N.
Curſus nauigio. Virgil. æne. iiii. Eadem impia fama fureti Detulit armari claſſem curſuq; parari. Ser.
Curtilacus appellatur a curtio: qui eo loco ĩ ꝓfundiſſimum ſeſe ob ſalutem populi Romani proiecit hiatum. Feſtus.
Currules equi quadriiuges. Fe.
Circus dicit̃ ambitus: uel gyrus: cuius diminutiuũ eſt circulus. Actius in endro. ꝗ luna circulos annuos inſtitit. No.
Curculiones necandi cauſa promendũ id frumentum quod curculiones ex eſſe incipiunt id enim cũ promptũ eſt in ſole ponere oportet aquæ catinos quot eo cõueniũt & ipſi ſe necent curculiones. Varro.
Curuum uocatur bura: quæ quaſi temo eſt inter boues. Varro.
Cuſſilirem pro ignaro dicebãt antiqui. Feſtus
Cuſtodelam dicebant antiqui: quam nunc dicimus cuſtodiam. Feſtus.
Cuſtoditio eſt opera ad cuſtodiẽdũ quid ſum pta. Feſtus.
Cuſtos ſpeculator. Vir. æneí. iiii. Luce ſedet cuſtos. Ser.
Cuſtos miniſter. Vir. viii. Inde ubi prima quies medio iam noctis abactæ curriculo expulerat ſomnũ. Interdum officium ſignat.
Cuſtos prohibitor: obſeruator. Virg. geor. iiii. Et cuſtos furum atque auium cum falce ſaligna. Ser.
Cutis græcam habet originem. hanc illi dicũt κυτον. Feſtus.
Cutilia locus appellatur ꝗ in eo eſt inſula cotilia nominata a græcis. Fe.
Cuia pro cuius. Lucil. li. xxx. Cuius opera Troginus calix cuia pro caſtra cluebat. No.
Cuias Cicero tuſcu. li. quinto. Socrates quidẽ cum rogaretur cuiatem eſſe ſe diceret mundanum inquit. No.
Cuius & cuiatis hæc eſt differentia. Cuius ad perſonam refertur hominis: cuiatis unde ſignificat. Actius in telepho. Qui neq; cuiatis eſſet unq̃ potuimus multa rogitantes ſcire. Nonius.
Cluet nominat. Lucil. libro. xxx. Cuia opera troginus calix per caſtra cluebat. Ennius in ambracia: per gentes eſſe cluebat omniũ miſerrimus. Pacuuius in Iliona. Sed hoc cluent hoſpitium infideliſſimi. Pacu. diſcipulus diſcorporis incluit. Ennius. Muſaꝝ põpilius cluero tibicinas. Luci. li. xxvii. Viginti domina triginta uel centum tibicinas: cluas. No.
Clicidatum dulce & ſuaue dicebat̃. Fe.
Cluderet: uide infra in. f. ſaltem. A. G.
Clunaculum cultrum ſanguinarium: dictum uel quia ad clunes dependet: uel quia clunes beſtiarum diuidit. Fe.
Clutum: græci autem dicunt κλυτον: unde accepta præpoſitione fit inclytus. in ſæpe n. agendi cauſa adducimus: ut inuocabant iclamauit. Fe.
Crucium pro cruciat. unde Lucil. uinũ ĩ ſuaue crucium dixit. Fe.
Crumena ſacculi genus Plau. Dii bene uortãt te ne crumenã numeret̃ triginta minæ. Fe.
Crumena loculus κρεμασω ſuſpendo: alii crumena a χρηματων. Tor.
Cruſtariæ tabernæ a uaſis potariis cruſtatis dictæ. Feſtus.
Cruſmata pulſus chordarum. T.
Creatus uir Peloponẽſius pater Amphimachi unus ex græcoꝝ ducibus ad Troiam. Tor.
Cteſias orator ſiculus: de quo Cicero.
Cteſippus Socratis filius. T.
Cteſiphon athenienſis: pro quo demoſthenes orauit.
Criſpa nomen uiri a capitis criſpoſitate.
Crudus ſignificat cibum non coctũ. Crudus item ſignificat hominem qui bene nõ coxit.
Cruſmata dicuntur ſonitus cymbaloꝝ & inſtrumentoꝝ: quæ digitis pulſantur. nã κρουω e uerbero: & e pulſo: unde cruſma modi gadditani.
Cucurbitinũ. Pli. li. xv. eadem cauſa in piris taxatur ſuperba cognomina. Ma. ſat. iii. piroꝝ genera cucurbitinũ: cui tum ceruiſa cruſtumium.
Cruſta non eſui apta: ſed aut ædificiis: aut cruſta marmorea: uel ut bracteæ tenues. Pli. lib. xxxvi. Specularis uero quoniam & hic lapis nomen obtinet faciliore multo natura finditur in quálibet tenues cruſtas. & li. xxxvii. in tam paruas frãgant̃ cruſtas: ut cerni uix poſſint. & li. xxxvi. Secandi marmor ĩ cruſtas neſcio a carie fuerit inuẽtũ: & iteꝝ primũ Romæ parua cruſta marmoris operuiſſe totius domus ſuæ in cælio mõte Cornelius nepos

tradidit:& piſces cruſtati dicũtur qui cruſta integuntur: ut Li.xi. At in marinis cruſtata & carri laginea priores habent.

Clinici dicuntur medici qui i lecto ægrotum uiſunt:a κλινη:quod lectum ſignificat.

Creticon poſſeſſiuum.

Curetes populi cretæ: qui cum corybantibus Ioue aluerũt:qui cũ deinde religione ꝓpharent:a Ioue imbribus deleti ſunt:quoꝝ tẽpla cum deinde Iuppiter uacua & ſine honore reſpiceret fungis natis ex pluuia reſtituit. Ouidius.iiii.Alii ſunt ætolis uicini:qui cum ætolis bellum geſſerunt ſecundum Home. Alii in Dalmatia apud quos Antonius clauſus eſt cum magno diſcrimine. Luca.

Cruſtumina tribus a thuſcoꝝ urbe cruſtumina dicta eſt.F.

Cruſtumina pira ſunt ex parte rubentia a cruſtimio oppido nominata.Ser.

Cruſtũ neutro genere dicimus de his quæ comedi poſſunt. Virgi.in.vii.Et uiolare manu maliſq; audacibus orbem fatalis cruſti.Hor. Olim dat cruſtula blandi doctores.Fœminino autem genere fragmẽta dicimus quæ nõ ſunt apta eſui. Concreſcunt ſubitæ currenti in flumine cruſtæ.Seruius.

A ſignificantiam habet manifeſtam.i.dic. Vir.li.iii.Da propriã thymbreæ domũ. No. Da dic. Virgil.in bucco.Sed tamen iſte deus qui ſit da Tityre nobis. & in libro ſexto.Tuq; o ſanctiſſima uates præſcia uenturi da: nõ indebita poſco.Te.in heau. Nunc quãobrem has partes didicerim paucis dabo.Lucil.li.xxx. Scilicet facere etiam hoc uerſibus reddere quod do. & lib.xxviii.Perſuade & tranſi:uel da quãobrem tranſeas.Nonius.

Dacronas pro lachrymis: Liuius ſæpe poſuit: nimirum quod græci appellãt Δάκρυα. Fe.

Danubius fluuius germaniæ ex monte qui ar bona dicitur non longe a rheticis alpibus atheſiſq; & rheni germaniæ fluminum fontibus in tridentinã & Curieſem dioceſes oriẽs germanos ſiniſtra: & Hũgaros ac Teutones dextra alluens poſt Iſter dictus:ac iterũ Danubius euxino mari pluribus oſtiis imergitur. hunc autem & rhenum fluuium in rhetia oriri quidam tradunt.

Daci populi erant tranſrhenani Danubio fluuio & auaritiis ſyluæque Hercinæ finitimi: quos olim Hungariæ partem habitaſſe pleriq; tradunt:& poſt ad littora nouergiæ proxima ceſſiſſe hos memorat Luca.i ſecũdo.

Dacus populus germaniæ.

Danubius per imania magnaꝝ gentiũ diu eſt deinde aliter appellantibus accolis Iſter fit: acceptiſq; aliquot amnibus ĩgens iam & eorum:qui in noſtrum mare decidunt: tãtum minor Nilo totidem:quot ille oſtiis:ſed tribus tenuibus reliquis nauigabilibus effluit.

Daci populi uerſus germaniam e conſpectu & ad Iſtri fontes:quos olim Dauos appellatos reor:& quo apud athenienſes nomina dauorum & getarum ſeruilia.

Dacia in ſcythia:quidam thraciæ partẽ dicũt: quidam conterminam.

Dactylus digitus & pes a ſimilitudine:ſunt autem pollex index medius annullarius minimus:& olim qui medio tanq̃ per idicem mõſtrabatur:arguebatur inſaniæ. Vnde Diogenes plurimos aiebat inſanire per digitum:& peregrinis uidere Demoſthenem cupiẽtibus medio digito oſtenditur.Iuuenalis.Mediũq; oſtenderit unguem pro digito.

Daduchi ſacerdotes cereris & geſtantem facẽ Hierophantæ.i.ſacrorum Iterpretes. Strabo autor idem bactæ a βαπτέω: quod ſignificat tingo & lauo. nam tingere madefacere ẽ quoniam qui initiabantur lauabantur aqua calida primum. Analtophanes primum ex ritu ueteri me lauerunt qui dicebãt myſtæ.

Dadicæ populi ſcytharum in Aſia. Herodo.

Dædalus athenienſis:Eupalami filius faber ægregius qui ſerram aſciam perpendiculũ terebrum inuenit:& malũ & antẽnam naui iͨpoſuit:qui accuſatus interemiſſe:Perdiccam ſororis filium iudicii metũ fugit in Cretã.

Dæmon ſciens:ide eudæmon bonus & fœlix cacodæmon contrarium.T.

Dactor troianus.

Dai perſarum populi ſecundum Herodo. paſtores omnes ſimiliter Mardi Dropici & Scibacii.

Da ueniam.i.concede quod petitur:præſta beneficium.Ci.de ora.Dabis hãc ueniã mi frater.Ter.in adel.Da ueniam ne grauere. Do.

Dalmatia regio.

Daliuũ ſupinũ ait eſſe Aurelius: Elius ſtultus oſcorum quoq; lingua ſignificat inſanũ: Sane uero dici putant ipſum:quem græci Δειλαιον: id propter eius fatuitatem quis miſereri debeat.Fe.

Damnum & damnatio ab emptione: & quaſi dimminutione patrimonii dicta ſunt.Modeſtinus de uer.ſigni.

Damaſcus urbs ſyriæ nobiliſſima: Perſiæ uicina duobus fructibus mons eiuſdem nominis maxĩe nobilis eſt prunis.ſ.mixis: ut ſcribit Plinius.

Damaſcia eſt lycanoꝝ: uelut arx quædam inter brigantios.Strabo.

Damma in promulſcuis cũ iuenimus quædam

auctoritate ueteꝝ in a terminata: ſed genere maſculino prolata. Virgilius in bucco. Cum canibus timidi uenient ad pocula dammæ. Hora. tamen fœmininum hoc idem protulit in primo car. Et ſuperiecto pauidæ natarunt æquore dammæ. Pri.

Damen nomen proprium hiſtorici damenis. Priſcianus.

Dama græce: a Δάμη uel Δορκάσ genus capræ ſilueſtris cõmunis generis. Vir.

Damaſcus urbs caput Syriæ: unde damaſcena pruna. Plinius.

Damaſithymus candaulis filius: unus ex ducibus Xerſis. Hero.

Damœtas paſtor apud Vir. & Theo.

Damon muſicus.

Damon & pythias pythagorici amiciſſimi: de quibus Cicero & multi alii.

Damocles unus ex aſſentatoribus dionyſii.

Damnare eſt damno afficere: Vnde & cõdẽnare dictum eſt econtrario nullo damno affectum indemnem probamus. No.

Damnare eſt exhæredare. Lucil. ſaty. libro. xi. Caſſius cauis hic operarius quem cephalonẽ dicimus ſectorem fruuiuque hunc. Tullius quẽuis exhæredem facit: & damnati alii omnes. Nonius.

Damnare neceſſitate conſtringi. Ter. in phor. Tuus eſt damnatus: non tu. Nonius.

Damnare eſt morti dare. Vir. æne. li. iiii. Nondum illi flauum proſerpina uertice crinẽ abſtulerat: ſtrygioq; caput dãnauerat horcho. Actius in armorum iudi. Maior erit luctus cum me damnatum audiet. M. T. in uer. act. prima. Reus ĩ iudicium adductus eſt uerres homo uita atq; factis omnium iam opinione damnatus. No.

Damnare & condemnare pro liberare poſitũ. Titin. ĩ ueliterna. Fortaſſe uotum fuiſſe quo die liber foret: nunc eius uoti condẽnatus ẽ ĩmolauit hoſtiã. Vir. lib. xii. Quem dãnet labor aut quo uergat pondere lethum. Tur. in leucadia. Et amplius illam appetere cõdecet quãdoquidem uoti condẽnata eſt. Virgil. in bucco. Damnabis tu quoq; uotis. Siſen. hiſt. lib. primo. Quod uoti damnati fœtum omnem dicuntur eius anni ſtatim conſecraſſe. Ci. tuſ. li. v. Rerum naturam q̃ errorem damnare maluimus noſtrum. No.

Damnare item eſt aliquid tanq̃ deteſtandũ cõmittere.

Damnare obnoxium & obligatũ facere. Vir. damnabis tu quoq; uotis. Ser.

Damnum a demptione: cum minus re factũ q̃ quanti conſtat. Varro.

Damnum & malum differũt. damnum rei eſt Malum ipſius hominis. Teren. in and. Qui malum aut dãnum dederit. Aliud eſt dãnũ: & aliud pœna. Nam dãnum & fures afferũt aues & quadrupedes. Pœna uero a lege ĩponitur ne contra quis faciat q̃ iuſſit. Do.

Dãnum ſacrificium quod fiebat ĩ operto ĩ honorem deæ bonæ: dictum a cõtrarietate: qđ minime eſſet Δημόσιον. i. publicum: Dea quoque ipſa Δημία & ſacerdos eius Δημιάσ appellabatur. Fe.

Damyndas uir macedonius.

Daniſta fœnerator: ſic enim græce Δανειςής dictus eſt ἀπο Τοῦ Δανείζειν: hoc eſt a fœnerando. Plau. male morigerus eſt mihi Daniſta qui de me argentum non petit. Ser.

Daniſtæ fœneratores. Fe.

Danunt. i. dant. Pacu. in Iliona: Dii me & ſi perdunt: tamen eſſe ad uitam petũt quod dem priuſquã intereo ſpacium ulciſcendi danunt Plau. in pſeu. Cui ſeruitutem dii danũt lenoniam. Neuius belli punici lib. iiii. Eam carnẽ uictoribus danunt. Ci. ĩ plocio. Patire quod danunt quando optata non danunt. No.

Danubii partes ſuperiores uerſus fontes uſq; ad præcipites eius decurſus: quos cataractos nominant danubium uocant: quæ maxĩe p dacoꝝ agrum delabunt̃. Alias uero inferiores uſq; in pontum per getas Iſtrum uocitãt & quære plenius in dictione Iſter. Stra.

Danae quæ græce dicitur danai: triũ apud illos ſyllabaꝝ ẽ: nos autem illud i quod apud eos productum eſt uertimus in e longũ: trium autem ſyllabaꝝ eſſe nomen hoc etiam apud latinos edocẽt poetæ: ut Petronius arbiter uxorem ducat danaẽ ipſumq; licebit. a criſius iubeat credere quod danaẽ. & Hora. Incluſam danaẽ turris ænea. In hoc enĩ metro ſecũdum locum tenet dactylus: ad hæc prima ſyllaba huius nominis breuis eſt: quẽ admodum etiam illius nominis. danaus qui igit̃ duarum ſyllabarum faciunt: falluntur ĩ hoc ꝙ primam ſyllabam productã eſſe credunt cum ſit correpta.

Danae aliquando diphthongus diuidit̃. Hor. Incluſam danaen: Acriſii filia: imo nũq̃ diphthongus eſt.

Danaides patronymicũ: a danao deductũ eſt.

Dapſilis cœna eſt diuerſis & ãplis dapibus plena. Titin. Toto fit in foco de lignis in dapſilis cœna. No.

Dapes non ſolum opiparos apparatus: aut religioſos: ſicuti plærũq; ſignificant: ſed etiã uitabiles & inphandos cibos. Vir. ænei. tertio de cyclope. Nam ſimul expletus dapibus unoq; ſepultus. No.

Dapes proprie deoꝝ ſunt: ut Iouis cœna. Vir. viii. Hæc ubi dicta dapes iubet & ſublata reponi pocula. Ser.

Dapſi apud antiquos dicebatur res diuia:quæ
ſiebat:aut hiberna ſæmenti:aut uerna:quod
uocabulũ ex græco dicitur:apud quos id ge
nus epularum dicitur Δαισ. Itaq; & dapſa-
tiæ ſe acceptos dicebant antiqui: ſignifican-
tes magnifice & dapatiũ negocium amplũ
& magnificum.Fe.

Dapſile.Pompo.in ruſtico. Quod nunc uis ſi
eri ueſtræ ſume dapſile & dilucide. No.

Dapes uel deorũ uel noſtrorũ in ſacris epulæ
ſunt cibi miniſterio hominum: & in noſtro
rum uſum comparati.Epulum publicũ con
uiuium in honorem deo℞: aut in oſtẽtatio-
nem magnificentiæ:aut in funere quod pa-
rentare dicitur & parẽtalia : quod parẽtibus
iuxta celebrentur.Lau.

Dapſiliter ſuos amicos alit.Neuius.Ser.

Daphnes amycles fuit filia: quam ne per uim
apollo ſtupraret Iuppiter in lau℞ arborẽ cõ
uertit:ut ſcribit Parthenius.

Daphne adonis:ut Aphthonus ſcribit:filia:ut
noſtri aiunt Penei: ut Parthenius in uolumi
ne:quod de amantibus compoſitũ eſt Amy
cles filia fuit : ſed ne per uim deus ſtupraret
Iuppiter in laurum conuertit:quæ arbor ic-
circo apollini grata eſſe exiſtimatur: quoniã
ut ſcribit Plinius:in parnaſo monte ſpecta-
tiſſime ueniãt:unde Apollo daphnites apud
Syracuſanos colebatur : ut Euſebius refert:
daphne oppidũ ſyriæ:ut refert Strabo:daph
nem præterea amauit Leucippus œnomai
filius:ut ſcribit Pauſanias:quam quo ĩ habi-
tu muliebri incognita ĩ uenatione ſequeret̃
proditus eſt ſexu ad ladonem: dũ lauaret̃: &
necatus a uirginibus.

Daphnis laurus : Mercurii filius formoſiſſi-
mus ſecundum Ser.Diodorus autem mõtes
dicit ĩ Sicilia ærios fructibus & aquis:& om
ni re uberes:ubi in fame aliquando carthagi
nenſis exercitus nutritus eſt: ubi ex nympha
daphnidem natum dicũt: & a copia laurorũ
ita dictum:& multa poſſedit armenta:& in-
uenit carmen bucolicum:& ipſe a cura boũ
bucolicus dictus eſt: & ſæpe oblectauit dia-
nam:qui ſecũdum Theo.amore periit: & ad
eum dii cõfluebãt:ut ad gallum apud.Virg.

Dare exhibere.M.T.de ſignis Pom.eſt cum fi
lio:qui fuit in tyndaritino cœnã iſti dabat a
pud uillam.Ter.in heau.Nanq; ei unã cœnã
atq; eius comitibus dedi.No.

Dare facere. Vir.æneı.li.i. Tu das epulis accũ-
bere diuum.& lib.iii.Immotamq; coli dedit
& contemnere uentos. No.

Dare aſcribere.M. T.ĩ uer. Ego etiam quæ tu
ſine uerre commiſiſti uerri crimini daturus
ſum.Nonius.

Dare pro inducere. Vir.Magnam dabit ille ru
inam arboribus.Ter.in eunu. Dabit hic pu-
gnam aliquam denuo.Do.

Dare fabulã dicimus:ut dare prandium:& ad-
dit a datiuo deſcendit:& dari dicitur cum a-
gitur:ſtare cum placet.Ter.in ecy.Hæ cũ da
ta eſt noua. Do.

Dare & dedere differunt. Dare enim eſt quod
repetas:dedere ad ꝑpetuum: & damus etiam
amicis:dedimus tantum hoſtibus. Ter.in pi
ſtrinum dedam.Dedere plus eſt q̃ cõſentire:
quẽadmodum in hoſtium poteſtatẽ hoſtes
ſe dedunt.Teren.in an. His ſeſe dedere eorũ
obſequi ſtudiis dedere: ergo pertinacibus eo
rum ſtudiis cõmodior.f.eorum obſequi ſtu-
diis.Dona.

Dare uerba decipere eſt eum qui cum rem ex-
pectet nihil inuenit præter uerba.Ter.in eu.
Et nihil ſe dediſſe uerborum. Idem & ĩ and.
Cui uerba dare difficile eſt. Do.

Dare oſtendere.Lucil.libro.xvii. Animoq; æ-
grotat uidimus corpore hoc ſignũ dare.No.

Daruentius fluuius: qui naſcitur ex uno duo-
rum fontium quos habet lacus quidem in-
gens ſupra medualiorum loca nonnulla ad-
modum concaua:& per confragoſa loca ſeſe
in rhodanũ præcipitat:alia ex parte qua du-
rias fluit.Strabo.

Dares daren & dareta dixit Vir.Pri.

Dardanus Iouis ex Electra filius: uxore deĩde
corithi:ut dictum eſt:ex quo Iaſium peperit
quem dardanus poſt patris mortẽ de regno
diſſentiens interemit.Inde ira populi nauiga
uit in ſamothraciam: inde in Troiam.

Daridæus rex perſarum tẽpore Thyberii Caii
& Claudii ſecundum Philoſtratum.

Darius filius hyſtaſpis: qui Smerdum fratrem
patizitis mari Regis perſarum occupatorẽ ĩ
teremit.Hero.de quo Iuſtinus nomina con-
iuratorum apud Hero.Otanes in taphernes
Sobrias Magabyzus aſpiticus: Hidarnes re-
gnauit Darius.xxxvi.an. cui ſucceſſit Xerſes
ex Atoſa filia Cyri.

Daſtilus Gygis pater.hero.primo.

Daſilos poſt rhyndacem in Aſia: & quam Co-
lophonii collocauere miſrella duo ſunt: ĩde
modici ſinus:alter ſine nomine Chion am-
plectitur phrygiæ haud longe iacẽtis oppor
tuniſſimum emporium:alter olbianes in ꝓ
montorio fert: Neptũnum Fanum ĩ gremio
aſtacon a megarenſibus conditam: deĩde pri
ores terræ iterum iacent: exituriq; in pontũ
pelagi canalis anguſtior.

Daſi dare.Feſtus.

Datatim ideſt inuicem dando.Plautus in cur-
culione. Tum iſti qui ludunt ſerui ſcurrarũ
datatim in uia.Afranius ĩ homine. Datatim
uxorem ut ludas.Pompo.in adel.Quod ille

dicit cum datatim in lecto luxi tecũ.Neuius in exordio.In molis non ludunt raptim pilo datatim morſo.No.
Datiuus pro accuſatiuo. Titin.ĩ auito.ubi am bitioni uirtutem uideas antecedere.Terẽ.in andria.Interea mulier quædam ab hinc triẽ nium ex andro commigrauit huic uiciniæ. Var.de uita pa.libro quarto.Tanta porro in uaſit cupiditas bonorum plæriſq;:ut uel cæ lum ruere magno magiſtratum adipiſcatur oportet.Nonius.
Datum fato decretoq; conceſſum.Virg. Non dabitur regnis eſto prohibere latinos. Ter.ĩ eunu.Eſt iſtud datum ꝑfecto: ut grata ſint quæ facio omnia.Do.
Dares dux Darii apud Marathonã uictus He rodo.vi.
Dauriſes dux darii in cariis occiſus.
Daunia apulia appellatur a dauno illyricæ gẽ tis claro uiro:qui eam propter domeſticã ſe ditionem excedens a patria occupauit.Fe.
Dauni habent infernum amnem claterniã lu crinum theanum oppida:montemq; garga num ſinus eſt cõtinuo appulo littore incin ctus nomine Vrias modicus ſpatio plæraq; aſper acceſſu extra Simponium:uel ut Graii dixere ſipillum & flumen: quod camiſiũ at tingens aufidũ appellãt poſt Barium & gna tia:& Ennio ciue nobiles rudiæ.
Dauni pridem:nunc autem uocantur appuli.
Dauos ſeruos coruos:nõ dauus ſeruus coruus recte ſcribendum eſſet:quia nulla uocalis ge minata unam ſyllabam facit:ſed quia ambi guitas uitanda eſt nomĩatiui ſingularis & ac cuſatiui pluralis: nec etiã pro hac regula di gamma utimur & ſcribimus dauus coruus ſeruus.Do.
Deactio peractio.Feſtus.
De pro ab.Luci.Solus iam uim declaraſſe uul caniam.Nonius.
Drauci mentulati:quos Sylla optat ad opus.
Deamare uæhementer amare.Afra.ĩ uopiſco. Voluptatem capio maximã cruciari te tua culpa qui det:& ille illa peſſima quã deamas promere.No.
Dearturare eſt quaſi per artus incidere. Plau.ĩ captiuis.Tum igitur ego denuncinatus dear tuatus ſum miſer.Idem in eadem.Deartuaſti delaceraſti atq; opus confeciſti.No.
Deambulatorium locum ſignificat ubi deam bulamus.Lau.
Debellare eſt bello uincere uel capere. Expu gnare eſt pugnando capere: uel oppugnãdo uincere:ut Liuius.Vna duas naues expugna uit:cœpitq;.Sed debellamus potius homĩes unde bellatiuum eſſe dicimus.i.bello certa tum.Expugnamus autem opera moleſq; ut caſtra urbes naues.Lau.
Debitor intelligitur is quo inuite exigi pecu nia poteſt.Vl.de uer.ſigni.
Debuit uerbum omni oratione actionẽ com præhendere intelligitur:ſiue ciuilis:ſiue ho noraria:ſiue fideicõmiſſi ſit perſecutio. Vlp. de decurionibus.
Debibo debibis.En.libro octauo.Debibo ho mo.No.
Debiliter debilitate.Pa.Miſeret lachrymis lin gua debiliter ſtudet. No.
Deblacterare eſt ſtulte loqui:Nam ſtultos ap pellant græci βλάκας.Feſtus.
Deblacterare eſt obloqui confingere. Luci.li. xx.Deblacterant plenus bonus ruſticus con cinit una.No.
Decalicatum calce litum. Fe.
Decermina dicuntur quæ decerpunť purgan di cauſa.Feſtus.
Decernere eſt conſtituere definire. Mar.Tul. de offi.libro primo. Quare expectanda qui dem magna eſt decernendi ratio:q̃ decertan di fortitudo. Virgilius libro quarto. Decre uitque mori.Terentius in andria.Quicquid peperiſſet decreuerunt tollere.Plautus in aſi naria.Eos me decretum eſt perſequi mores. Varro in eumenidi.Forenſes decernunt exi ſtimatio nomen cum inſanorum numerum refert.No.
Decernere eſt dicere.Plau.ĩ amphi. uter ſit nõ quit Amphitrio decernere.No.
Decernere certare. Virgilius libro undecimo. Ipſum armis ipſumque iubent decernere fer ro.Idem geor.libro tertio.Cornibus inter ſe ſubigit decernere amantes.Mar.Tul.philip. libr.tertio. Quẽ ne ſeruiam animis armiſq; decernere.No.
Decernere eſt de magnis rebus certam profer re ſentẽtiam:unde & ſenatus decretum.Ter. in andria. Quicquid peperiſſet decreuerunt tollere.Donatus.
Decemuiri qui athenas ꝑfecti leges.xii.tabu larum conſtituerunt:contra quos nemini ꝓ uocare licebat ob inſolẽtiam pulſi: cum oĩa pene magiſtratuũ munera obiſſent.
Decuriæ iudicium ex equeſtri ordĩe eligebãť.
Declamare eſt ficte orare ad exercitationes ſe accõmodare oratorias poemata qualia ſcrip ſerunt Laberius publius. Ardelio nomẽ ſtu dii:& nõ doctrinæ ab ardendo.i.feſtinando ardeliones ad omnia feſtiui & curioſi:ſed ut dixi:nouitate nominis iocať Martialis.
Decoquere ſi abſolute dicatur ẽ fugere ob æs alienũ:ſi cum accuſatiuo ſignificat penitus conſumere tractum a rebus quæ adſumun tur coctione.
Decempeda quam architecti perticam appel

lant.Ci.in ora.pro Milone.Cum architectis & decempedis lineis qui fit ab ortu ſolis ad occaſum. Alter uillas multorum ortoſq́ pagitabat.Ser.
Decet quærere in uerbo conducit.
Declamator eſt qui ſtudet apud rhetorem ī cōuentuq́ ſcholaſticorum fictam cauſam orare: ut ī ueris poſtea cauſis poſſit orare. Ipſe quoque rhetor id agens declamator uocať. Orator eſt qui cauſas orat:uel in iudiciis:uel ī cōcionibus:qui græce dicitur ρήτωρ.i.rhetor Nos tamen rhetorē profeſſorem rhetoricæ uocamus:non oratorem.L.
Declaro frequentius ad facta pertinet q̄ ad dicta.Cicero declarauit id modo temeritas.C. Cæſaris:qui omnia iura diuina & humana ꝑuertit iterdum in dictis:ut idem ad Ligariū: Facere non potui quin tibi & ſententiam & uoluntatem declararem meam.aliquando ꝓ ſignifico:ut idem in libro primo de finibus: nullum uerbum eſt quod idem declaret lati ne:quod græce ἡδονή: quam uoluptas declaret:ideſt ſignificet uel oſtendat uel īdicet. Laurentius.
Decurio eſt belli & nomen domi quoddā præpoſituræ turmæ ſignificat: ut Suetonius ſaturius decurio cubiculariorū: a quo differt decurio municipalis: ut Pli.iunior epiſto .i. Eſſe autem tricentum milium nūmum cenſum ſatis indicant:quod apud nos decuriones.Igitur ut te non decurione ſolum:uerū etiam equite romano perfruamur:offero tibi ad implendas equitis Romani facultates trecenta milia nummum.Decuriones quod initio cum coloniæ deducerētur decima deductorum conſilii publici gratia cōſcribi ſolita ſit. Decurio ergo ē maior equite. Eques centurione.Centurio decarcho ex ſtipendiorum magnitudine. Decurionem ergo rectius appellabimus:quem hodie plæriq́ equitē appellant. Eſt etiam Romanus decurio qui præeſt decem equitibus Romanis qui præſtant cæteris decurionibus.L.
Decens ſubſtantiuū neutrum eſt:ſicut contingens:antecedens:conſequens:conueniens:accidens:continens:præſens:conſonans ꝓ littera non uocali. Lau.
Decus eſt illa ut ſic dixerim:honorificentia ex bene geſtis rebus: Vnde decora militiæ honores:laudes:honeſtamēta militi in bello cōparata:cuius contrarium eſt dedecus prope ignominia quædam: aut ignominiæ genus: & infamis turpitudo:unde dedecoro turpifico tranſfertur & ad animum:ut Quinti. Satis dedecoris atq; flagitii caſtra ceperunt.Decor eſt pulchritudo quædam ex decentia rerum perſonarum: quæ in locis tēporibuſq́ ſiue in agendo:ſiue in loquēdo dicitur:& de uirtutibus:decorum eſt q̄ hominibus & cōmuni opīoni honeſtū pulchrū probabileq́ uidetur. Vnde decoro media longa. nam decoro media breui a decus uenit.Lau.
Decedo & migro: ſic diſcedo & recedo differunt:q̄ migrare eſt domiciliū mutare habitandiq́ locum relicto priore:cui ſimilia ſūt: emigrare:demigrare. Remigrare autem eſt ī priſtinum reuerti domicilium.Tranſmigrare eſt in longinquioris loci domicilium mutare.Immigrare eſt in domum aliquam habitandi gratia ire. Inde dicimus migrare e uita ideſt mori:ut Cice.Anteq̄ ex hac uita migro ſed nunq̄ ſine appoſito. Decedere uero eſt a mādato cuſtodiæ ſuæ loco recedere:ut conſules de prouincia dicunť diſcedere:ut præſidia de urbibus. dicitur etiam deceſſit ꝓ defunctus eſt: ut ſubintelligatur uita tanq̄ de cuſtodia.Excedo ablatiuum uita ſemper deſiderat:ut in Antonium exceſſit e uita.
Decuriones quos ſedibus ciuitatis ad quā ptinent relictis in alia loca tranſmigraſſe ꝓbať præſes prouinciæ in patrium ſolum reuocare & muneribus congruentibus fungi curēt Pomp.de uer.ſig.
Decuriones quidam dictos aiunt: ex eo quod initio cū coloniæ deducenť: decima pars eorum qui deducerēť cōſilii publici gratia ſcribere ſoliti ſunt.Pompo.de uer.ſigni.
Decreta generalia ſunt præcepta ſpiritualia.
Decretorium Plinius lib.xvii.circa uirgilias q̄dem pluere inimiciſſimum uiti & oleæ:quoniam tunc coitus eſt earū:hoc eſt illud quatriduū oleis decretoriū. Item.xviii.res ſinūt uitium agitur uuis ſydere illo caniculam appellamus in eodem.Item aquila ſignum exoritur ueſperi decretorio die florētibus oleis.
Decuſſis hoc eſt libratis ut etiam ad.c.cētuſſis Perſius.Et centū græcos uno cētuſſe liceret Decuſſis a decē & aſſe deduci poteſt:ut centuſſis:& tum ſignificat decem aſſes: ut centuſſis centum aſſes.Sin autem a decutio: unde decuſſo:ut Cicero in libro de uniuerſitate decuſſauit:tum datiuus uel ablatiuus erit ut ſit decuſſus ſa decuſſum nominatiuus.
Decocta uina quæ expreſſa liquata bibebanť
Decollo decollaui apud ueteres decipio ſignat ut apud Plau.una eſt quæ decollatur.Itē Lucilius.xii. Quibus fructibus me decollaui: quæ ſignificatio apud Feneſtellam aliter inuenitur in libro epitomatum.ii. quēadmodum Cæſar a piratis raptus ſit:ut qui eos poſtea cepit & decollauerit: Veteres autem ſecuri cæſos dicebant.Diomedes.
Decor indecor indecoris.Virgilius in decimo Non autem indecorem tua te regina relinqt

ldem i.xii.Nec genus indecoris ſine me hæc
audit mollia facta.Inuenitur tamen etiã ſim
plex decor decoris penultima correpta apud
uetuſtiſſimos quãdo pro decorus decora de
corum accipitur.Neuius in car.belli pu.Ma
gnamq; domum decoremq; dicens uexerat.
aliter enim Iambus ſtare non poteſt. Salu.in
tertio. Equis & armis decoribus cultus. In
eodẽ. Dedecores militiq; terga ab hoſtibus
cædebantur.Quæ ab eo deriuata uel cõpo-
ſita quod eſt decus decoris: illius declinatio
nem non ſeruant.Pri.
Decempeda.Hora.ii.car.Nulla decẽpedis me-
tata:a græco Δεκαποδα eſt regula decẽ pe
dum:ad quam ſub artificibus fabricæ men-
ſuram colligimus.Acron.
Decimanus appellaẽ limes qui fit ab ortu ſo-
lis ad occaſum.alter ex tranſuerſo circus ap-
pellatur cardo.
Decima quæque ueteres diis ſuis offerebant.
Feſtus.
Decidua quæ cadunt:ut occidua quæ occidũt
Laberius in altum non ubi caput a foliis de-
cidua folia pandit.No.
Decores decuriones.Fe.
Decollare ex collo deponere.Neuius Notoni-
cas Ioui habes uide tibi tradi:in tuo collo ẽ:
decolles caue.No.
Decoquere eſt decedere bonis. Tul.philip.ſe-
cundo. Tenes ne memoriæ prætextatum te
decoxiſſe.
Decumana oua dicuntur & decumani fluctus
quia ſunt magna: nam & ouum decimũ ma
ius naſciẽ:& fluctus decimus fieri maius di-
citur.Feſtus.
Decuriones appellãẽ qui denis equitibus præ
ſunt.Feſtus.
Deculcarunt ualde occuparunt.F.
Decuriones & centuriones a numero cui mili
tia præerant dicebantur.No.
Decuriones primi ſingularum decuriarũ: de-
curiones dicti ab eo quod i ſingulis turmis.
Sunt etiam nunc termones:hi primoque mi
niſtros ſibi adoptabant. Octones uocari cœ
pti:quos nunc propter ambitionem tribuni
faciunt.Varro.
Decurias falcus decurias dici pro eo loco & ꝓ
iure & pro hominibus.A.G.
Decuſſis a decem aſſibus.Varro.
Decumanũ frumentũ dabat Sicilia hoc quod
ab oratoribus exigebatur.Aſco.
Decumani publicani uocantur.Aſco.
Decumatos probauere omnes.Qu.Au.Sima-
ci iudicium:quo & decumanos elegit ſoda-
les:atque his ita conſtitutis primum a præ-
textato ſimul:deinde a ſe deſcendẽtes domũ
quiſq; ſuam regreſſi ſunt.Macro.
Decrepitus eſt deſperatus:a creperã animali ui
ta:ut crepuſculum extremum diei tempus:
ſiue decrepitus dictus:quia propter ſenectu-
tem:nec mouere ſe:nec ullum facere poteſt
crepitum. Fe.
Decrepiti dicti ſunt quorum crepitu & plan-
gore familiæ funera:ideo conclamata fuerit
Terentius in eunu.Mirum ni ego me turpi-
ter hodie hic dabo cum meo decrepito hoc
eunucho: & decrepiti dicti ſunt clamoſi ſe-
ſenes.Do.
Decreta. Herodotus homo fabulator i primo
hiſto.inuentum eſſe ſub terra ſcripſit Oreſti
corpus cubita longitudinis habens.vii. quæ
faciunt.xii.& quadrantem: niſi ſi ut Home.
opinatus eſt uaſtiora prolyxioraque corpo-
ra hominum antiquorum:etiam nunc quaſi
mundo ſeneſcente rerum atque hominum
decreta ſunt.A.G.
Dædala indiæ ſilueſtris ac montuoſæ regio o-
lim nominabatur.
Dædala circe dixit Virgil.quia Lucre. dixerat
dædala tellus.
Dædalam a uarietate reꝝ artificioꝝq; dictam
eſſe apud Lucretium terram: apud Ennium
Mineruam:apud Virgil.Circen facile eſt in-
telligere:cum græci uariare ſignificent Δαι
Δαλεῖν.Feſtus.
Dedecorare & turpare differunt. dedecoratur
enim quod honeſtum eſt: & turpatur quod
honeſtum & corporale.Ter.in eu. Quæ me
& te familiam dedecoras.Do.
Dedicare eſt proprie dicendo deferre. Feſtus
Pompe.
Dedicare eſt dicare.Actius in alpheſiboea. At
uereor cum te eſſe alcmeonem fratrem fra-
tris dedicat.Cecil.annalium libro primo.Le
gati quo miſſi ſunt ueniunt dedicant man-
data.Nonius.
Dedita intelligitur ualde data.Fe.
Deductum dicitur molle & ſuaue. Virgilius i
buc.Paſcere oportet oues: deductum dicere
carmen. No.
Deductum delectatione ductum.Virgilius in
buccolicis. Carmina uel cælo poſſunt dedu
cere lunam. Lucilius libro.xxvi. Illuc oculi
deducũt ipſi atque animum ſpes illuc rapit.
Nonius.
Deductum diminutum ſuppreſſum. Lucil.
lib.xxx.Deductat hunc uoce curſu ipſa ueni
re non uis hunc.No.
Deducere eſt e domo in forum comitari. Re-
ducere e foro domum.
Deductum carmen. Virgilius in buc. Paſcere
oportet oues:deductum dicere carmen. de-
ductum pro tenui & ſubtili: eleganter poſi-
tum eſt.Sic autẽ & Afranius in uirgine. Ver-

bis pauculis reſpondit triſtis uoce deducta malle ſe nō quieſſe dixit apud Cornificium deducta mihi uoce garrienti:ſed hæc ab illo fluxerunt:quæ Pomponius in athelana:quæ Kalendæ martiæ iſcribitur ait uocem deducens oportet ut mulieris uideatur uerba:iube modo afferatur unus. Ego uocē reddam tenuem & tinnulam.& infra:& nūc iam uocem deductam.

Deducere uocare.M.T.de rep.li.primo.Quare ſi placet deducere orationem tuam de cælo ad hæc exteriora.No.

Deducere trahere mouere.Siſen.hiſto.lib.iiii. Ab armis te recedere præſidia de locis deducere.Nonius.

Deducere deprauare tranſuertere a recto Marcus Tullius in hortenſio.Habet enim ipſa incertā ac definitam uitam:& ex eo multis uitiis & erroribus deprauata deducitur.Virgilius georg.libro primo.Riuos deducere nulla religio uetuit.Nonius.

Deductio nequa deductio fieret modo in hac oratione Tullii diſpendium ſignificat: alias deductio eſt etiam iuſta.Aſco.ped.

Deduco ſicco.Vir.Riuos deducere nulla religio uetuit.Ser.

Dediticius qui ex numero eorum eſt:qui ſe in alterius imperium dediderunt.Lau.

Deduco quære in uerbo affectari.

Dedoceo quære in diſco.Lau.

Dediſſe intelligendum eſt etiam is qui permutauit:uel compenſauit.Pau.de uer.ſig.

Deferre abducere.Virgilius in ſexto. Defer in Italiam.No.

Deferre eſt afferre.Vir.æne.li.iiii.Celeris mandata per auras detulit.No.

Defruti duo genera erant uini cocti:quoniam multum coquebatur ad tertiam partem dicebatur epſema a latinis ſapa: alio uerbo ſyrum quando excoquebatur ad dimidiā partem dicebatur defrutum. Martialis utriuſq; fecit mentionem:cum ait lagena ſyrū & ſyrei & defruti.

Defendimus ſoles arcemus ſolares æſtus:nam defendo amicum:cum tueor eū defendo aduerſarium cum propulſo.

Deiugare in uerbo deintegrare.

Deiungere ibidem.

Defrutum ſi ex duabus partibus ad tertiā redegerant a deferuefaciendo paſſum nominabant:ſi in uidemia uua diutius coctam legerent:eamq; paſſi eſſent in ſole aduri liquorē qui ex ea exprimebat ſapa: quod poſtea mellitum dictum eſt muſtum: cum muſtum ad medium partem decoxerant: paſſum murinam Plautus appellat:quidam muriatam: alii murrolam:græci nectar nominarunt.

Deferre celatum prodere. Lucil.li.xxvi.q̄propter certum eſt facere contra hæc perſequi: & nomen deferre hominis.No.

Defecta omnia pura & inturbata: & ſine ſordibus poſſumus dicere:& uinum ſine fæcibus Plau.in aul. Nunc defæcato demum animo egredior domo.No.

Defendo quod ait Quin.Cla.Quadrigarius a pœnis hoſtibus defendebant: facillime animaduertendum eſt uſum eſſe eum uerbo defendebant:non ex uulgari conſuetudine:ſed admodum proprie & latine. nam defendere & offendere inter ſeſe aduerſa ſunt:quorum alterum ſignificat ἐμποδὼν ἔχειν:ideſt in currere in aliquid:alterum ἐκποδὼν ποιεῖν.i. auertere depellere:quod in hoc loco Quin. Clau.dicit.A.G.

Defendere uindicare depellere.Vir.in buc.Solſticium pecori defendite.No.

Defendere tueri depellere. En. in achil. Serua ciues defende hoſtes cum poteris defendere Nonius.

Deficit deſerit: unde & qui deſerūt exercitum ad hoſtes tranſeuntes defectores uocantur. Virgilius in geor. Noctis lentus non deficit humor.Ser.

Defeſſum quære in uerbo laſſum.Lau.

Defatigatus quære in uerbo laſſum.Lau.

Defectus non participium:ſed actiuam habet ſignificationem:eſt enim qui deficit:ut Martialis.Dulcia defecta modulatur carmina lingua:Cantator cygnus funeris ipſe ſui.

Defende me domine:tace imperite: per nominatiuum non recte dicetur.Item tace tu homo imperitus:nunc recte loquimur: ſubintelligitur enim ens.Idem fit i nominibus p̄pnis addito pronomine tu in uocatiuis caſibus:ut aue Cæſar ſummus Imperator. Etiā per indicatiuum:ut quo tendis ænea extremus troianorum?quid facis tu ſerui? non recte dicit:neq; quid facis dominus meus niſi dixeris quid ſedes dominus inter ſeruos:ſub intelligitur enim ens.Lau.

Defenſorius accuſatorius:petitorius:fideiuſſorius:inſtitutorius: exercitorius: tributorius: actionem hæc ſignificant.

Defendere eſt id facere quod dominus in litē faceret:& caueret idoneæ. Vl.de procu.

Defendere eſt eandem uicem quā reus ſubire. Vlp.eo.ti.

Deficere dicuntur qui ab his quorum ſub imperio ſunt deſiſtunt:& i hoſtium numerū ſe conferunt:ſed & hi quos ſenatus hoſtes iudicauit:uel relegati uſqueadeo ut ciuitatem amittant.Pau.de capi.di.

Deficio quando pro relinquo accipitur habet paſſiuum pro deficiſcor: neutrum eſt enim

Iuuenalis:ſic matho deficit.Pri.
Deficio autem loco paſſiui deficio facit:nihilominus eſt nihil defit: cum paſſiuā unm habeat defio facit.Pri.
Defio.Vir.in buc.Lac mihi non æſtate nouū: nec frigore defit.Priſ.
Deformicatū a formicis ſuccisum:quibus cōfoueri erat ſolitum.Fe.
Defūctū dicimus cōſuetudie mortuū. Vir.li.vi.Defūctaq; corpora uita.No.Mar.
Defunctū finitū. Ter.i adel. Si modo defūctū ideſt finitū:ne peiora cōmittat.Do.
Defunctus iam ſum:ideſt omni labore liberatus ſum:auctoritate iam confirmata & iuiolabili.Donatus.
Defungi deſinere.Te.i phor.Quod ego æquo aīo miſera in hac re iam defungier.Do.
Defungor liberor & cōpellor. Vir.lib.vi.O tādem magnis pelagi defuncte periclis:& functos officia dicimus:quia officia debita compleuerunt.Ser.
Defloccare ē atterere tractum a ueſtibus ſine flocco.Plau.in caſſina. Periit flocco habebit iam illic lumbos meos.No.
Defraudare ſignificat fructum diminuere:uel per fraudem aliquid exquirere.Terē.i phor. Suum defraudans genium comparſit miſer.Plau.i ali. Ten ego defraudem cui ipſi nihil eſt in manu niſi quod tu porro uxorē defraudaueris.No.
Deferratio genus ſacrificii inter uirum & uxorem diſſolutio dicta deferratio:qa fiebat farreo libo adhibito.Fe.
Defrutum ſi ex duabus partibus ad tertiā redigitur:a deferuefaciendo dictum.
Defrenſam detritam atq; detenſam.Fe.
Defluxit ad terram deſcēdit. Furius in primo Ille graui ſubito deuinctus uulnere habenas Miſit equi lapſuſq; humum defluxit:imitatus Vir.dixit. Quam tota cohors imitata relictis ad terram fluxit equis.
Defrui dicebāt antiq:ut deamare deperire ſignificātes oēm fructū pcipere. Feſtus Pom.
Degere antiqui poſuerūt pro expectare.F.
Degere eſt agere.Lucil.li.ii.Degimus hoc æui quodcūq; eſt.Fe.
Degere eſt minuere.Plau.i aul. Nunc ego iſtū ſoror laborē degā & diminuā tibi.No.
Degere eſt detrahere.Plau.in epi. Degitur corium de tergo meo.No.
Degener qui ſuo℞ maio℞ moribus nō reſpōdet.Vir.Pomaq; degenerāt ſuccos oblita priores. Et degeneremq; neoptolomū narrare memēto.Ser.
Degulaſſe eſt gulæ dediſſe.Afra. i bruto.Imo iādūdū occubuiſſe degulaſſe oportuit.
Degimere deguſtare.Fe.
Deiicere eludere.M.T.ad iuniorem Cæſarem li.ii. Adeſt alba neſcio quam cū reſtitui iuſſiſſet anthone cum hero delectatam eſſe ex ſcripto.No.
Deiicere dicitur mittere.Virgilius libro octauo.Toto genitos quæ plurima cælo deiicit in terras.Lucilius libr.xxvii. has & feneſtras in caput deiiciunt:q ꝑpe ad hoſtiū aſpiraue rant.No.
Deiicere præcipitare.M.T.in uer.acti.ſecūda. Si me ædilitate deieciſſet.Lucili.li.xxix.Detruſus tota in deiecta Italia.N.
Deiphobus ita & græce Δηιφοβοσ: Priami filius ex Hecuba qui poſt morté paridis Helenam duxit.Tor.
Deiphobe nympha filia Glauci: & eadem Sibylla.Virgi.
Deiphyle Adraſti filia:Tydei uxor: Diomedis mater.
Deiphylus Stheneli filii Capanei filius.
Deipyrus unus e prīcipibus iuuētutis græciæ
Depites troianus quem Vlyſſes interemit.
Deiopeia græce Δηιοπεια penultīa diphthōgus:quā aliqdo nos diuidimus nympha.
Deioce Phraorce filius Medo℞ rex.
Deiicere auertere.M.T.i phil.nec uero uſquā a repub.deiiciebam oculos.N.
Deinceps quod deinde cœpit:ut princeps qui primum cœpit.F.
Deincipē antiq:dicebāt proxime queq; captū ut princīpē primūque captum.Fe.
Deinde compoſitū eſt ex præpoſitione & loci ſignificatione:ut exinde:ꝑinde:ſubīde: quæ itē tēpus ſignificant.Fe.
Deinſup.Salu.primo hiſt.Sertorius fortis turba morantibus: & nullo ut in terrore ſolet generis aut imperii diſcrimine per calonum ad corpora ad mediū quaſi deinſup aſtātiū manibus in murum attollitur.No.
Deintegrare diminuere deiugare deiungere ſeparare diſſonare denaſci decreſcere.Ceci.Nomen uirginis nihil mi℞ deintegrauit.Pacu.i chryſe. Perq; noſtrā ægregiā uanitatē q̄ memoria deiugat.Caſſius Emina.li.anna.ii.per quæ nata ſunt:ea oīa denaſci aiunt.No.
Delanicare eſt diſcindere & quaſi lanā trahere.Vnde lanocinia:& lanius dicit̄ qui pecus diſcindit.Fe.
Delapidata lapide ſtrata. Fe.
Delectare illicere attrahere.Enn.in thyeſte:& me Apollo ipſe delectat delphicus.Quadrigarius annali.libr.iii. Fabius de nocte cœpit hoſtibus caſtrum ſimulare oppugnare eum hoſtē delectare: dū collega id caperet quod captabat.No.
Delectio Lucil.libr.xxix.Delectione noſtri ad unum exercitus.No.

Delegata dicebant diis cōſecrata: qui nunc de dicata:unde adhuc manet delicatus quaſi lu xui dicatus.Feſtus.

Delegare ueteres diſcedere poſuerunt: uel diſ partire.Plau.in amphi. Cui fautores delegatos uiderint.No.

Deleuit delegauit.Titin.in prælio: uerū enim dotibus deleuit ultro etiam uxoribus ancillantur.No.

Deletile non quod deleatur: ſed quod deleat. Varro in modio. Si diſplicebit tibi tam latū mare partis quācunque ſpongiam deletilem Nonius.

Delibare aquam ſulco deriuare.Fe.

Delibutus unctus dicitur.Teren.in phor.Si te delibutum gaudio reddo.Do.

Deliberare a libella qua quod perpenditur dictum.Fe.

Deliberare eſt dubitare.Ter.in phor.Ego amplius deliberandum cenſeo.No.

Deliberare uide ſupra in cogitare.No.

Deliberare expletum uel definitum.Turpi.in philopatro. Certum ac deliberatū eſt me illi obſequi.No.

Deliberatum decorticatum uel deartuatum p artus diſciſſum.Vir.geor.li.ii.Vdoq; docent inoleſcere libro.No.

Deliqua explana indica.Actius ĩ achille.Quare alia ex crimine inimicorum effugere poſſis deliqua.Cecil.in plodio.Ita me imo uero hoc ante ſolitus ſum res deliquat. Titin.lib.v.Quid iſtac eſt:aut iſtic uult ſermo mater deliqua.No.

Deliquare ponebant pro deducere.Fe.

Delicia.Plau.linguæ latinæ de us delicia dixit pro deliciis.Mea iquit uoluptas:mea delicia. Aulus.G.

Deliciam numero ſingulari:quod aut rarū eſt aut ſingulare. Plaut.Mea uoluptas mea delicia.Item ĩ bacchidibus. Meus iuſtus eſt mea delicia.No.

Delicia eſt genus tigni: quod a culmine ad tegulas angulares infirmas uerſus faſtigiatum collocatur:unde tectum deliciatum:& tegulæ deliciares.Fe.

Delicere eſt illicere.Titin.lib.v.ꝙ ea paraſitus habeat qui illum ſciat delicere & noctem ſa cere poſſit de die.No.

Delinitus delectatus.M.T.ad Caſſ.li.i.Iā bienium eſt cū uirtute nunciū remiſiſti delinitus illecebris uoluptatis. Lucil.lib.xxx.præſeruit labra:delicit delinit amore. No.

Delinitus ad noſtram conſuetudinē placatus. Turpil.in demetrio. Vide mirum ingenium ac delinificam mulierem commemorat hominem lachrymis.No.

Delinitus eſt mente alienatus. Plau.in amphi. Delinitus ſum profecto:ita ut me q ſim neſciam.Lucil.libro.xxxv.Concedit homini id quod uult deliniat corrūpat prorſus ac neruos omnes.No.

Deliquium ſolis a delinquendo dictum ꝙ delinquat in curſu ſuo.Feſtus.

Deliquium apud Plau.ſignificat minus.

Delirare eſt de recto decedere. Lira autē ē foſſa recta:quæ contra agros tuendos ducitur: & in qua uligo terræ decurrat.Pompo.ĩ pro ſtibulo.Iam ne abierunt?iam ne tunduntur? iam ne ego ſum in tuto ſatis?nū quis hic reſtitit?qui nondum labores lirarit mihi .i.cōfoderit.Lucil.libro.xxvi.Quapropter deliro & cupidi officium fungor liberum. Plau.in amphi.Delirat uxor.No.

Delirare timere:deliratio ſenectuti conuenit. Timor conſcientiæ.Dona.

Deliritas pro deliratione.Laberius.Quænam mens.quæ deliritas uos ſuppolictoris facit: dum cano eugio uelitari.No.

Delos inſula:require in Apollo phythius.Macro de ſa.

Delubrum dicebant fuſtem delibratum: hoc eſt decorticatum: quem uenerabantur pro deo.Feſtus.

Delubrū dicitur quod uno ſimulacro ligneo delibrato:ideſt purgato cortice numen aliquod nobis refert.Ser.

Delubrū dicitur quod uno tecto plurima cōplectitur numina: quia uno tecto diluitur: ut eſt Capitolium in quo eſt Minerua: Iuppiter:Iuno. Alii dicunt delubrum eſſe locū ante templum: ubi aqua currit: a diluendo. Seruius.

Delubrum quod pontifices proprie: & qualiter hoc nomine Virgil.uſus ſit requiramus. Varro li.viii.rerum diuinarum: delubrū ait alios exiſtimare:ĩ quo præter ædē ſit ara aſſumpta deū cauſa:ut eſt ĩ circo flamineo Iouis ſtatoris.Alios in quo loco dei ſimulacrū dedicatū ſit & adiecit:ſicut locū in quo figerent cādelam candelabrū appellaꝉ:ita ĩ quo deū ponerēt appellatū delubrū. His a Varrone præſcriptis intelligere poſſumus id potiſſimum ab eo probatum ꝙ ex ſua conſuetudine in ultimo poſuit:ut a dei dedicato ſimulacro delubrum ceperit nuncupari. Vir. tamen utranque rationem executus eſt: ut enim poſtrema incipiamus:obſeruauit delubrum nomīaturus: aut propria deorum nomina:aut ea quæ diis accōmodarentur inferre. At gemini lapſu delubra ad ſumma dracones effugiunt:& ut mox ſimulacrum nominaret ſubtexuit. Sæuē quæ petūt tritonidis arcē: Sub pedibuſq; deæ clypeiq; ſub orbe teguntur.Item nos delubra deum miſeri

quibus ultimus eſſet. Ille deus. Illam uero opinionem quam Varro prædixerat non amiſit principio delubra adeunt pacemq; per aras exquirunt. Et mox. aut ante ora deū pingues ſpaciatur ad aras. Quid enim eſt ſpaciatur q̄ ſpacio lati itineris obābulat: quod adeundo ante ora oſtendit arcam aſſumptā deorum cauſa ita ſuo more: uelut aliud agendo implet arcana. Ma. de ſa.

Deluctaui pro deluctatus ſum. Plautus in trinum. Cum hiſce ærūnis deluctauit. Teren. ī ecyra. Dicitq; illi annulum dum luctat detraxiſſe. No.

Diluit ſoluit a græco διαλυειν. Fe.

Delphicus mons intra iſtriam & mentoriam eſſe fertur: cuius in culmine exiſtentes aiunt ex longinquo nauigia uenientia cernere.

Deligere eſt quod magis idoneum ad rem agēdam ē cernere: ut populus deligit Imperatorem ad bella: & imperator milites ad arma: īde electus eius: qui rei ſit maxime cōmodus ut Cicero deligere oportet quā uelis diligere. Loquitur enim de ipſa uxore. Eligere uero uel ad noſtrum emolumētū: uel ad illius qui eligitur dignitatē: ut ſi detur optio quē ſibi uellet eligeret non deligeret. Ideo fere dicitur in eodē ſenſu datur uel offertur optio: ſed non electio: & poſtulat duplicem accuſatiuum: ut populus eligit ſibi principē Octauium: & ſacerdotes eligunt ſibi pontificem. Cooptare uero dicitur inter collegas: aut fere pares: ut Cicero in bruto. A quo in collegium augurum fueram cooptatus: dicimus præterea: ago uel habeo delectum: & tūc ad multa refertur. Deligimus uero aliquādo ad unum tantum. Lauren.

Deliteſco quære in uerbo inchoatiua. L.

Delegare eſt uice ſua aliū reum dare creditori uel cui iuſſerit. Fit autē delegatio per ſtipulationem: uel per litis conteſtationem.

Delicta fiunt: aut propoſito: aut ipetu: aut caſu propoſito delinquūt latrones: qui factiones habent. Impetu autem cum per ebrietatem ad manus uel ad ferrum uenit. Caſum autem cum in uenando telum in feram immiſſum hominē interficit. Ma. de pe.

Delenificus dicitur blandiloquus. Vnde & Lucretius Comicus in nūmularia ait. Neſcio quorſum mihi ueniant tua uerba tam delenifica. Fulgent.

Delerās alera aratri dicitur deuians. Ser.

Delitus a deleo: cuius ſimplex eſt leo ī uſu nō eſt: deleui deletum: a delino delitum naſcit̄: quod probus & Caper comprobat uſus quoque. Vir. in. iiii. georg. Et paribus lita cornua guttis. Ci. in. p. epiſ. ad Caluum. Tuli moleſte quod litteræ delitæ mihi a te redditæ ſunt.

Digãma æolicum:ut in multis ſepulchris apparet:ſerjus julgus jixit romæ diis manibus ſacrũ ſecundus jixit meus.xi.dies.xx. petroma.Noe ſoror ei jixit annum mẽſes dies.xii. hic ſepulti ſunt.R.decẽber: hoc in Liuio frequenter notaui.
Digitus infamis medius qui obſcœnitatis eſt ut ait Iuuena.Qui fortunæ ipſe minaci mãdaret laqueum mediũq; oſtẽderet unguem. Sunt autem nomina digitorum hæc pollex ſalutaris: infamis:medicinalis: ultimus.
Dignitas ẽ auctoritas honeſta:digna cultu honore & uerecundia.
Dilatio dicta quaſi diei prolatio.T.in eu.Sed ĩ diem iſtunc parmeno eſt quod fortaſſe minitare.i.in longam dilationem.Do.
Dilectus militũ & is qui ſignificatur amatus a legendo dicti ſunt. Fe.
Diligere quære in uerbo amare. Lau.
Diluuies noue poſuit. Ho.li.car.Cũ oẽs auctores hoc diluuiũ poſuiſſent.Ac.
Dilutum uinum:quod mixtum eſt:imo qcqd amiſcet.Perſius.Diluis elleborũ certo cõpeſcere puncto:neſcius examen.
Diludia.i.intermiſſionem ludorum.Por.
Dilema eſt cõplexio quæ aduerſariũ ab utraq; parte cõcludit:ut eſt apud Virg.Si periturus abis & nos rape in oĩa tecum: Sin aliquã expertus poſitus ſpem ponis in armis: Hãc primum tutare domum.S.
Diligens ab legendo. Varro.
Diligere manifeſtã hẽt ſignificationẽ:utplærũque diligit diuidit.Plau.in curcu. Clypeatus elephantũ:ut machæra diligit. No.
Diligere hoc intereſt & amare:ꝙ ĩ illo remiſſa quadã beniuolẽtia. in hoc autẽ uæhemẽtior intelligiẽ Ca.Pli.in epiſ.ad Municianũ.Aderam beticis mecum.Qu.L.Albinus uir ĩ dicendo copioſus ornatus: quẽ ego cum olim mutuo diligerẽ:in hac officii ſocietate amare ardentius cœpi. Ser.
Diligere leuis amare: uidelicet habet maiorẽ uim.Ci.ad Brutum.Sic igiẽ facies in ea:ut amabis:aut quod contentus ſum diliges. & ĩ viii.Lu.Clodius tri.plæbis deſignatus ualde me diligit:uel(ut uerius dicã)ualde me amat

Idem ad Dolobellam. Quis erat qui putaret ad eum amorem quem erga te habebã poſſe aliquid accedere: tantum acceſſit ut mihi denique nunc amare uidear antea dilexiſſe. N.

Diloricare dictum eſt ſcindere. Ci. de orato. li. ii. qui in cauſa peroranda non dubitauit excitare reum conſularẽ: & eius diloricare tunicam: & iudicibus cicatricem aduerſam ſenis Imperatoris oſtendere. No.

Diminuere in uerbo deintegrare.

Dimittere permittere: in poteſtatẽ dare. M. T. de repu. li. i. Tum annui conſules cũ dimiſſi populo faſces. No.

Dimittere eſt relinquere. M. T. ad Cæſarem li. iii. quem ſibi uideres non de exercitu retinẽdo tueri: ſed eo tradito aut dimiſſo. No.

Dimittere dare. Virg. geor. Dimiſſaq; ab Ioue gentis nomina. No.

Dimittere mittere. Vir. æne. li. i. Equidem per littora certos dimittam. Do.

Dimitti exercitus dicit̃: uel pace facta: uel uexatis hoſtibus. Teren. in eu. iam dimitto exercitum. Do.

Dimidiatum eſt in partes duas diuiſum.

Dimidiatũ ergo niſi ipſum quod diuiſum eſt dici haud conuenit. Dimidium uero eſt nõ quod ipſum dimidiatũ eſt: ſed quæ ex dimidiato pars altera eſt: cum igitur partẽ dimidiam libri legiſſe uolumus dicere: aut partẽ dimidiã fabulæ audiuiſſe. Si dimidiam fabulam: aut dimidium libꝝ dicimus: peccamus Totũ enim quod deeſt dimidiatũ atq; diuiſum eſt dimidium dicis. Au.

Dimiſſum abiectum. M. T. de offi. li. iii. perſpicuum eſt enim ea quæ timido animo humili dimiſſo fiant. N.

Dimiſſum humile miſerandũ. Virg. æne. li. iii. Deiecit uultum & dimiſſa uoce profat̃. Lu. li. xxvii. nõ eſt auſus elate & ample loqui humiliter dimiſſeq;. No.

Dimẽſum ſerui quaternos modios accipiebãt imenſe frumenti: & id dimenſum dicebatur & utꝝ a menſe: uel a metiendo incertũ eſt. Ter. in phor. Quod ille unciatum uix de dimenſo ſuo ſuũ defraudãs geniũ cõparſit miſer: at illa uniuerſum arripiet. Do.

Dinales ſunt auium genus: quas ægyptii inter potandum cum coronis deuincire ſoliti ſũt quæ uolitando morſicandoq;: & cãtando aſſidue nõ patiũtur dormire potantes. Fe.

Dii patrii ſunt qui ſingulis ciuitatibus præſũt uti Minerua Athenis: Iuno carthagini. S.

Diis diutinis ac iugibus. Var. honos lyras. Sol hormoge quadam gubernans motibus diis uiget. Nonius.

Dimicare & certare.

Dimaſcus mons eſt in Mycone inſula.

Dimidia pars bonorum continetur: ſi non ſit ſpecialiter facta partis mentio. VI. de uſuf.

Dimiſſoriæ litteræ ſunt: quæ uulgo apoſtolicæ dicũtur: dimiſſoriæ autem litteræ ꝙ per eas cauſa ad eum qui appellatur dimittitur. Modeſti. de uer. ſigni.

Diminutio capitis eſt prioris ſtatus permutatio. Id multis modis fieri ſolet: uel maxima: uel media: uel minima. Boetius in commentario topicorum Ciceronis. Maxima eſt cũ libertas & ciuitas amittitur: ut deportatio. Media uero in qua ciuitas amittitur retinetur libertas: ut in latinas colonias trãſmigratio minima: cũ nec ciuitas nec libertas amittitur: ſed ſtatus prioris qualitas immutatur uelut adoptatio: aut aliis huiuſmodi modis

Dimouit eiecit remouit: ut emoti procũbunt cardine poſtes. Hor. lib. car. Ramũq; clauſit: & uaganti fere leges dimouitq;. Acron.

Diomedes promontorium in dalmatia eſt.

Diotheca diuiſio quæ fit in cubilibus ex aleis uel aliter.

Dyota eſt uinarium uaſculum. Hora. lib. i. car. Deprome: quadriuum ſabina ocaliarce merium dyota. Acron.

Dyota amphora ẽ: cuius anſæ uelut aures ſint græca appellatione dicta. Hor. i. car. Atq; benignus deprome & cæ. Por.

Diomedis templum in ſinu aquileiæ eſt. Stra.

Diomede inſulæ ſunt in ſinu aquileiæ. Stra.

Diocles proprium ſignificat Iouis gloria a Plutarcho Peparetus dictus in uita Romuli.

Diocleus idẽ ſignificat: Orſilochi filius ex phera loco omnibus neceſſariis abũdans ab Alpheo genus ducens. Ho.

Dionyſius cur patrem liberum: an quod bibẽtibus libertatis cauſa fit. Fiunt enim plæriq; ebrietate petulantiores: an quod libationem præbuit: an ſicut Alexander dicit quod pro Boetiæ libertate pugnauit: Dionyſium liberum dictum fuiſſe putandum eſt.

Dion ſyracuſanus hiparmi filius: de quo æmilius probus diues: docilis amicus Platonis alter. Tor.

Dion pruſæus orator: cui chryſoſtomo cognomen fuit. T.

Diogenes de quo La. & in epiſ. plura & quinq; fuerunt: de quo intellexit Iuue. ꝙ ſemper fleret errores hominum: neſcio fortaſſe de ſtoico de ſeleucia. T.

Diomedes Rex ætoliæ Tydei & Deiphilæ filius: qui Troia rediens cũ uxore Naupli patris palamedis hortatu Cilleboro filio Stheneli hæſiſſet: ut pudore uel non receptus in Apuliam uenit: cuius partem cũ dauno ſortitus eſt. Inde diomedæa ab ipſo dicta inſula propinqua ſepultus. Alter Rex thracum

ſeuiſſimus. In accuſatiuo ſingulari diomedem. Virg.in.xi. Vidimus diomedē argiuaq; caſtra.

Diomeda Phorbantis filia: e Leſbo ab achille abducta: & poſt Briſeida habita. T.

Diomeropus Adraſti pater & Amphii. T.

Dione nympha Oceani & tethyos filia a Ioue cōpreſſa: & Venerem peperit. aliquando pro uenere: inde dionæus. T.

Dionyſius ꝓprium nomen bacchi ab Ioue & Nyſa ꝙ fulminata matre ad antiū Nyſæ urbis inter Arabiā & ægyptū Mercurio dedit deferendū nymphis ægyptii eū ſibi uēdicāt & ſuū dicunt oſiridem: quem docuiſſe arare & plātare uites: Indi apud ſe natū dicūt. græci apud ſe: & ubi nō eſſent uites: dicūt ex ordeo potū docuiſſe exercitū in peragrādo orbe nō uiroꝝ tantū: ſed mulieꝝ duxit. Vnde bacchantes mulieres thyrſum ferunt: tēnio iunxit primus boues: unde cū cornibus fingitur habet muſas & uirgines: & ſilenū pædagogum: qui in bello plurimum profuit armis: & pardaloꝝ pellibus utebat̃ in pugna ĩ pace delicatis. Alius fuit dionyſius Siciliæ tyrannus uir clariſſimus præterquā regis cupiditate crudelis: cuius filius turpiſſimus pulſus eſt.

Dionis dictus eſt ſimili nomine educēs ius: ꝙ nos die & luce quaſi uita ipſa afficeret & iuuaret. A.

Diobolares meretrices dicūtur: quæ duobus obolis ducuntur. Fe.

Dio.i.cælo.nam ſub dio.i.ſub cælo.Cælū græci dion dicunt: & ita declinatur: hoc diū huius dii: huic dio: & hoc dium ab hoc dio: unde dialum prætorem dicit̃ ſub dio græce: latine ſub Ioue: ut Hora.manet ſub Ioue frigido uenator tenere cōiugis ĩmemor: ideo autem ſub dio.i.Ioue: quoniam Iuppiter græce declinatur ξεύσΔιοσ.

Diomedea inſula: ĩ qua diomedes eſt ſepultus excedens Italia. Fe.

Diomedis campi in Apulia appellantur ꝙ ei ĩ diuiſione regni quam cū daunio fecit ceſſerunt. Feſtus.

Dionyſius ait Orpheus uates ſolem dici ꝙ circunferat̃ in ambitū. Vnde cloātes ita cognominatū ſcribit: qa quottidiano ĩpetu ab oriente uſq; ad occaſum diē noctemq; faciēdo cæli conficit curſum phyſici: quia ſolē mundi mentē eſſe dixerunt. Ma.de ſa.

Diox genus piſcis frequens in ponto. Fe.

Diphthongus.i.geminus ſonus. nam phthongos ſonus dicitur: ideo autē geminus ſonus quia cum ſint duæ uocales duos ſonos efficiunt: quoniam ſingulæ ſumi faciunt āte us finalem e nūq̃ coit in diphthongon: in dictione latina a uero aliquando: ut laus: In græ. aliquando diphthongus Tydeus Orpheus. Omnis genitiuus & datiuus ſing. & nominatiuus & uocatiuus pluralis primæ declinationis diphthongo terminatur æ nulla in œ. æ in primis ſyllabis: in latinis non eſt ante a In græcis æas fluuius. Neq; ante. b. &. c. f. h. i k. l. p. &. o. In græcis œlus.

Aedes ab edo ſine diph. ꝙ in ea ſacrificātes ædem conſueuerunt ſecundum Var. &. S.

Aeſculus etiam ab edo.

Celatum abſconditū a celo ſine diphthongo.

Aeditui a ſacris ædibus: quas tuentur dicti.

Aeditimus uidetur ea forma dictus qua finitimus: & is dicit̃ qui ædibus præeſt: ut clauſtritimus q clauſtris ianuæ præeſt. Vide. A. G. inde editimor. Pom. in athellana q poſtq̃ tibi appareo atq; æditimor ĩ templo tuo. T.

Aedituentes pro edituos. Lucre.

Aediles. Pomponius iuriſconſultus.

Aediles duo ex plæbe conſtituti ſunt qui ædibus præeſſent: ĩ qbus omnia ſcita ſua plæbs deferebat.

Aedilitas ædilitius: ædiſco: ædificium.

Aedepol iurandi per ædem pollucis.

Aeger ab ago per antiphraſim: ꝙ actiōe uacet uel quod acrius agit.

Aegroto ægrotus.

Aegi præteritum. Aemulor ab amo: unde accipit primā uocalem. nam & amare ſignificat inuidere per antiphraſim.

Aeneus ab ære. Aeneum ab ære etiam: ſed diuiſis ſyllabis: uas eſt quo calefit aqua gelida quod Gellius per interpoſitā aſpirationem ahenia. ut Vir. emendatum fuiſſe refert.

Aequus.i.iuſtus & planus ab aqua ſecundum quoſdam ꝙ æquam ſuperficiem habere uidetur: æquo æquitas.

Aequor item ab aqua: ſed quia æquam habet ſuperficiem: ut æquora campi & ponti: & deriuata ab æquo.

Aero ras: unde ſubæro ærarium: inde tribuni ærarii a tribuendo ære.

Aeripes ab eo quod ē aer: & pes ſine diphthōgo. Tamen Vir. ſyneræſi fecit. Fixerit æripidem ceruam in. vi.

Aes ab aſſe uel auri ſimilitudine: uel ab αια: eſt terra. Aeſtas & æſtus: & hinc deriuata ab areo a quo primum a ſumunt æſculus ædo ætas & æternus ab æuum: unde ætas q̃ſi æuitas. Aeuum ab αιων.

Amœnus ab amando: amœna loca quæ ad ſe amanda alliciunt. Ser. ab a & mœnio. i. munio & fructum capio: quia tantum iocunda ſine fructu.

Bælua uel a uaſtitate: uel a ualentia: uel ab alatu a principali primam uocalem traxit.

Arcæra ab arca ploſtrum tectū undiq; lumen tum a iungendo uectabulum iunctis pecoribus. A.G.
Blæſus a blactero: imo qa græ. βλαισὸς dr.
Cæcus. i. captus oculis uel carens.
Cædo pro incido cecidi. Cedo locū do ceſſi.
Cedo pro dic prima breui. Iuue. cedo ſi breue parui.
Cælo pro ſculpo: quidā latinū eſſe: a κοῖλον, quod ſignificat concauū deriuari uolūt. cælum quaſi ſculptum. Var. a cauo.
Cælſus a cælo cælebs qui cæleſtem uitā ducit Vir. in buc. uel cælo dignam canimus ſecūdum Quintili. Cælibes quaſi cælites græce κοῖτος: ſunt autē qui carent uxore uel ſemper: uel nunc: quia ſaturnus uirilia Cælo Patri abſcidit: inde cælibatus. Cælebs. & maritus relatiua: ut Quintil.
Cæpe a capitis magnitudine.
Cæpi a capio. Cæptus & deriuata a præſenti: Cœpi a cœpio ātiquo uerbo. cæra uel a græco q̄ quis careat diphthōgo apud græcos: uel a carentia mellis.
Cæſaries a crebra cæſiōe. Cæſar a cædo: ideſt cæſa matris aluo & omnia a cædo.
Cætera uel ab alter: uel ἕτερος aſpirant in c quidam græcam ſecuti ætymologiam cæterus dixerunt græce.
Clæmens a claritate mentis: uel cælinens.]
Cœnum a κοινῶ inquino.
Fœcundus qui facit fructum fæx: ut ī datiuo differat a uerbo: Frægi fræetus: ut ī obliquis differat a fretum ti.
Frænum a frangēdo. Ho. Item fræſus fractus: unde faba fræſa: a frendo tamen deriuatur freſus.
Fœdo quaſi foras edo: nam fœda uel corporis uel animi foras edūt: unde fœdare foras dare. Vir. fœdare latebras.
Fœdus a ferio uerbo breui ut lōga eſſet addiderunt o ne a facio putaretur: de quo Li. primo ab urbe condita: quod porcum ferirent.
Fœmina fœto as. fœmina in plurali a fœmen quod nō eſt in uſu: pars mollior coxæ retro anterior fœmora: & fœminalia quaſi fœmoralia. Vertebrum quod quotiens uiciatū eſt aut os quod in uertebro uoluitur fractū coxa uiciata fractaue dicitur.
Fœnus a fundo: antiqui fundo proprie ꝓuentus ex terra: inde ad uſuram quaſi ſicut terra fructum pecunia producat: uel a fœtu ſecundū Var. fœnero tibi ut mutuo. Fœnū quod ſine cura fœnus præbeat.
Fœtus a foueo ꝙ uinum naſcitur: & fœtura ꝓ animalium prouentu & fœto uerbum.
Fœta prægnans & quæ peperit.
Gæſa genus iaculi.
Græcus & omnia deriuata.
Hæc ab addita c hæ in plurali. græ. ai. hædus ſecundum Varro. ab edo ad differentiam in quibuſdam caſibus: uel a ſabinis qui fœdus ſine o dicebāt ꝙ f in h aliquando uertimus ut fædus: hædus: ſircus: hircus uefere uehere.
Hæreo ad differentiam herus ri ro. here & æs æris hæres tamen ꝙ bona alteri hæreat: hæſito: iæci a iacio.
Lætus a latitudine mentis. Var. Quā aſpectu facit: quod & ad corpus in ſenſu carentibus tranſfertur & paſſiue lædo læſi lætamen: ꝙ lætas facit ſegetes limus.
Mæreo a marceo: uel ad differentim mereo a mercede: & etiam milito ſignificat.
Mereor antiquitus paſſiue nunc deponens
Mœſtus a mœreo & mœret imperſonale.
Mœtor mœnia & muri & ædificia quaſi munia: ubi nos u græ. ου poſuerūt: ergo pro ου oi: ut pœnio punio a pœna: & pœnica regna uides & Mœrus antiquitus ꝓ murus. Virg. Aggeribus mœrorum obſeruaſſe dicunt.
Næ pro utiq; de qua alibi.
Nænia a nanus quaſi parua & friuola: uel ab ī ani.
Obſcœnū uel ab obs & cœnū: uel ob & ſcœna quaſi qualia fiunt in ſcœna.
Pægi a pago uerbo antiquo. Plæbs a plaſion pluralitas: ꝙ non niſi in compoſitione apud græcos īuenitur: ut palaplaſion: plæbs bis: & plæbes ſecundum Pri.
Plærus a pleros: qđ nō ē ī uſu: imo a πλῆρος.
Præ a præſi græ. & oīa compoſita præter preces precium precor: non hinc ueniunt.
Præbeo trado ex præ & habeo: nam primum habet præcox fructus: uel præter morē coctus: uel ante cæteros: qđā præcoquus qua. Martialis præcoqua dixit. Præco & q̄ſi præcino. Præcipio ex præ & capio. T.
Præda prædatū ante dationē poſſidentis: uel a pariendo quaſi paridam. Var.
Prædiū a præda: ꝙ capti agri militibus diſtribuebantur. Prædor prælium: ꝙ humore fluenti præluatur. i. madefiat.
Præliū a prælo: quia ut inde humor uuæ: uel olei: ita ex prælio ſanguis hominū funditur.
Præripio in meos uſus capio eripio poteſt nō in ſuos: ut eripio uitam illi.
Præs a præſtando fidem.
Præpucium quod membris putētibus uel putientibus præmineat.
Præſideo præſum quaſi ad opē præſtandam.
Præſes a præſideo: qui poſt principē eſt & auxiliator. Præſidium principale auxilium Subſidium quod ſubſequitur.
Præſul primus inter ſalios ātiqtus a præſilio.

Præſto adſum iūgitur fere ſubſtantiuo uerbo præſto ſum:præſto adſum magis poeticū ſignificat præſes ſum: & præſideo & aduenio uel cōpareo. Prætor a præeūdo q̄ſi præitor.
Pœna græcum:a quo Vir.pœnicus ca cum ſecundum Ser.x.pœnitet a punio.
Pomœrium quaſi poſt mœrium. Liuius: ſed pomerium non pœmœrium dicimus.
Pomariū uero a pomis locus conſitus:uel pomorum repoſitorium.
Pomeridianū a poſt & meridie.
Quæ relatiuū:& compoſita:ut quæuis quæq̧
Quæro ex quæ & res: quærere enim quæ res ſit:uel ad differentiā in paſſiuo queror. quæſo quæro.
Ræte a rapio.Rhæda.
Sæculū a ſequor uel ſene: quod placuit per æ ſcribi qua rem productam ſignificat.
Sædo quaſi ſanū do:ut cōpoſitio ſignificetur.
Sæpe aduerbium:ut a ſepe differat.
Scæuus a ſcæuola a ſcæua.i.ſiniſtra: q̄ ſiniſtra auſpicia bona:inde ſcæuum omen. Var.
Tæda a græ.Ταδα luminare. Væ interiectio ut a cōiūctione differat. Væneo:ut a uenio in ſecunda perſona.& uena næ differat.
Vænundo & uændo a uænū & do. Vt ſædi a ſedeo dænium a decē:quod quaſi ſit numeri finis:& dæniq̧ a denus: ſed non obſeruatᷓ niſi in ſæculum.Tor.
Refert Varro opinione quorūdā oīa longa a breuibus diphthōgādā: ut ſædi a ſedeo: dæmū a decē:quod q̄ſi ſit numeri finis & dæni que a decē: ſed nō obſeruatᷓ niſi ī ſæculum.
Dipſas genus ſerpentis:cuius morſus hominē ſiti necat.
Diploma duplex locutio: duplex ueſtis & codicillus.
Diſcinctū dicimus negligētē & ꝑditū: ut Horatius.diſcinctus ut ꝑdā nepos uel diſcinctū obeſū & uenenoſum luxuria: quæ cingi nō poſſit.
Dipyron & dipyrum bis combuſtū: præterea erat inſtrumentum quo pictores utebantur ut ſcribit Plinius.
Dirce fons thebanus eſt:& thebe patria duorū numinū:ut ſcribit Pli.herculis & bacchi.
Dyrrachium urbs quæ prius dicta eſt epidamnus & cherroneſſus.
Diploma codicillus.Cicero ad Appium. diploma ſtatim non eſt datum: quia mirifica eſt ī probitas in quibuſdam.Eſt autem uocabulum græcum.Ser.
Diplomatibus conſulunt ſolē ægyptij.i.ſimulacrum ſolis diplomatibus conſignatis.Macro.de ſa.
Dipteriæ quædā nationes ouiū capraꝝq̧ pellibus ſunt ueſtitæ: & in gætulia & Sardinia: cuius uſum apud antiquos quoq̧ græcos fuiſſe apparet q̄ ī tragœdiis ſenes ab hac pelle uocantur dipteriæ:& in comœdiis qui ī ruſtico opere morantur: ut apud Cecil.in hippobolima.& adoleſcens habet apud Ter. in heau.Senex tondetur. Var.
Dipelus frater Scyli in Creta geniti ambo primi omnium clari in marmore ſculpendi ante Cyrum.Pli.
Dipſas ſitis ponitur pro ſerpente: cuius morſus ſitim inducit maximam.T.
Dirigere apud Plau.īuenitᷓ pro diſcindere. Fe.
Diritas.M.T.de ſene.in altero diritas.
Diriſſimum ſeueꝝ. Var.ī bimar.Sæua quem ſenem latina uidit diriſſimum.No.
Dirus ꝑprie ex deoꝝ ira dicitᷓ. Vir.æn.ii.quæ mens tā dira miſerrime cōiunx: Impulit his cingi telis.i.mens ex deoꝝ ira infuſa.Ser.
Dirus magnus.Vir.li.viii.Iam tum religio pauidos terrebat agreſtes dira loci.Ser.
Dirus dei ira natus.Fe.
Dirum eſt triſte infeſtum quaſi deoꝝ ira miſſum.Vir.geor.li iii.Priuſquā dira per incautum ſubeant cōtagia uulgus. No.
Diruntiunt depurgant. Fe.
Dirutū ære militē dicebāt antiq: cui ſtipēdiū ignominiæ cauſa non erat datū quod æs diruebāt in fiſcū:nō in militis ſacculum. Fe.
Dirce babylonia quæ cū Palladi de forma cōuiciaretᷓ:& ſe in ſtagno palæſtinoꝝ lauaret ī piſcē uerſa eſt:cuius filia ſe ſuſpendere uolēs in columbam uerſa eſt.Oui.in quarto. Altera lyci thebaꝝ regis uxor relicta Antiopa a Ioue grauida in ſatyri formā dirce ob ſuſpitionem eam in carcerem miſit. Iuppiter ſub partu eam eduxit:& in citherone peperit: q filii inde lycum interimerent & dircē taurorum caudis diſtrahendā alligarunt: quæ ad fontē uſq̧ pertractata in fontē ſui nominis uerſam ſingūt poetæ:a quo dircæus aonius uel thebanus.Tor.
Dyrrachium epiri urbs prius dicta epidānos.
Dis ditis facit dites:diues diuitis diuites. Te.ī adel.dis quidem eſt demea.Do.
Diſcedere hiare diuidi diſtēdi. M.T.de offi.li. iii.Hinc ille gyges īducitᷓ a Platone:q cum ī terra diſceſſiſſet magnis quibuſdā imbribus Siſen.hiſto.li.quarto. Armati dextera ducti magniſq̧ ualetudine diſcedunt.N.
Diſtendo impleo.Vir.æne.i. & dulci diſtēdūt nectare cellas.Ser.
Diſcere eſt ignotam rem meditando aſſequi. Luc.li.ix. Diſcere laborare ne res ac ratio ipſa refellat.Virg.lib.xii.Diſce puer uirtutem ex me.No.
Diſcere tentare.Vir.li.v.Fractis diſcētem currere remis.Nonius.

Diſcerniculum quo diſcernit̃ capillus.V.
Differit diſputat.nam ut olitor differit ĩ areas ſui cuiuſcq̃ generis res: ſic ĩ oratore qui facit diſertus dicitur.Va.
Diſcludere cum durare ſolũ & diſcludere nerea ponto Cœperit. ferit aures noſtras: hoc uerbũ diſcludere ut nouũ: ſed prior. Lucre. & diſcludere mundũ.Ma.de ſa.
Diſſentaneũ diſcors & diſſentiens:ut cõſentaneũ cõtra Nigi.eũ locũ facit diſſentaneũ.N.
Diſertiones diuiſiones patrimonioꝶ inter cõſortes.Fe.
Diſertus a differendo dictus.Fe.
Diſertim pro diſerte dixerunt antiqui. F.
Diſertim dicere plane palã:Luci.autore:poſſumus ĩ ueliterna.Habui recte diſertim. Plau.ĩ ſtico.fuit diſertim id uſu prodidi.N.
Diſſimulo quæ nõ ſunt:ſimulamus nota. Sa. ſimulator atq; diſſimulator.Ser.
Diſerte ex conſuetudine dicit̃. Afra. auctore ĩ diuor.ꝙ uult diſerte pactũ ac dictum.
Diſiunctum eſt aut malũ eſt uoluptas:aut bonum.A.G.
Diſiungi & ſegregari differũt: proprie enĩ diſiungi ab uxore quis dicit̃ ſegregari a meretrice.Teren.in ecy. Vt hæc nunc Pamphilũ ab ſe ſegregarit.Do.
Diſciplinoſus etiã peſſima arte poteſt dici. Cato de re mili.:Quẽ gladiator diſciplinoſum. Nonius.
Diſcorditas pro diſcordia. Pacu.in hermiona. Quantãcq̃ ex diſcorditate cladem in partem familiæ.No.
Diſpalare eſt ſeparare.Siſen.hiſto.li.iii.Diſpalati ab ſignis digreſſi omnes:ac diſſipati. Idem Tanto plures paſſim diſpalantur.N.
Diſpenſator ſeruus erat:qui curã habebat rei domeſticæ.Pli.ſeruus eius nomine rotũdus diſpenſator.Tacitus:diſpenſator argius e primoribus ſeruis:græce appellat̃ œconomus.
Diſpẽnere eſt expandere: tractum a pennis & uolatu auium.Plau.in milite: Vbi lubet diſpẽnite hominem diuerſum & diſtendite.N.
Diſpenſatores dicti qui æs penſantes expendebant:non numerabant: hinc deducuntur ex penſa ſiue diſpenſata uel compenſata.Itẽ cõpendium diſpendium aſſipondium dupondium.Feſt.Pom.
Dupondium eſt parua pecunia.
Diſpendium ideo ꝙ in diſpendendo ſolet minus fieri.Varro.
Diſpenſator ab ære pendendo in tabulis ſcribimus:expenſum & prima penſio:aut ſecunda aut alia.Varro.
Diſpicere eſt prouidere & mente circũſpicere & tanq̃ in omnem partem lumina mentis ĩtendere:omniacq̃ diſcernere: a quo diſpicientia dicta eſt.Circunſpectio & prouidẽtia uel conſideratio diligens.L.
Diſertus qui probe differit:non qui deſeritur.
Diſturbare quære in uerbo deturbare.L.
Diſſuadere quære in uerbo pſuadere.Lau.
Diſſoluere æs alienum eſt reſtituere æs quod quis contraxit.Lau.
Diſcere eſt ut intelligas: ediſcere ut memoria complectaris.Quintilianus: ne oĩa quæ ſcripſerint ediſcant.
Dediſco quod didici obliuiſcor.
Dedoceo te quod doctus es:oſtendendo falſũ eſſe:docens quod uerum eſt. Idem & quidẽ prius ac difficilius opus deducendi q̃ docendi. Lau.
Diſiunctiuum eſt ueluti cũ dicimus. Aut dies aut nox eſt:quoꝶ poſito altero neceſſe ẽ tolli alteꝶ:Idem ſublato altero poni alteꝶ: ita ſimili figuratione:unum poteſt eſſe ſubdiffinitum.Subdiſiunctiuoꝶ autem genera ſunt duo:unum cum ex propoſitis finibus ita nõ poteſt utrũcq̃ eſſe:ut poſſit neutꝶ eſſe:ueluti cum dicimus:aut ſedet:aut ambulat: nam ut nemo poteſt utrũq; ſimul facere:ita aliqs poteſt neutrum eſſe:ueluti cũ dicimus. Omne animal:aut facit:aut patit̃ nullũ eſt:quod nec faciat nec patiat̃:at poteſt ſimul & facere & pati.Proculus de uer.ſig.
Diſcus eſt genus ludi:antiqui dicebãt certi põderis diſcum quo iuuenes ĩ angone contẽdebãt fortior uindicandus: qui cum ultra deſignati ſpacii proieciſſet: ita & miſſilibus certabant.Ho.li.car.Sæpe diſco ſæpe trans finẽ iaculo nobilis expedito. Acron.
Diſcinctus diſſolutus. Hor.ali.car.Diſcinctus ut perdam nepos.Acron.
Diſcinctus diſſolutus. Perſius. Non pudet ad mortem diſcincti uiuere nactæ.
Dis :hic & hæc dis huius ditis: unde hi hæ dites & hæc ditia:cuius nominatiuũ ſingularẽ in uſu non inueni:debet tamen ſecũdũ analogiam hoc dite eſſe:nam ĩ his finiri neutrũ poteſt.Luca.Non illic libycæ poſuerunt ditia gentes templa.Pri.
Diſpeſco diſpeſcui qualiter ponit Apuleius in lib.qui eſt de deo. Socratis cum etiã habitacula ſumma ab infimis tanta intercapedine faſtigii diſpeſcant pro diſtent.Pri.
Diſcordia eſt diſcrepatio aliquoꝶ:quos amoris uinculum colligauit.
Dis pro ualde:ut diſcedet.
Diſcus uas latum ad portandas carnes aptum ut oſtendit Iulius pollux forte lanx:ad cuius ſimilitudinem lapis:quo antiqui corpora exercebant:diſcus uocabatur.
Dyſenteria inteſtinoꝶ exulceratio:dys in cõpoſitione ſemper malum.T.

Dyſphilus quaſi malus amicus ficticiū nomē. Iuue. protogenes aliquis uel dyſphilus.
Diſcolus malus perniciosſus χολὴ bilis. T.
Diſpondæus per quattuor longa℞.
Diſtichus geminus uerſus. T.
Diſcernere eſt inter duas partes: cernere uero inter multas.
Diſpeſcere ē ꝓprie pecus a paſtore deducere & cōpeſcere una paſcere: & in uno loco cōtinere. Feſtus.
Diſpicere diligenter inquirere dicimus. S.
Diſputatio & cōputatio ex præpoſitiōne putādi: quod ualet purū facere. Ideo antiqui pu℞ putum appellauerunt. V.
Diſputare is ſermo in quo pura diſponūt̄ uerba ne ſit confuſus: atq; ut diluceat dicit̄ diſputare: quod dicimus diſſerere. Var.
Diſpulchrare eſt diſſoluere. Neuius in gymnaſtico. Saxa ſyluas lapides montes diſiicis diſpulchras. Nonius.
Diſquāmat ſquāmis expoliat. Plau. ī aulu. Dromo diſquāma piſces tu machærio congrū. Murænā exdorſua q̄tū potes. Lucil. ſa. li. vii. Subulor diſquāmor punicor ornor expulor pingor. N.
Diſcrimē periculū. Vir. æne. i. per tot diſcrimina rerum tendimus in latium. N.
Diſcrimē diuiſio ſepatio. Ci. de finibus bonorū & malorum. Homo & acutus & diligens chryſippus nō cōtēnit: totūq; diſcrimē ſūmi boni ī ea re℞ cōparatione poſitū putat. N.
Diſcrimē ſeparatio: a diſcernēdo: unde diſcerniculū dicit̄ acus: quæ capillos a media frōte diſſeparat. Salu. hiſto. li. i. Sertorius fortis turba morātibus: & nullo ī terrore ſolet generis & īperii diſcrimīe ꝑ calonū corpora ad mediū q̄ſi deinſup aſtantiū manibus in murū attollit̄. Vir. ænei. li. i. Tros tyriuſq; mihi nullo diſcrimīe aget̄. M. T. in phi. li. iii. hetruriam diſcriminat Caſſius Luci. li. xxx. & amabat oēs: nā ut diſcrimē nō facit neq; ſignat linea alba. Nonius.
Diſcrimen certamen. Vir. li. v. Poſt hos æquo diſcrimīne piſtris. Centauroſq; locum tēdūt ſuperare priorem. N.
Diſcriminare diuidere: unde & diſcrimen capitis mulieribus dicitur. Virg. in. xii. Lucet uia longo ordine flāma℞: & latos diſcriminat agros. Ser.
Diſcrimen differentia. Vir. in. x. At nunc dura dedit nobis diſcrimina Pallas. S.
Diſcrimen interſtitium ſpaciū diſtantia. Vir. li. x. Sed certior auctor aduolat: æneæ tenui diſcrimine læti eſſe ſuos. S.
Diſcrimen pro interuallo. Virgil. æne. iii. Inter utrāq; uiam læti diſcrimine paruo. S.
Diſtrahere eſt uendere. Lucil. li. xxx. Diuidant diſcernant diſtrahant. No.
Diſtrahere ſeparare. Teren. ī phor. Quod ſi comeæ fortunæ redeunt phaniū ut abs te abſtrahat. M. T. in phi. li. ii. quod primum hæc natura cohærētia opīone diſtraxiſſent. Varde uita pa. li. ii.
Diſtractione ciuium elāgueſcit proprium bonum ciuitatis: atq; ægrotare incipit & conſeneſcere. N.
Diſtrahere eſt diuidere diffundere. Virg. libro ſexto. Turbatis diſtractus equis. Varro de uita patrum libro primo. Metium ſuffectium propter perfidiam interemit pene imperioſus: quia humanus. nam equis ad circulū ex utraq; deligatis diſtraxit. N.
Diſcrepuit ꝓ diſcrepauit. Ci. de ora. Nihil ſane ad rē pertinet: ſi qua in re diſcrepuit ab Antonii diuiſione. N.
Diſtiſum pertiſum: quod nūc diſteſum & perteſum. F.
Diſtineo arceo repello extraho. Vir. xi. Dū diſtinet hoſtem agger murorum: neq; īundāt ſanguine foſſæ. Ser.
Diſtorquere illi os dicimus: quē nā pulchrum deturpamus. Ter. ī eunu. Ah illud uide os ut ſibi diſtorſit carnifex. Do.
Diſtribuere in diuerſa tribuere. Ter. in adel. Id diſtributum ſane eſt ex ſententia. Do.
Dithyrambus quem græci ferunt primū effeciſſe & docuiſſe.
Ditrochæus ex duobus trochæis. Te.
Dithyrambus uir theſpius: a quo genus illud uerſuum. T.
Diuaricari diſtēdi dictum eſt ab his qui uitio naturæ ita ſunt pedibus diſcretis: ut eos ī diuerſum habeāt ſeparatos. M. T. de ſignis. Sepatrum hominem ſummum ac domi nobilem ſummo magiſtratu præditum diuaricari ac deligari iubet. No.
Diuerticulū eſt ubi iter de uia flectitur: & ꝓprie quia diuerticula dicuntur in uia domicilia: ad quæ de itinere diuertendū ſit. Te. in hea. ubi ad ipſū uenio diuerticulū cōſtiti. D.
Diues a diuo qui ut deus nihil indigere uidet̄ Varro.
Diuerſoria dicta ſunt hoſpitia a diuertendo. Ci. de orato. li. ii. Qui eſcam in Cæſaris ſermone quaſi ī aliquo opportuno diuerſorio. Nonius. Mar.
Diuidicula antiqui dicebant: quæ nūc ſunt caſtella ex quibus a riuo cōmuni aquā quiſq; in ſuum fundum ducit. Fe.
Diuidicam diſcordiam. Fe.
Diuidiū a diuiſione ad dimenſionem dicimus Ter. ī adel. Diuidium face. i. diuide. No.
Diuitant pro diuites faciunt. Acri. in aſtyanact e. Nihil credo auguribus qui aures uerbis

diuitant alienas:ſuas ut auro locupletent domos. Turp.in tranſilione. Dii me diuitant. Nonius.

Diuidos ſeparatos. Acti.in andro. Noſq; ut ſeorſum diuidos læto offeres. No.

Diuidia eſt tedium. Acti.in armorum iudicio Huius me diuidia coegit plusquam eſt par loqui. Turp.in epi. Sperabam conſilia ueſtra diuidiæ tibi cum ætas acceſſit non fore. Nonius Mar.

Diuitior. Cicero de oratore libro quarto: Inde ille licentior & diuitior fluxit dithyrambos. Nonius.

Diuidiæ ut diſſenſiones. Actius in phœniſſis. Ne horum diuidiæ & diſcordiæ diſſipent & diſturbent tãtas ac optimas ciuium diuitias. Nonius.

Diuidiana appellata di.na. V.

Diuiſores omnium tribuum: quos Plau. magiſtros curiarum in aul. uocat his uerbis. Nam noſter noſtræ qui eſt magiſter curiæ diuidere argentum: legitimos habent oẽs tribus diuiſores ſuos. Aſco.

Diuerticula in uia domicilia ad quæ itinere diuertimur. Liui. libro primo. Cum gladii abditi ex omnibus diuerticuli locis protraherentur: inde diuerſoria: ut idem: in diuerſorium eius uim magnam gladiorũ inferri clã ſineret.

Diuortium uel a diuerſitate mẽtium dictum eſt: uel qua in diuerſas partes eum qui diſtrahunt matrimonio.

Diuinatio Aſconius Pedianus putat diuinationem dici quod in iurati iudices in hac cauſa ſedeant: & quod uelint præſenti de utroque poſſint alii ꝙ res agatur ſine teſtibus & ſine tabulis: & his remotis argumenta ſola ſequãtur: ut iudices quaſi diuinent: de hac ne lege Aulum Gellium & Fortunatianum & noris alia.

Diuortium eſt rerum omnium ſeparatio. Ci. ĩ orato. li. iii. Sic e cõmunis ſapientiæ iugo ſũt doctrinaꝝ facta diuortia. No.

Diuortia non tantum coniugii diſtractionem ſed etiam omnium inflexiones: quæ a recto detorquentur. Virg. in. viii. Obiiciũt equites ſeſe ad diuortia nota. N.

Diuortium ex eo dictum eſt quod in diuerſas partes eunt qui diſcedũt nõ recte enim ſponſa diuertiſſe dicit̃. Ser.

Dius generoſus a Ioue uel deo ortus. T.

Diuortii morte captiuitate uel alia contingente ſeruitute utriuſq; eoꝝ dirimit̃ matrimonium. Pau. de diuor.

Diuortium: uel a diuerſitate mẽtium dictum eſt: uel quia in diuerſas partes eunt q diſtrahunt matrimonium. In repudiis autem. i. renũciatione ſunt hæc uerba. Tuas res tibi habeto. Item hæc: tuas res tibi agito. In ſponſalibus quoq; diſcutiendis placuit renunciationem interuenire oportere: in qua re hæc uerba comprobata ſunt: conditione tua nõ utar Pau. de diuor.

Diuortium inter uirum & uxorem fieri dicit̃ repudium uero ſponſæ ĩmitti uidetur quod & in uxoris perſonam nõ abſurde cadit. Modeſti. de uer. ſigni.

Diuortium inter & repudium hoc intereſt: ꝙ repudiari etiam futurum matrimonium poteſt: non autem recte ſponſa diuertiſſe dicit̃ ꝙ diuortiũ ex eo dictũ eſt: quod in diuerſas partes eunt qui diſcedũt. Pau. de diuor.

Diuinitus ex dei mente factũ: diuine uero cũ laudamus.

Dyobolares dicũt̃ uiliſſimæ meretrices: quæ ſub diuo paruo ſtipẽdio ꝓſtant̃: ſicut Parmatius ait. dyobolare ꝓſtibulũ quæ ego ad tutũ ut dicentẽ percitã cedã. Nã & Pacu. ait. Similiter nõ ego ita fui ut nũc ſunt meretrices dyobolares: quæ ſua corpora nũmi cauſa parua perdũt. alii a duobus obolis ducunt.

Diuortia diuerticula ſunt ſemitæ tranſuerſæ: quæ ſunt alteræ uiæ militares. Virg. lib. viii. Obiiciunt equites ſeſe ad diuortia nota: hic atq; hinc. Ter. i eu. ubi ad ipſum uenit diuerticulum. Ser.

Diuos uocamus ex hominibus factos quaſi q dem obierunt: unde & diuos Imperatores dicimus. Lege ſupra deos. Ser.

Dium antiqui ex græco appellabant a deo ortum & diurnum ſub cælo lumẽ ꝺευσ Διος unde adhuc ſub diuo fieri dicimus quod nõ fit ſub tecto: & interdiu cui contrarium eſt ĩternoctu. Fe.

Dium fulgur appellabãt diurnum: quod putabant Iouis & nocturnũ ſummanũ. Fe. Pom.

Diu pro die: unde & interdiu dicitur. Titin. in fullonibus. Nec noctu nec diu licet fullonibus quieſcant. Plau. i mercatore. Noctuq; & diu ut uiro ſubdola ſis. Idem ĩ aulu. Nec noctu nec diu quietus unq̃ eam nunc dormiã. Nonius.

Dius generoſus. Vir. ĩ. xi. Quas ipſa decus ſibi dia camillæ. græce eſt ατο τοῦ Διος. S.

Dius fidius: unde & eius perforatum tectũ: ut & uideatur diuum. i. cælum. Quidam negãt ſub tecto per hũc deierare oportere dius: diuus fidius licebat dios hyios filius: & græci dioſcuron caſtorẽ: & putabant hunc eſſe ſanctum a ſabina lingua & herculẽ a græca. Idẽ hic dieſpiter dicitur iſimus q eſt cõiunctus terræ ubi oia oriuntur quorum quod finis ortus dictus. Varro.

Diuus unde & ſub diuo. Varro.

Diuum quod ſub cælo eſt extra tectum ab Ioue dicebatur:ut dialis flamen: & dius herou aliquis ab Ioue genus ducens.

Diuni:ſicut ab uno uni:a tribus trini:a quater quatrini:ſic a duobus diuni nō dicimus: ſed bini. Varro.

Diurnare hæc maxime uerſat̃:deorum iniquitas q̄ deteriores ſunt incolumiores:neq; optimum quéq; inter ſuos ſinunt diurnare inuſitate dixit.C.Lepa. pro diu uiuere: ſed ex ea figura eſt qua dicimus perennare. A.G.

Diurnare honeſtum uerbum pro diu uiuere: ut apud ueterem prudentem auctoritatis incognitæ:neque optimum quenq; inter ſuos ſinunt diurnare.N.

Do a do quoque compoſita ex monoſyllabis præpoſitionibus tertiæ ſunt coniugationis: ut addo is.reddo is.prodo is. nam circundo circundas facit:& circum diſyllabum eſt: & magis aduerbiū:& hoc ſolūmodo uerbū primæ coniugationis a penultima in præſenti: & præterito cæteriſque deductis corripit ut damus datis dant:dabam dabo dare datus & daturus:& quæ ex hoc ſolent fieri: ut dabamini.da enim ubiq; ante finē corripit̃ i hoc uerbo ſimplici. Pri.

Do fidem eſt aliquid caute promittere.T.grauidaq; facta dat fidem uxorem ſibi fore hāc: Habere fidem eſt alteri credere.Quin fidem habetis hominibus quos mentiri alius affirmat apertius apud Ciceronem.Neq; dedi neque do infideli fidem cuiquā.i.non promitto ex animo.Lau.

Do tibi litteras tanq̄ tabellario.Do ad te litteras.ſ.ad te perferendas.Iungunt interdum ut dicamus.dedi illi ad te litteras eius qui perfert eſt reddere:ſicut eius ad quem datur accipere.Lau.

Do das.i.dico.Vir.in buc.Sed tamen iſte deus quis ſit da tityre nobis.

Doceo a dico declinatū:uel q̄ cū docemus dicimus:uel qui cū docentur inducantur in id quod docentur.V.

Doceo ſignificat diſciplinam uel quempiā magiſterio dare.Vir.ænei.lib.v.Docuit poſt exitus ingens.No.

Docere dicere.Lucil.lib.xxviii.At non ſunt ſimiles neq; dant quid ſit dare uellēt. Accipis ne doce.No.

Documenta a doceo:quod principio abdico: quæ exempla docendi cauſa dicunt̃.V.

Docus tignum uel trabes.T.

Docibilis eſt qui ad patientiam diſcendi eſt leuis ac mitis.i.docilis:quæ idem ſūt ſicut exitialis & exitiabilis: rationale & rationabile: quod ſuperlatiuum format docillimus:ſicut facilis facillimus.Lau.

Docti & periti differentia ea conſtat:ut ſit doctus qui rationē rei tantū nouit. Peritus autem qui & cū ratione experientiā & cōſuetudinem teneat nouit dictus:ita a πoτhσ πειpασ.i.experiētia. Itaq; minus eſt doctus q̄ peritus:quod &.T.oſtendit de offi.li.iii.Itaque cum ſint docti a peritis deſiſtunt facile a ſententia.Ser.

Doctum & peritum ſimile cum uideat̃ a Tullio diſcretum eſt:ut ſit peritū pluſquā doctū of.li.iii.Itaq; cum ſint docti a peritis deſiſtūt facile a ſententia.N.

Dodrans nouē continet uncias ab axe.Pli.lucere dodrātis ſemūcias horaꝝ ab ſemūcia ad trientem uſq; ad plenum orbem.

Dodonæi Iouis templū in Epiro & fons: ideo ſacer quod cum ſit frigidus: & immerſas faces:ſicut cæteri extinguat:ubi ſine igne procul admouent̃ accendit:at cum littora legūtur a promontorio ſepiade per demetriā & balon & ptheleon & ethmon ad Pegaſeum ſinum curſus eſt.Ille urbem pegaſam amplexus amnem ſperchiō accipit: & quia minyæ colchida petentes:inde argo nauem ſoluere memorantur ab eo ad ſummū tendentibus: illa prænauiganda maliacus & opuntius grādes ſinus.Pom.

Dodona epiri oppidum cū nemore propíquo glandibus abundans:ex cuius quercubus fiebant uaſa.Vir.dodonaſq; lebetas.T.

Dolon Eumedis præconis filius explorator Troianorum.T.

Dolopes populi theſſaliæ in extrema phthiæ ora.Soli.Pli.dicit ætoliæ populos.

Dolum malum Seruius quidem ita diffiniuit: machinationem quandam alterius decipiendi cauſa:cum aliud ſimulatur & aliud agitur Labeo autem poſſe etiam ſine ſimulatiōe id agi:ut quis circūueniatur:poſſe & ſine dolo malo aliud agi & aliud ſimulari:ſicuti faciūt q huiuſmodi ſimulationes deprimūt & tuētur uel ſua uel aliena.Itaq; ſic ipſe diffinit dolum malum eſſe omnem calliditatem: fallaciam machinationem ad circūueniendū: fallendum: decipiendumue alterum adhibitū. La.diffinitio uera eſt non fuit autem contētus prætor dolum dicere:ſed adiecit malum quoniam ueteres etiam dolū bonū dicebāt: &.pro ſolertia hoc nomen accipiebant: maxime ſi aduerſus hoſtem latronemue qs machinatur.Vl.de dolo malo.

Dolus malus cui rei affuerit: hæc uerba generaliter cōpræhendunt omnē dolū malū quicunq; in hac re admiſſus eſt: de qua ſtipulatio impoſita eſt. Vl.de uer.

Dolentia: Neuius ꝑ dolore dolentiam poſuit Aulus.G.

Dolia uaſa grandia quibus uinum reconditur Var.i eume.de matule: dolia atq; apothecas triclinares.No.
Doli uocabulum nunc tantum in malis:apud antiquos etiam in bonis rebus utebatur: unde adhuc dicimus ſine dolo malo: nimirum quia ſolebat dici bonus.Fe.
Doliola locus in urbe doliola ad cloacã maximã:ubi nõ licet deſpuere:a doliolis ſub terra duæ co℞ traditæ hiſtoriæ ꝙ alii ineſſe aiũt oſſa cadaue℞:alii Nũmæ Pompilii religioſa quædam poſt mortem eius infoſſa .V.
Dolere plus eſt q̃ ægre eſſe.Teren.in phor.alii quia deſint:quod amẽt ægre eſt tibi quia ſu pereſt dolet.Do.
Dolus malus:dolus a dolendo dictus .i.a dolẽdo & ĩminuendo:nam & græ.Δηλέω dicit ledo:& dolon etiã ẽ quædã ars bellica & dolare lignũ eſt fabri.i.aſcia cedere additio mala eſt:quia ſic.xii. tabulis a ueteribus ſcriptũ eſt:aut epitheton doli perpetuum eſt. Terentius in eun.Iam erat ſuſpitio dolo malo hæc fieri omnia.Cic.de offi.Nondum lex lata de dolo malo.Do.
Doliola locus in urbe ſic uocatus:quia ĩuadẽtibus gallis ſenonibus urbem inſtituerũt ſacra eodem loco doliolis ne deſpuere alicui licebat.Fe.
Dolones flagella ſunt inter quo℞ uirgã latẽt pugiones:aut ſecundum Var.ingens contus ferro breuiſſimo. dolones autem a fallendo dicti ꝙ decipiant ferro cum ſpeciem præferant ligni.Vir.in.vii.Sæuoſq; gerunt in bella dolones.S.
Dolitũ ꝙ dolatũ uſu dicit: quod eſt ꝑcæſum uel abraſũ uel effeſum.Var.in aga. nunq̃ cælatus in manu dextera ſcyphus cælo dolitus artem oſtentat mẽtoris.Cic.dolatum acade.libr.iiii.Non enim eſt e ſaxo aut cultus e robore dolatus.No.
Dolobella quaſi parua dolabra: a dolobrãdo. Caſſ.
Dolobellas:ſcire nos oportet duos eodẽ tẽpore fuiſſe & prænomine & noĩe & cognomĩe Dolobellas. ho℞ igitur alte℞ Dolobellã cæſar accuſauit & dãnauit:alte℞.M. ſcaurus:& accuſauit & damnauit. Aſco.
Domare a græco.Δαμάζω. Var.
Domuis pro domus. Var.in thapheminippo. Porrexit in interiores partes domuis.N.
Domini etiam mulie℞ amatores.No.
Dominus maritus.Vir.æneі.iiii.Cõnubia nr̃a reppulit ac dominũ æneã in regna recepit.
Dominus dicit cui ſeruit.Virg.æne.i. Romanos re℞ dominos gentẽq; togatam.No.
Dominus rurſũ appellat cõuiuii exhibitor:unde & domina cõuiuii.Lu.ſa.li.vi. Qui te bõis Iuppiter inqt cras ſortitũ eũ cœnabat q cenebat dominũ fortẽ.Idẽ li.xiii.Primũ domini atq; ſodalicia oĩa tollãt.Tur.in philo.Forte eo die meretricis ad me de leuitate atticæ ut cũ uenerat qdẽ dixerat : quæ cœnã apud me thais atq; dortiũ Antiphila Pythias: ego extra cubui domina.Var.ĩ paphia papæ.dominũ cõuiuii unũ aliud ne qd laudato. Sal. hiſto.li.iii.Alter ſcribã & cœnas: imo medius inter Tarquiniũ & dominũ ꝑpernam.M. T.in uer.Frumẽtaria ac ſua argẽto dominos noſtros.Var.ĩ eume.Diſcũbimus muſati dominus mãdere natura cõmittit.No.
Domini appellatione continentur qui habent proprietatem:& ſi uſufructus alienus ſit domini appellatione pro parte dominũ contineri dicendum eſt:domini appellatione etiã filiifamilias: cæteriq; liberi qui in poteſtate ſunt continentur.Papinianus.
Domini appellatione fructuarius continẽtur. Pau.de bo.aucto.iudi.poſ.
Domus & iugerum ab antiquis aliter declinabatur q̃ hodie declinamus. Nam domus quartæ ẽrat declinationis:iugerum tertiæ q̃tũlibet enim ĩ monumentis uete℞ legimus domu Seruius ſuper Donatum.
Domus appellatione habitationẽ quoq; ſignificari palam eſt.Papi.de adul.
Domus familia.Virg.in.v. Se geſtuſq; domus tenet a quo.Sergia nomen hic domus æneæ totis dominabitur horis.Ser.
Domus conſuetudo hominum tantum habitacula dici putant: cum autoritas & templũ & nidos domos dixerit.Virg.in.vi.Hoſtia iã que domus patuere ingentia centum ſponte ſua.No.
Domus pro familia.Virg.æn.ſecũdo.Nos cõtra effuſi lachrymis coniunxq; creuſa. Aſcaniuſq; omnis domus.Ser.
Domus genitiuo domi dicebãt antiqui. Plau. Quãq̃ domi cupio operiat tamen.Teren.in eunu.Sanga ita ut fortes decet milites domi ſociq; fac uiciſſim.ut memineris.Do.
Domus familia.Vir.geor.iiii.Multoſq; per annos ſtat fortuna domus.S.
Domus græcũ:& ideo ẽ ædibus ſacris ãte cellã:ubi ſedes dei ſũt: græci dicũt ædis pro domus qd ab aditu:qd plana ſede adibãt. Var.
Domus huius mi.& domus huius mus. Ter.ĩ eu. Domi ſociq; fac uiciſſim ut memineris. Vir.in ſexto.Hic labor ille domus & inextricabilis error. Pri.
Domus necnon a domo harum domorum & domuũ & his bus:necnon etiam domus.Iuuenal.ĩ primo.Viſcera magna℞ domuũ dominiq; futuri.Virgil.in primo æneidos.Dardanidæ contra turres : ac tecta domorum

culmina conuellunt. Idem in ſecundo geor. Domibus cedrumq; cupreſſoſq;.Sal.in cati. Domos ſuas genera decorabant. Te.i eunu. Domi fociq; fac uiciſſim:ut memineris. Virgilius in ſexto.Hic labor ille domus & inextricabilis error. Per omnes igitur caſus tam ſecūdæ q̄ quartæ inuenitur: abſq; datiuo & ablatiuo plurali:q ſemper ī bus exeunt.P.

Domus mi quod ſeruat locū: & domus genitiuum format: quod ſignificat corpus ipſū: ut domi maneo:& in domo dicimus:& partem domus demolitus ſum.domus quoq; ꝓ familia hanc domum ab hac domo:dicimus reuertor domum uel ad domum : Exeo domo:uel e domo.Domi uero iungitur cū his ꝓnominibus:meæ:tuæ:ſuæ:noſtræ: ueſtræ: & ano nomine alienæ: ut uiuo domi meæ: ideo domi non aduerbiaſcit: quia accipit adiectiua hæc duntaxat.Lau.

Domutionem.Pa.i.her.Nam ſolus daraps hic domutionem dedit.Luci.xxvii.domutionis cupidi imperium regis pene īminuimus.

Dona conſuetudine hæc habētur:quæ aut ꝓpiciādis diis dant̄: aut hominibus ꝓ benefactis reddūtur:ſed auctoritate pro ultione poſitum lectum eſt.Vir.in buc.aut ut mutatos terei narrauerat artus . Quas illi philomena dapes:quæ dona pararit. No.

Donaria loca ſunt ubi dona reponuntur deorum:interdum pro templis abuſiue. Virgil. geor.iii.Et uiris īparibus ductus alta ad donaria currus.S.

Donaticæ coronæ dictæ:q; his uictores in ludis donabantur: quæ poſtea magnificentiæ cauſa inſtitutæ ſint ſuper modum aptarū capitibus quali amplitudine fiunt:cū lares ornantur.F.

Donarium locus ubi ponuntur oblata.S.

Donatio dicta a dono:quaſi doni datio.P. de do.

Donationis uerbum ſimpliciter loquēdo oēs donationes cōpræhēdiſſe uidetur:ſiue mortis cauſa:ſiue non mortis cauſa fuerint.Vlp. de uer.ſig.

Donum genus eſt.Labeo ait a donando dictū Munus ſpeciem.Nam munus eſt donum cū cauſa:utputa nataliū nuptiarum. Vl.de uer. ſigni.

Donec in c primitiua inueniūtur aduerbia:ſic q; etiam donicum antiqui dicebant.Plau.in captiuis.auſculta tū ſcies ego me amitti donicum hic redierit. Pri.

Donec quære in tantiſper. Lau.

Dono tibi munus notum eſt:dono te munere plærūq; præmii gratia admirationis beniuolentiæ uel miſericordiæ.Cice.pro archia.Sylla cum gallos & hiſpanos ciuitate donaſſet: uidelicet in præmium admiratione ingenii. Laurentius.

Donum præmium munus differunt.Donum enim præmium eſt:& munus præmium:ſed donum præmiū diis datur: munus præmiū hominibus:& ſeparatum donum deorū eſt: præmium uirorum fortium: munus hominum:& donum munuſq; tam ante factum: q̄ poſt factum datur: præmium nō niſi poſt factum:donum uoluntarium eſt: præmium debetur. Ter.in eu.Si effeceris quod uis:donum dixit:ut a largo homine: præmiū ut ex facinore.Do.

Dono & condono ablatiuo caſui iungebāt ueteres:condono accuſatiuo. Terentius in eu. Habeo alia item multa quæ nunc condonabuntur. Idem in phor. Argentum quod habes condonamus te.Do.

Donum ex græco:quod illi Δωρον uocāt. F.

Dodrans dempto quadrante de uncia.V.

Dory oppidum ponticum: apud nos lanceam ſignificat.Tor.

Dorcades contra eoſdem æthiopes minores īſulæ ſunt domus:ut aiunt:aliquando gorgonum:ipſæ terræ promontorio: cui heſperuceras nomen eſt finiuntur : inde incipit frōs illa quæ in occidentem uergens mari atlantico abluitur:prima eius æthiopes tenēt mediam nulli. nam aut exuſta ſunt:aut harenis obducta:aut infeſta ſerpentibus. Exuſtis īſulæ appoſitæ ſunt:qs heſperidas tenuiſſe memoratur. Pom.

Doryophorus polycletus affinxit : quā ſtatuā ſibi magiſtrā ait fuiſſe lyſippus.Pli.li.xxxiiii. Polycletus ſycionius doryphorum uirilē puerum fecit:ideo dixit illum: quia hoc quoq; nomine uocatus eſt ille notatus:de quo Suetonius ait cōfitetur a doryphoro liberto uti etiam fuit ipſe ſporus ita ipſe denupſit.

Dorici dorienſes Altemene duce in Cretā uenerunt per tempora troiana:& contenderūt x.urbes tertiū genus hominum fuit qui cretam habitarunt:unde cretenſes dorici.

Doryphorus ſtipator ſatelles:& proprium nomen uiri:de quo Quinti.

Doryclus filius nothus priami ab Aiace interemptus:a Δορῦ & κλεοσ.T.

Doriſcus urbs littoralis thraciæ contra ſamothraciam:a dori nympha id mare cognominatum:& ibi magnus campus ubi xerxes cōnumerare noluit exercitum ſuum:unde Pli. dicit doriſcum decies centies. M.hominum capacem.T.

Dorus Neptūni filius:unde dori originem ducunt.Ser.ii.æneī.

Doris oceani filia ex tethy:quam Nereo fratri uxorem dedit: ex qua magnus nympharum

numerus:quæ amaritudo ĩterpretatur: quæ nereum.i.mare a νερος aqua ſequitur:unde pro mari. Vir.T.

Doria:& dorica nomina eiuſdẽ partis Achaiæ propinquæ Athenis: plato dori pro achiuis propter doricum:a quo exules reſtituti ſunt. Ser.a doro neptũni filio ex doria colonia in Aſia iuxta æoliam: ubi apud Lyndos elydos Camiros:Cos:Cnidos.T.

Dories populi doricæ iuxta æoliam.T.

Dorodoche filia orſilochi uxor Icarii.

Dorices populi ionum.Hero.

Drocoon pegaſi filius: Aeneæ ſocius: ab Agamẽnone interemptus.T.

Dortium uel dorcium nomen fœminæ diminutiuum adulationis amatoriæ gratia:a Δωρον quaſi dulce & amabile donum.T.

Dorſum neutra quoq; quædam etiam ſolent antiqui maſ.gen.proferre: uel econtrario:ut hic & hæc & hoc guttur: murmur: globus: quod etiam hoc glomus dicitur huius glomeris:hic fretus:etiam & dorſum huius fretus ꝓ dorſus:pro fretũ freti: & dorſum dorſi.Pri.

Dormitorium locus ubi dormitur. Lau.

Dorſa & terga hominum non alioꝝ animantium conſuetudo putat: cum etiam equarũ dici poſſit. Vir.geor.ii. Vndiq; iam tergo ferratas ſuſtinet orbes. Et.i.æne. Dorſum imane mari ſummo. No.

Dorſum dicitur quod pars ea corporis deuexa ſit deorſum. Fe.

Dorſum eſt durior harena: quæ remeantibus fluctibus & euntibus denſetur: & in modũ ſaxi dureſcat: ꝙ a nautis puluinus uocatur. Vir.in.x. Nanq; inflicta uadis dorſo dum pẽdet iniquo.Ser.

Dormitio. Var.ſexageſi. O ſtulta noſtri corporis dormitio uigilabis.& alio loco idẽ.Quid mihi ſomnus ſi dormitio tollitur. No.

Dotatũ non a dote dici:ſed ab omni qualibet copia.Ci.de ora.in primo.Autor eſt cuius artem cũ indotatã uideris:& incomutatã: & ĩcomptam uerborum etiam dote locupletaſti & ornaſti.No.

Dotes prædioꝝ: quæ græ.uocabulo eutychi appellanť:cũ nõ inſtructa legantur legatario non præſtanť. Vl.de inſtru.

Dotẽ manifeſtũ eſt ex græ.eſſe.Nã ΔιΔωναι dicitur apud eos dare.Fe.

Dos eſt cũ dať & accipiť: niſi enim acciperet dos non eſſet:& datione & acceptatione firmatur:nec poteſt uideri dictum id quod nõ ſit acceptum.Ter.i an.Dos Pamphile eſt decem talenta accipio:niſi accipio dixiſſet dos non eſſet. Do.

Draco de quo plura Pli.octauo. Et eodẽ teſte palmes emeritus pluribus induratus annis a tortuoſitatum ſimilitudiẽ puto: quia dracænа fœmina.

Drachma quidã dragma ex.xviii. ſiliquis.i.tribus ſcrupulis conſtat:& drachmon ſecundũ Iulium pollucem athenis numiſma:quod etiam bos dicebatur:quia boue ſignatus: ut ĩ legibus draconis cõperiſſe dicit: & fortaſſe ita ſenſit Home.vi.Qui taxat arma Diomedis nouem bobus glaucis centum talẽta cũ ea permutarent.

Drepanum urbs Siciliæ prope erycem montẽ dicta:uel a curuitate littoris: uel a falce a Saturno illic poſt abſciſſa uirilia cælo patri ꝓiecta:ubi nata eſt uenus. Quidam dicunt Iouem ſaturno abſcidiſſe uirilia.T.

Dreſus Troianus ab Eurialo in bello interfectus.T.

Dryadem quæ nunq̃ nubere ſolet ductam fuiſſe in uxorem a Fauno dea ſyluaꝝ.

Dryades nymphæ a quercubus:qa ſyluas habitare dicuntur.

Dryas theſſalus amicus neſtoris.T.

Drylon flu.dalmatiæ a ſcardo monte ſecũdũ Ptolemæum per myſiã in Danubiũ fluit.T.

Drymæ achiuoꝝ colonia.T.

Driopis prouĩcia a rege:quæ primo attica poſtea helles dicta.

Dryopes populi iuxta Parnaſum apollinẽ maxime uenerantes: quos Vibius phocenſes dixit. Vir.creteſq; dryopeſq;.T.

Druidæ religioſi Gallorum a quercubus dicti quia in ſyluis habitabãt diuini & humani iuris periti ſſimi: ideo ſemnotheos appellatos ideſt caſtos & uenerabiles propter ĩmanitatem ab auguſto interdicta a Claudio pœnitus deleta. T.

Dromos curſus & pro loco.Sueto. Dromorũ decurrit.T.

Druidas Galli habebant magiſtros ſapientiæ: hi terræ mundiq; magnitudinem & formã motus cæli & ſyderum:ac quid dii uelint ſcire ꝓfitentur: docent multa nobiliſſimos gẽtis clam & diu uicenis annis in ſpecu: aut in abditis ſaltibus unum ex iis quæ præcipiũt: in uulgus effluxit:uidelicet ut forent ad bella meliores æternas eſſe animas: uitamq; alteram ad manes.Itaq; cum mortuos cremãt ac defodiunt:apta uiuentibus olim negocio rum ratio etiã & exactio crediti deferebanť ad inferos:erãtq; qui ſe in rogos ſuoꝝ uelut una uicturi libenter ĩmitterent regio quam incolunt omnis comata gallia.Pom.

Dubis fluuius eſt: quem ex alpibus defluentẽ arar aſſumit:portatq; rhodanum. S.

Dubenos apud antiquos dicebať qui nũc dominus.Feſtus.

P

Dubiat dubitat.Fe.

eſt ab Eunoſte nympha eſt aqua educatum ferunt:ſpecioſus igitur ac iuſtus nominis ex modeſtia & ſeueritate laudes tulit:húc ad odina & coloni filia propinqua ſua amatũ fuiſſe ferunt.Sed cum eius libidinem conuitio retudiſſet:remq; ad fratres echenum leonté bucolum ad Eunoſti necem concitauerat: quod eum ſibi per uim ſtuprum intuliſſe in ſimulauerat:illi cum ſorori fidem adhibuiſſent adoleſcentem inſidiis de medio ſubſtulerunt:quo facto elieus illos in carcerem cõ iecit ochna pœnitentia ducta & uæhementer perturbata ſimul: & dolore qué ex amore capiebat liberari cupiens ſimul fratrũ miſericordia commota rem omné:ut geſta fuerat elieo indicauit:quam e ueſtigio elieus ad colonum detulit:eius iudicio ac ſentẽtia fratres quidem liberati ſunt: ochna uero ſeipſã præcipité dedit:ſicut myrtis anthedonia cãticorum poetria ſcriptum reliquit. Eunoſti uero templũ & lucus mulieribus: adeo ĩ acceſſus fuit:ut cũ ſæpenumero terræmotus: ac ſiccitates:aut imbres: aliæ deniq; tempeſtates ingruiſſent tanagræi accurate ac diligenter exquirant.nunquid mulier clanculũ: aut per imprudentiã templo appropinquaſſet:q̃q̃ nonnullos dicere conſtat: inter quos eſt Elidamus uir inſignis occurriſſe ſibi Eunoſtum lauandi cauſa mare petentem:quod mulier templum inuaſiſſet refert etiam diocles in libro de ſemideis tanagreo℞ decretũ de quibus Elidamus renunciauerat.

Euenticum alias Auenticum:quæ erat ciuitas & caput gentis heluetiorum non memorat Cæſar:ſed Tacitus.

Euoe uox græca & bacchantium caret aſpiratione.

Eucharíſticon nam ευχαριϛομαι ſignificat ago gratias.

Euphonia quam uocalitatem appellat Quintilianus melius q̃ Priſcianus qui appellat ſonoritatem:quæ de magno ſono dicitur:ſicut canoritas a canorus: quod eſt ſonantis cãtus

Eudiceon lineum filum: quod medici extremo inclyſterio relinquũt:per quod chymos emittitur.Feſtus.

Eucalegon mons eſt haud longe a ſygæo Troianorum promontorio.

Euclides geometra inſignis ex oppido Megaris iſthmo adiacenti:ſiue gelonus contemporaneus ſocrati.T.

Europa terminus habet ab oriente tanain: & mæotida:& põtum a meridie reliqua noſtri maris ab occidente atlanticum a ſeptentrione britannicum oceanum ora eius forma littorum tauci ad helleſpontum: qua rippa eſt dicta anis qua flexum paludis ad ponticũ re digit:ad quam propuntidi & helleſponto latere adiacet contrariis littoribus aſiæ nõ oppoſita nodo:uerum etiam ſimilis eſt:inde ad fretum nunc uaſtæ retractata nunc prominens tres maximos ſinus efficit:totidemque in altum ſe magnis fontibus euehit extra fretum ad occidentem inæqualis admodũ præcipue media:quæ procurrit ad ſeptentrioné niſi ubi ſemel iterũq; grandi acceſſu abducitur pene ut directo limite extenta eſt.

Euchariſtia bõa gratia dici poteſt:ex εὖ & χαρίσ.Tortelius.

Euhion nomen bacchi:ab εὐχή:ideſt uotum & precem:quaſi dignus uoto & prece:græce εὐιοσ:ergo euhius ſine c ſcribas:& illã Tortelii repudia etymologiam.

Eudamidas archidami filius: Algidis frater. Plutarchus.

Eudemonidas proprium nomen uiri: ab εὖ & Δαιμονίδησ: ideſt bene intelligens & diſcernens.

Eudora bonum donũ oceani & tethyos filia.

Euplea una ex inſulis in ſinu puteolano: dicta ab εὖ bene πλέω nauigo. nam nauigãtibus fœlix ſtatio eſt: propterea Papinius appellat eam nomen fœlix carinis.

Eumæus eteſii filius.

Eunuchus qué latine exectum & eiuratũ dicimus:q̃q̃ & ſpado alio nomine dicitur.

Euphranor pictor fuit.

Euphrates quære in tigris.

Eudoxus bene glorioſus: Δοξά enim gloria. Cnidus æſchynus filius:geometra & aſtrologus:medicus & legifer:audiuit Socraté & ægyptios ſacerdotes primus depræhendit annum:inde hipparcus:inde Cæſar.T.

Eudoxia bona gloria.T.

Eudon fluuius antiochiam alluit:a Thebaida ueniens:ubi pygmæos fuiſſe tradunt.

Eueltho rex ſalaminæ.

Euemenes uel nius cardianus uir clarus:clarior ſi par fortuna uirtuti charus philippo: de inde Alexãdro:de quo multa dicunt. T.

Eumeus ſubulcus:qui ulyſſem poſt longos errores in patriam reduxit.

Euellatũ uentilatũ:unde uelabra quibus frumenta uentilantur.Fe.

Eueriator uocat̃ q̃ iure accepta hæreditate iuſta facere defũcto debet:qa ſi nõ fecerit: ſeu qd in ea re turbauerit ſuo capite luat. Id nomé dictũ a uerrẽdo. Nã euernæ ſunt purgatiões quædã domus:ex q̃ mortuus ad ſepulturã ferẽdus eſt:quæ fit p euerrationé certo genere ſcopa℞ adhibito ab extrauerrẽdo dictarum. Feſtus.

Euerriculũ genus eſt rætis piſcatoris:a uerrẽdo dictum:uel q; trahatur:uel quicquid fue

rit piſcium nactū euerrat. Ad hoc. M. T. uerrinarum libro qninto de ſignis: quod nunq̃ uides huiuſcemodi euerriculum ulla in prouincia fuit. No.

Euēta cur nō euenta quoq; re℞ ac negociorū alia efficiunt in chaldæis: alia in gætulis: alia apud danubiū: alia apud pecidiū. Au. G.

Euentus bono℞ dicitur. Ter. in ecy. Nunc uidere ſæpe optabamus diem: cum ex te eſſet aliquis qui te appellaret patrē: euenit. habeo gratiam diis. Do.

Euenos fluuius eſt qui & lycorum.

Euganeus mons eſt Venetiæ: quem hodie incolæ dicunt Paduanum a Patauio.

Eugium media pars inter naturalia muliebria Lucil. in epodis hymnis. ſine eugio & inteſtina. Laberius in cētenaria. Quare tam arduū aſcendas: an concupiſti eugium ſcindere. N.

Euirare dicitur uirilitatē amittere & effœminare. Varro in marcipore. Spatulæ euirauit omnes ueneri uaga pueros. No.

Euireſcat. Varro in prometheo libro quindecimo. Atq; ex ſanguinibus dolore euireſcat colos. Nonius.

Aeuiternum ab æuo quod factum eſt æternū quod græci αἰων. Id ait Chryſippus eſſe: ab eo. Plautus. Non omnis ætas ad perdiſcendū eſt ſatis: hinc poetæ æterna templa cæli. V.

Eum antiqui dicebāt pro eorum: ab eo quod eſt is. Feſtus.

Eumenides furiæ infernales per contrariū q̃ſi non mites.

Eumelus admeti Regis theſſaliæ filius: ex Alceſti uxore. Tor.

Euphorſyne thalia & aglaia iouis & eunomies filiæ ueneris gratia boetii aiunt: Etœoclem primum gratiis ſacra inſtituiſſe in orchomeno: cuius rei meminerunt Strabo & Pauſanias nomina ab illo impoſita nō tenet memoria. Tres tamen fuiſſe affirmāt apud lacedæmonios Nero. duæ tantum erant athenienſes auxo hegemonia talloces Pandroſſo prīo gratias coluerunt Pamphos poeta: qui ante Homeri tempora cenſetur primus ī gratias carmen edidit Homerus: unam tantum gratiam putauit uxorem Vulcani Antimachus eas æolis & ægles dixit.

Euphrates ex maiore fundiť Armenia: ortum habet ſupra cirania ſub radicibus mōtis quē accolæ cabotē nominát hyrciæ ꝓximū huic ne currētibus aliquot in ſe amnibus in Meſopotamiā labiť per ſeleuciā circa quā infundiť tigri præfluētē dexteriore alueo babylonem petit quam permeat mox in paludes diſtrahiť increſcit Nili modo ſtatis diebus meſopotamiā inundat ſole obtinente uigeſimā partem ex cancri minui incipit Virginem & Leonem tranſgreſſo in totum remeat uigeſima parte uirginis uinominis.

Eurydice clumeni filia uxor Neſtoris: quæ ei peperit ſeptem filios: & unicam filiā deniq; erydice: & eurydice mater hæmonis: quæ ad tumulum antigones ſe necauit: ut ſcribit Apollodorus.

Euphorus ex chalcide fuit poeta elegiarū: unde chalcidicum carmen dixit Virgilius hūc imitatus eſt gallus.

Euocati erant iuuenes ex equeſtri ordine delecti qui manente uſu anulorū conſtituti ſunt ad cuſtodiam cubiculi Imperatorii loco militum. hi cum excubias præſtabant Bardica ueſte utebantur lanificio groſſiore prope ſimili bardoculo. heæ ueſtes male olebāt quoniam in his male cubabant: & inter ſordida miniſteria utebantur.

Eunuchos ā Perſis īſtitutos putāt ex captiuis. A babylonibus. n. alanicus antiquior exiſtit id habuiſſe. Ter. in eu. Eunuchū quē dediſti nobis: quas turbas dedit: figura ē archaiſmos Vir. Vrbē quā ſtatuo ueſtra eſt ſubducite naues. qua figura multū ueteres uſi ſunt. Nam quotiens uno noīe: aut pronomīe a diuerſæ declinationis enunciatione cōpræhenduntᷣ: neceſſe eſt quod alteri accōmodatum fuerit ab altero diſcrepare: ut quem dediſti: q̃s turbas dedit. Donatus.

Eumilus græcus fuit in bello troiano.

Eumonides thebanus. Plutar.

Euneus trium ſyllabarū: Iaſonis filius ex hypſiphyle thoantis filia regis.

Eunuchus uirilibus exectus.

Euocati milites ſūt: qui collecti ex diuerſis locis in exercitum coeunt: quod genus intelligit. Vir. ix. æneī. Mittitur & magni uenulus diomedis ad urbem qui petat auxilium. Hi autem non milites: ſed pro militibus appellantur. Vnde Salu. Neu quis miles non ꝓ milite. Item alibi. Ab his omnes euocatos & cēturiones. Seruius.

Euomam in eā omen hoc quod mihi ægre ē: apud Teren. in ecy. Bene euomā qui ægritudinē ſolet uomitus releuare. No.

Euonyus īſula ex æoliis in freto ſiculo. T.

Eupylis lacus ē galliæ ciſalpinæ: in quo ꝓgreditur lambrus fluuius in padū defluens.

Euproſepon promontorium ſyriæ non longe a ſydone.

Euphonia bona ſonoritas. Quintili. uocalitas melius licet græce εὐφωνεια ex duobus cōpoſitum ſit quod debemus æquare uel ſuperare ſi poſſumus. Tor.

Euphranor iſthmius ſtatuarius: de quo Plinius trigeſimotertio & trigeſimoquīto etiam optimis ſtudiis deditus. Tor.

Euphrates fluuius magnus:diuidit babyloniã in rubrum mare cadit.Tor.
Euphroſyna una ex gratiis: ut in charites uidimus ab εὐχραίνομαι lætor.Tor.
Euryale minois filia: quæ Neptũno Orionem peperit.Alia proeti regis.alia ex gorgonibus una.Tortelius.
Euphrepia decor:ex εὐ bonum:& πρέπον decens.Tortelius.
Euryalus dux ex peloponneſo ad Troiam miræ pulchritudinis.Alius apud Virgiliũ:alius hiſtrio.Iuuenal.T.
Eurybates ithacus:quem ulyſſes præconẽ habebat:qui cum talthybio ad Achillem ꝓ briſeida miſſus eſt ab Agamemnone.T.
Europa ad ſeptentrionem & aquilonem iacet Varro.
Europam tertiam orbis partem:ab europa Agenoris filia certum eſt appellari: ſed alii de amore Iouis in taurum uerſi narrant. Alii eã a prædonibus raptam: & nauem quæ Iouis tutelam tauri effigiem habuerit in eam regionem delatam eſſe. Quidam ob pulchritudinem regionis per ſimulationẽ raptæ filiæ occupatam terram ab Agenore & phœnicibus ferunt.Fe.
Eurotas fluuius laconiæ præterfluens lacedæmona:ſecundum Liuium ſacratus apollini: quia rippæ lauro abundant.Tor.
Euripus ſinus in ægæo mari inter Euboiam ĩſulam & boetiam ſeu phocidem in longum arctumq; productus: reciprocas agit uices. Ideo carinis infidum refunditur inter montes incontinenti & in inſulas.T.
Euribia nympha quæ ſtellas & luciferum genuit Heſi.in theo.filia aliſenis.Orphe.T.
Eurybiades unus ex ducibus Xerxis.
Eurytion faber argentarius:de quo Virgi.
Eurycratidas lacedæmonius apud Plutarchũ. Tortelius.
Eurydice orphei uxor ab Ariſtæo amata.Altera Climenii filia:Neſtoris uxor: ex qua ſeptẽ filios & filiam ſuſcepit.Tor.
Eurylochus Polybii filius fidiſſimus Vlyſſis ſocius.
Eurymachus Philegioꝝ Rex:qui teſte pherecyde thebas deſtruxit.Tor.ante cadmum.
Eurymedon prædæ cuiuſdã filius auriga ptolemæi cuiuſdam:pater periboiæ:ex qua Neptũnus nauſithoum patrem alcinoi peperit. Alter athenarum dux cum Demoſthene: de quo Iuſtinus.T.
Eurymone nympha oceani:& tethyos filia:uxor orchami:mater leucothoes:altera apollinis filia:quæ Talaoni peperit Adraſtum Regem argiuorum:& eriphylem Amphiarei uxorem.Tortelius.
Euripides tragicus clariſſimus:quia eo die natus eſt:quo athenæ cum Perſis in euripo bellum geſſerunt:de quo Gellius.T.
Euripus inter boetiam uel phocidem & euboiam alterno aquarum curſu ſepties in die: & totidem in nocte. Tor.
Eurypus herculis & Caſiopes filius regnauit ĩ Coo:augur peritiſſimus græcorum: non tamẽ ut calchas.Alter ex ormenio euaemonis filius:qui cũ quadraginta nauibus ad Troiam ſe contulit.
Euryon centaurus odi.xxi. qui cũ laphytis pugnauit.
Euryus Oechaliæ rex pater Ioles: inde eurytis patronymicum.Alter cẽtaurus ſcæuiſſimus de quo Ouidius ait.Tor.
Europa oceani & tethyos filia.Heſi.Altera Agenoris phœnicũ regis rapta a Ioue.Ouid.
Euſebii alias ſuſſuuii populi inter celtas finitimi andegauenſibus curioſolitis Venetis mariq; oceano Francorum regno ſiti.
Euſtatius potiuſquã euſtachius:proprium.
Euſtratius philoſophus:qui in ethicam Ariſtotelis ſcripſit.Tor.
Euterpe una ex muſis: ex εὖ bene: & τέρπω delector:quaſi bona ſit delectatio.T.
Eutyches nomen hæreſiarchæ.
Eutychides proprium: de quo Plutar.
Euthymedon philoſophus quidam per cõtrarium.
Euximius fluuius propontidis: quem ab euxino mari in quod effluit denominatum quidam uolunt.
Euxinus mare quod pontũ dicimus: ex εὖ bonũ & ξεῖνος hoſpitiũ:uel amicus quaſi bonũ hoſpitiũ:ſed per cõtrarium: quia in locis aſperis eſt:prius dictus axenus.Pli.T.
Euzonos ex εὖ & ξενή bonum cingulũ ſtrenuus: quoniam cinctos qui militãt dicimus inde præcinctos ſtrennuos:ut diſcinctos:inhabiles & inefficaces.Tor.
Exanclare exhaurire.Fe.
Exanclare eſt perpeti uel ſuperare.Ci.academicorum lib.iiii.Credoq; clitomacho ita ſcribenti:ut herculi quendam laborem exanclatum.& tuſ.lib.i. Quod cũ exanclauiſſet oẽs labores tum incideret ĩ mortis malum ſempiternum.No.
Exanclare ſignificat exhaurire.Plau.in ſticho. Næ iſte ædepol uinũ poculo exanclauit. Idẽ in penulo.Sæpe exanclatum merum citiſſime:Nonius.
Ex quoque modo quod extra accipitur:ut excludo:extermio:extorris:exlex:expex:exanimis:modo perfectum:ut explico:exeo: expedio:extirpo:modo intentiuũ:ut expleo:exoro:efficio:effundo:extendo.Pri.

Ex & ab præpoſitiones non unum ſignificāt. Nec enim unū eſt a theatro uenire:& ex theatro. A theatro enim uenire eſt a loco: qui ē iuxta theatrum. E theatro uero ex ipſo theatro: his præpoſitionibus cōtrariæ ſunt ad & in. Ser. in ar.

Examen eſt æquamentum & iudicii inueſtigatio examinatio & apum congregatio: uel locuſtarum. Fe.

Ex animo ut natura fert: figura epheſegeſis. nā ex animo eſt: ut natura fert: uidelicet ut fert naturalis ingenita actio. Do.

Examuſſim regulariter. Amuſſis eſt regula fabrorum: uel ut alii uolunt ferramētum: quo in poliendo utuntur. Fe.

Examuſſim dicitur examinate ad regulam: uel coagmentum. Eſt enim amuſſis regula fabrorum: quam architeti cum opus probant rubricaque illinunt. Plautus in amphitrione Si uera hæc loquitur hæc examuſſim eſt optima. Idem in milite. Ineſt in hoc amuſſitare ſua ſibi ingenua idoles: ideſt exanimata. Idē in menæchmis. Vt hanc rem uobis examuſſim diſputem. Varro. quare ſi diligens eſt ad amuſſim per me licet aſſumes teneo. Idem ī quæſtionum plautinarū libro tertio. Amuſſis eſt æquamen leuamentum: ideſt apud fabros tabula quædam qua utimur ad ſaxa coagmentata. Nonius.

Exagonem euectionem. Fe.

Exactum tranſcurſum præteritum. Vir. geor. libro tertio. At tribus exactis ubi quarta acceſſerit ætas. & in eodem. Exactis grauide tū menſibus errant. No.

Exanclari perfici. Pacu. in periboea. Nō poteſt menalippe hic ſine tua opera exāclari clauos Nonius.

Exanclari etiam ſignificat perpeti. Ennius in andromache. Male torquentis cum ærumnis illum exanclari diem. Actius in diomede Fere exanclauimus tyrannis ſcæuum ingenium atque inexecrabile. Idem in amphitrione. Tolerarem uitam cladeſque exanclarem impatibiles. Lucilius libro trigeſimo. Quantas quoq; modo ærumnas: quantoſq; labores exanclaris. No.

Exanimus & exanimatus hoc differunt. Hic enim timens: exanimus uero mortuus eſt. Virgilius primo æneidos. Exanimumq; auro corpus uendebat achilles. & exanimata ſequens impingeret agmina muris. Et Terentius in andria. Ibi tum exanimatus pamphilus bene diſſimulatum amorem & celatum indicat. Seruius.

Examen allegorice dicit non debere quæri ſingulari inditio acquirat. examen autem eſt lignum cuius medium haſta ad pondera adæquanda tenet.

Euſicheus nomen proprium: extat epigrāma his uerbis ſcriptum. M. Aurelius Euſicheus ſera uicelia ruſem: hanc ſedem uiui ſibi poſuerunt uno animo laborantes ſine Iuliano filiolo.

Eutymachus quem Homerus tradit ritu puellæ cultum ornatumq; inceſſiſſe.

Hexaphorum non niſi ditiſſimorum erat lectica ex ſex ſeruis geſtata. de hac Iuuenalis. & ſexta ceruice feratur.

Examen eſt lignum cuius medium haſtam ad pondera adæquanda tenet.

Exaſſe. i. in bonis uniuerſi patrimonii.

Exanimatus & exanimus differunt. Exanimatus enim eſt perturbatus & perterritus. Exanimata ſequens. Te. in an. Sed quid pamphilum exanimatum uideo. Exanimus eſt mortuus. Vir. Corpus ibi exanimum. Do.

Examen proprie filum eſt quo regitur. Virgi. xi. æneidos. Iuppiter ipſe duas æquato examine lances. S.

Exaudio quære in uerbo audio. Lau.

Exanclare effundere. Var. in eumenidi. Niſi patre materno ſanguine exanclando ulciſcerer Nonius.

Exactæ pecuniæ uerbū non ſolum ad ſolutionem referēdū eſt: uerū etiā ad delegationem. Ex bonis quæ bona exiſtimamus: plus mali capimus: cum aut amiſſuros non credimus: aut amittimus q̄ boni cum habemus. Do.

Excudere procudere: & incus ipſa a cudendo dicta ſunt. Fe.

Exciet excutiet. Fe.

Excidionem urbis a cædendo dictum manifeſtum eſt. Fe.

Excipuum quod excipiat: ut præcipuū quod ante capiatur. Fe.

Excuriari curia excludi. Var. Alponū ideo excuriant: quia nihil habebat. No.

Excordes concordes uecordes ex corde ſignificantiam ducunt. Cic. tuſ. Aut unde magna diſſenſio eſt: aliis cor ipſum animus uidetur unde excordes concordes uecordeſq; dicuntur. Nonius.

Excantare ſignificat excludere. Plau. in bachidibus. Nā credo cuius cor excantare poteſt. Lucil. ſaty. li. ii. Quæ ego nūc æmilio præcāto atq; exigo & excanto. Varro in eumenidi Vbi uident ſe cantando ex ara excantare nō poſſe deripere incipiunt. No.

Excogitare eſt per cogitationem inuenire idq; ad res tantum incorporeas pertinet.

Excogitare eſt cōſilii. Reperire uero fortunæ Oui. Tu non inuenta reperta es. Inuenire autem eſt ex cōſilio & caſu: ſiue corporeas: ſiue incorporeas reperire. Offendo idē fere quod

reperio. Nactus ſum pro inueni: ſiue repperi
Eſt præterea prius cogitare: deinde excogitare Non enim quicquid cogitat ſtatim & excogitat. Lau.
Exceſſit a uita: quære in uerbo decedo. Lau.
Exculpere eſt extorquere. Plau. ĩ ciſtel. In quæſtione uix exculpſi ut diceret. Lucil. ſaty. lib. ii. Nunc nomen iãq́ ex teſtibus ipſe rogãdo exculpo hæc dicam. Item uti exurienti leoni ex ore exculpere prædam. No.
Eſcam deſcentia iracũdia feruentia. Ci. tuſ. lib. iiii. Ludit ne ira excadeſcentia: odiũ: inimicitiæ: diſcordia. Idem in eodem.
Excandeſcentia: aut eſt ira naſcens & ſine modo exiſtens. No.
Exceſſis pro excedas: ut faxis pro facias. Te. in an. Caue quoq̃ ex iſtoc exceſſis loco. Do.
Exciſatũ laniatũ uulneratũ. Plau. ĩ ciſtella. Capillo ſciſſo atq; exciſatis auribus. No.
Excipere excuſare uel cælare. Plau. in aulu. nec parem tibi adeo cuius in dipiſtes: neque furẽ excipies. No.
Excipere manere. habere. Vir. geor. li. iiii. Ergo ipſas q̃uis ãguſti terminus æui excipiat. No.
Excipere dolo capere. Vir. Excipit incautũ patriaſq; obtruncat ad aras. Ser.
Excipere eſt ſeiungere ſeparare. Virgilius libr. viii. Ipſum illum clypeum criſtaſq; rubentis excipiam ſorti. No.
Excipere eſt ſuſcipere. Virg. æne. iii. Heu qs te caſus deiectam coniuge tanto excipit. M. T. in uer. de ſuppli. Filiorũ ſuorũ poſtremũ ſpiritum ore excipere liceret. No.
Excipere captare. Ci. de ora. li. iii. Quædã dari ex hac uita ad ptractandos animos hominũ & ad excipiendas eorũ uoluntates. N.
Excipit opprimit uel circũuenit. Vir. æne. lib. iii. Et ſcelerũ furiis agitatus Oreſtes excipit ĩ cautum. M. T. ad Pompeium lib. iiii. Quos ĩ ſepultos reliquiſſent eos: quos e mari propter uim tempeſtatis excipere non potuiſſent innocentes necauerint. Virg. in buc. Nonne ego te uidi damonis peſſime caprum excipiere inſidiis. No.
Excutere emittere. Vir. li. viii. Excuſſus aconteus fluminis in morem. No.
Excutere dicitur commouere. Virgil. libr. xii. Gaudentq; comantis excutiẽs ceruice toros Ci. li. ii. de offi. Explica atq; excute intelligentiam tuam. No.
Excutere excludere deiicere. Vir. iii. ænei. Excutimur curſu cæciſq; erramus in undis. Lucilius libro. xxx. Ipſo cum domino calce oẽs excutiamus. No.
Excutere eligere. Ci. in philip. li. ii. Iuuentutem omnem ex tota Italia excuſſimus. No.
Excidere in obliuionem dare. Vir. ænei. libr. i. Nec dum etiam cauſæ irarum ſæuiq; dolores exciderat animo. No.
Excidere cadere. Ci. in philip. li. ii. Excidãt Clodii cruenta arma de manibus. No.
Excidere diſſentire. Lucil. li. xxviii. Metuo ne fieri poſſit ego ab archilocho excido. No.
Excludere liberare. Luci. li. xxvii. Primum qua uirtute ſeruitutem excluſerit. No.
Excludere ſignificat eiicere. Te. in eu. Excluſit reuocat: redeam. No.
Excœlſitas. Ci. de offi. li. iii. Etenim magis ẽ ſecundum naturã excœlſitas animi & magnitudo. No.
Excipio inſidiis opprimo. Vir. ænei. Excæptũ triton ſi credere dignũ eſt. Inter ſaxa uirum ſpumoſa immerſerat unda. S.
Excubiæ & uigiliæ differũt: q illæ diurnæ ſũt uigiliæ uero nocturnæ. Ser.
Excubiæ diurnæ & nocturnæ: Vigiliæ tantũmodo nocturnæ. Lau.
Excuſare: quære in uerbo cauſari. Lau.
Excuſſor & emiſſarius: hic uocantur conſiliatores futurorum: quæ a magiſtratibus committuntur. Aſco.
Excipit pro incipit: cum præteſtatus ludicras uoluptates: neq; ſuis poematibus aſſuetas neque ante cœtum tam ſerum producẽdas excipit ſymachus. Ma.
Excretus ab excreſco. Vir. excretos hedos. La.
Excello legimus crebro apud ueteres: ut Cice. de repu. Excellũt inquit. Itẽ de orato. antecellunt & primo de diuinatione. Grachus præterea ſimiliter cohortationem conciliabula antecellunt: Verũtamen. M. æmilius cũ laude excellet omnes. Diomedes.
Exceptio dicta eſt quaſi quædã excluſio: quæ ĩterponi actioni cuiuſq; rei ſolet ad excludẽdum id quod intentionem condẽnationem ue deductum eſt. Replicationes nihil aliud ſunt q̃ exceptiones: & a parte actoris ueniũt quæ quidem ideo neceſſariæ ſunt: ut exceptiones excludant. Semper enim replicatio ic circo obiicitur: ut exceptionem oppugnet. illud tenendum eſt omnem exceptionem: uel replicationem excluſoriam eſſe. Exceptio actorem excludit: replicatio reum. Sed cõtra replicationem rurſus & deinceps multiplicãtur nomina: dum aut reus aut actor obiicit: ſane ſolemus dicere quaſdã exceptiones eſſe dilatorias: quaſdam peremptorias: utputa dilatoria eſt exceptio quæ differt actionem: ue luti exceptio pecuniatoria dilatoria eſt. Nãque dicit non licere procuratorio nomĩe agi non prorſus litem inficiatur: ſed perſonã eui tat. Vl. de ex.
Excæptiones: aut perpetuæ & peremptoriæ ſunt: aut temporales & dilatoriæ. Perpetuæ

atq; peremptoriæ ſunt:quæ ſemper locū ha bent:nec euitari poſſunt:qualis eſt doli mali rei iudicatæ:& ſi quid contra leges ſenatus ue conſultum factum eſſe dicetur. Itē pacti conuenti perpetui:ideſt ne omnino pecunia petatur:temporales atq; dilatoriæ ſunt:quæ non ſemper locum habent: ſed quæ euitari poſſunt.qualis eſt pacti temporalis.i. ne forte intra quinquēnium ageretur: procuratoriæ quoq; exceptiōes dilatoriæ ſunt:quæ nō ſemper locum habent: ſed interdum euitari poſſunt.Caius eodem titulo.

Exdorſua dorſum confringe.alii exime. Fe.

Exductæ exuuiæ.Fe.

Exdorſuare dorſo nudare.Plau.in aul.Tu macherio congrum muræ nam exdorſua quantum potes.Nonius Mar.

Exequor quære in uerbo obeo.Lau.

Exercitus eſt militum copia: & homo multis negociis exercitatus: ſed ſuperius quarti ordinis:hoc ſecundi eſt. Fe.

Exercirent ſarcirent.Fe.

Exercitionem exerciti dicebant antiqui: exercitationem exercitati. Item exercitionem ex ercitiſſimum:ſicut ab exercitato exercitatio rem exercitatiſſimum.Fe.

Exemplum eſt quod ſequamur: aut uitemus. Feſtus.

Exemplar equo ſimile faciamus: illud animo æſtimatur:illud oculis conſpicitur.Fe.

Exempla dicūtur noua & mira tormēta: quæ pro exemplis narrentur: aut quæ documēto ſint cæteris ne delinquant.Ter.in eu. Vterq; exempla in te edent:q̄q̄ dabūt exempla imago:collatio:ſpecies comparationis. Teren.in ecyra. Ad exemplum amborum mores earū exiſtimans.Do.

Exemplar & exemplum differunt. Exemplar enim eſt unde aliquid ſumitur. Exemplum quod ſumitur eſt.Do.

Exeſto extra exto:ſicut enim lictor in quibuſdam ſacris clamitabat hoſtis uictus mulier uirgo exeſto:ſcilicet intereſſe prohibebatur. Feſtus Pom.

Exequiæ dicuntur ab eo quod homines pom pam poſt ſequuntur.Teren.in an.Funus inte rim procedit:nos ſequimur.Do.

Exequiantur ex exequiis ut cōuiuāt & epulāt Varro in bimatico.Ipſum propter uix liberti ſemianimati exequiantur.Fe.

Exedra triclinium eſt: imo ſedile: ſicut cathedra.nam ſicut alterum a cata:ita alterum ab ex præpoſitione factum:& hedra.i.ſella.

Exedra.M:T. de finibus bonoꝝ & maloꝝ li. v.ſunt in ipſis locis iudicia ſummoꝝ uiroꝝ tamen ego moueor illa exedra.& de orato.li bro.iii.Tunc dedita opera quieſcētibus aliis in eam iam exedram ueniſſe: in qua Craſſus poſito lectulo requieuiſſet. No.

Exercere agitare uel commouere. Cicero li.i. de offi.Exercenda etiam eſt facilitas & altitu do animi. Virg.æneі.lib.quinto. Nate iliacis exercite fatis.No.

Exercere fatigare.Te.in adel.Sane ego te exercebo hodie ut dignus es ſilicernium. No.

Exercere inſequi. Virg.iiii.æn. Tū uos o tyrii ſtirpem & genus omne futurum exercere odiis.Nonius.

Exercere ſolidare. Salu.in iugur. Nabdalſa exercito corpore.Cicero tuſcula.lib.Equidem meos caſus in quibus me fortuna uæhemēter exercuit.No.

Exercere īponere īperare. Vir.geor.li.ii.Tum deniq; dura exerce īperia: & ramos cōpeſce fluentis.Plau.in amphi.Si in me exerciturus quæſo in parietem prius domes. N.

Exercere in meliorem uſum & fructū formare. Vir.geor.li.i.Exercetq; frequens tellurem atq; imperat aruis. No.

Exercitorius actionē ſignificat q exercet. La.

Exemplū eſt ex quo ſimile facimus.Quin.decimo.Sic litterā ductus ut ſcribēdi fiat uſus pueri ſequūtur:ſic muſici uocē dicentiū: pictores opera prioꝝ:ruſtici probatam experi mento culturam in exemplum intuent̄.Exemplar animo quoq; æſtimatur.Ci.de ora.li bro quinto. Illa oratio fuit mihi exēplar bene dicendi.Ponuntur & pro eodem.Cic.pro muræna.Domeſticum te habere dixiſti exēplum ad imitandum.& idem. Ad imitādum uero tam mihi propoſitum exemplar illud ē q̄ tibi. Cæteꝝ eſt ipſa res quā imitamur:aut deuitamus eſt exemplum:ut in Catone.Exēplaria multa ſunt ut unius exempli redditæ binæ litteræ.i.eiuſdē formæ: & duo uel tria exemplaria æneidos.i.multi codices eodem exemplo:& exemplar ab exemplari ſumitur non ab exemplo. Nam exemplum incorporale eſt quaſi forma:exēplar plaꝝq; corpora le.Cic.ad Appiū. Ex his litteris quaꝝ ad me exēplum miſiſti.& ibidē. Tum Plautus exēplar eius chirographi Ticio miſi hic de pagi na ſcripta intelligendum eſt: quod corporale eſt ille de ſententia:quæ in pagina cōtinet̄ uel potius ex pagina pcipitur.Ouidius tamē de triſtibus. Pluribus exemplis ſcripta fuiſſe reor.Reperitur etiam exemplarium pro exēplar.Plinius.Iuba hæc omiſit ī hoc tractatu: niſi exemplarium uitioſum eſt.Exemplū eſt etiam exornatio.Lau.

Exercitum nō unā cohortē: aut unā alam alitum:ſed numero multos militū. Nam exercitui præeſſe dicimus eum qui legionē: uel legiones cum ſuis auxiliis ab īperatore com

miſſas adminiſtrat.
Exercitus nomen ab exercitatione traxit.
Execrarent. Afra. in incendio experiurabāt execrabant ſe ac ſuos. Nonius.
Exerciti pro exercitus. Act. in armorum iudicio. In quo ſalutis ſpeſq; ſummas ſibi habent ſummam exerciti. Var. de uita patrum li. ſecūdo: quibus cum tempore fecerant fraetus ſine publico cōſilio dederūt hoſti quotquot Decius imperator propter exerciti ſalutē fœdis manibus deuouit. No.
Exerceo fatigo. Virg. in æne. Nate iliacis exercite fatis. Seruius.
Exequi pro declarare ac exprimere poſitū eſt. Cice. in epi. ad M. Var. Habeo multa occulti ora quæ uix uerbis exequi poſſum. Ser.
Exercitus quos exercitando fit melior. Var.
Exſit purgamentum: unde adhuc manet ſufficio. Feſtus Pompeius.
Exfiliati. i. extra ueſtimentū filio cōtextū. Fe.
Exſuti exſuſi: ut mertat pro merſat. Fe.
Exfundere a fundo auertere. Cecilius antipater libro ſeptimo. Reſpublica amiſſa exfundato pulcherrimo oppido. No.
Exgregie egregie ideſt egrege lecte. Feſtus.
Exhaurio finio termino. Vir. quarto æn. Heu quibus ille iactatus fatis: quæ bella exhauſta canebat. Seruius.
Exhaurio finio. Vir. ſecundo ge. Cui nūquam exhauſti ſatis eſt. Seruius.
Exhauſtant efferunt. Fe.
Exhorreo hāc rem idem quod expaueſco: poſtularq; ſemper accuſatiuum. Lau.
Exhibere apud prætorē os: ut ex autore eius ſignatores admoniti uenient ad recognoſcēda: ac ſi forte nō obtemperent teſtes. Labeo ſcripſit coerceri eos a prætore debere; in titulo ad exhibendum digeſtoꝝ pandectaꝝ decimo. Exhibere inquit Paulus eſt facere ī publicum poteſtatem uter qui agat experiūdi ſit copia. Subiungit Vlpianus in hac actione Nam actor debet noſſe & dicere argumenta rei: de qua agitur.
Exhibere negocium illud facere uel faceſcere negocium illi eſt labore uel moleſtia afficere frequenter per accuſationem. Nam negociū pro labore ſæpe accipitur. Cicero de natura deorum. Dii nec habent negocium ipſi: nec alteri exhibent. Quinti. ſi negocium innocēti facit. Idem: ſi innocentem reum facit inſectatur: & ad pœnam uocat. Lau.
Exhiberi inferri. M. T. de offi. lib. iii. Quod cū audiuiſſet adoleſcens filius negociū exhiberi patri. Ser.
Exhibere eſt qui præſtat eius de quo agit̃ præſentiam & corpus: ita exhibere eſt præſentiā corporis præbere. Ser.
Exibius uel exibiis liguribus dictus eſt ad reliquum latus maſſiliæ portus. Stra.
Exilis etiam a græco factum denominatiuoꝝ ſeruauit regulam. Pri.
Exitani in hiſpania ciuitas eſt eletanorum iuxta malam intra anguſtias ad fretum & calpen. Strabo.
Exhibere eſt facere in publico poteſtatem: ut ei qui agit experiundi ſit copia.
Exhibere eſt materiæ ipſius apprehēdendæ copiam facere.
Exhibere in publicum deducere: & uidēdi tāgendiq; hominis facultatē præbere: proprie autem exhibere eſt extra ſecretum habere.
Exhibet qui præſtat eius: de quo agitur præſentiam. nam etiam qui ſiſtit præſtat eius de quo agitur præſentiam: nec tam eum exhibet qui mutum: aut furioſum: aut infantem exhibet non poteſt præſtare uideri eius præſentiam. Nemo enim ex eo genere præſens ſatis apte appellari poteſt: ita apud Labeonē ſcriptum eſt. Pomponius de uerborū ſignificatione.
Exilium triplex eſt: aut certorum locorum interdictio: aut lata fuga ut omnium locorum interdicatur præter certum locum: aut inſulæ uinculum: ideſt relegatio in inſulam. Martianus de interdic. & re.
Eximendi uerbum generale eſt: ut Pomponius ait. Eripere enim eſt de manibus auferre ꝓ raptu. Eximere quoquo modo auferre: ut puta. Si quis non raperet quem: ſed moram faceret: quo minus in ius ueniret: ut actionis dies exiret: uel res tempore amitteretur uidetur exemiſſe quāuis corpus nō exemerit: ſed ſi eo loco retinuerit non abduxit: his uerbis tenetur. Pau.
Exiſtimatio eſt dignitatis illeſæ ſtatus legibus ac moribus cōprobatus: quæ ex delicto noſtro auctoritate legum: aut minuitur: aut cōſumitur. Minuitur exiſtimatio quotiens manente libertate circa ſtatum dignitatis pœna plectimur: ſicuti cum relegatur quis: uel cum ordine mouetur: uel cum prohibet̃ honoribus publicis fungi: uel cum plebeius fuſtibus cæditur: uel in opus publicum detur: uel quom in eam cauſam quis incidit: quæ edicto perpetuo infamiæ cauſa memoratur. Conſumit̃ uero quotiens magna capitis diminutio interuenit: ideſt cum libertas amittitur: ueluti cum aqua & igni interdicitur: quæ in perſona deportatorum euenit: uel cum eſt plebeius in opus metalli: uel in metallum datur: nihil enim referre: nec diuerſa eſt pœna operis & metalli: niſi quæ fugæ operis non mortis: ſed pœna metalli ſubiiciū tur. Pau.

Exiles exilia tenuitate uiariũ:quas græ.ĩ charis marrifica appellant:ita uidetur eſſe dicta. Feſtus.
Exilica cauſa quæ aduerſus exulem agiť. Fe.
Exitium antiqui ponebant pro exitu:nũc exitium peſſimum exitum dicimus. Fe.
Exinfulabat exercebat. Infulas enim ſacerdotum filamenta uocabant. Fe.
Exiſtimare dictum ab exiſtimatione. Fe.
Eximium inde dici cœptum aiunt: quod in ſacrificiis optimũ pecus ex grege exiſtimabať: uel quod primum eratnatum. Fe.
Exin exinde:proin & proinde dicimus. Do.
Exin metri cauſa pro exinde. Fe.
Exiurare & deiurare:ideſt ualde iurare:& deamare. Plau.in amphi. Exiuraſti mihi te dixiſſe per iocum. No.
Exigor pro a me exigitur. Cecil.ĩ excino. Ego illud minus nihilo exigor portuorium. No.
Exinanita euacuata. Siſen.hiſto.lib.iiii.Deniq; exinanitis caſtris Romani qui clauſi ſe loco potuerant expedire. No.
Exigere ui extorquere. Ci.de diuĩatione. Et cũ eſſet tritici modius ſextertiis duobus ꝑ frumento in modios ſingulos duodenos ſextertios exegiſſe. No.
Exigere inquirere uel perdiſcere. Virg.i.æneí. Quærere conſtituit ſociiſque exacta referre Nonius Marcellus.
Exigere eſt excludere. Plau.in aul. Itaq; oĩs exigit foras. Teren.in an. Spectandæ an exigendæ ſint uobis prius. Afra.fratris retinebitur uir ut uoluntate una probabilĩ prægnantem quod nõ exigat. Neuius ĩ danae. Indigne exigor patria innocens. Ci.in phil.li.ii. Claues adeunt foraſq; exigit. Lucil.li.xxvi. ueſtimentis frigus atq; horrorem exactuꝝ putet. No.
Exigere debitum repetere. M.T.ĩ epiſ. ad Caſſium. Sed non urgeo: lõgiores enim expectabo:uel potius exigam quando hercle ego te mere exigam. Nonius.
Exigere ſignificat agere. Plau. in captiuis. Soluenti dare:& tu cuius cauſa hanc ærumnam exigo. Vir.i.æne. Omnis ut tecum meritis ꝑ talibus annis Exigat. Teren.in ecy. Illicq; exopto ut relinquam uitam exigat. Luci.li.xxix. Cum cognoueris uitam ſine cura exiges. N.
Exigere facere cogere. Vir.ii.æne.quos improba uentris exegit cæcos rabies. No.
Exigere definire conſtituere. Virg.li.iiii.æneí. Decreuitq; mori tempus ſecum ipſa modũque exigit. No.
Exigere extra agere explodere expellere. Ter.ĩ an. Spectandæ an exigendæ uobis prius ſint Idem in ecy. Nouas qui exactas feci ut inueteraſcerent. Do.
Exigeret expelleret:quænam ratio eſt:cur mulierem tuam tam acerbam domo non exigeret. Au.G.
Exiſto & exto faciunt extiti:& ſignificant eminet & ſupereſt:primum cum motu:alterum ſine motu:ut illud ſic ꝓdit uel exurgit: hoc uero ſuperſtat. Ci.de diuinatiõe. Summerſus equus uoraginibus nõ exiſtit: de rebus quoque mẽtis dicitur exiſtere: ut idẽ exiſtit hoc loco quæſtio ſubdifficilis de extare. Virgili. Torpẽt mole noua & ſummis uix cornibus extant:inde dicũtur extare libri qui demortui non ſunt quaſi extra ſtare. Cice. Quæ ut ſcis extat oratio. Lau.
Exiſtimatio in malam partem. M.non ſolum exiſtĩatas ſed mulctatas quoq; a iudice mulieres refert non minus ſi unum in ſe q̃ ſi probum & adulterum amiſiſſent. A.G.
Exire manifeſtam habet ſignificationem. Te.ĩ eunu. Exi ſceleſte foras:ac etiam reſiſtis fugitiue. Nonius Mar.
Exire uitare. Vir.li.v. Corpore tela modo atq; oculis uigilantibus exit. No.
Exire erumpere. Virgilius libro ſecũdo æneí. Non ſic aggeribus ruptis cum ſpumeus amnis exit. Nonius.
Exigo exquiro. Vir.i.ænei. Quærere cõſtituit ſociiſq; exacta referre. Ser.
Exigo expello. Teren.in an. Spectandæ an exigendæ ſint. Seruius.
Exiles ſunt porci qui nati hyeme propter frigora qui matres aſpernantur propter exiguitatem lactis. Varro.
Eximium quod eximitur: eximias hoſtias dixit Vir. quæ ad ſacrificium deſtinatæ eximãtur a grege:uel ꝙ eximia ſpe numinibus offerendæ eligãtur ut quattuor eximios præſtãti corpore tauros. Ma.de ſa.
Exit pro euitauit. Virgilius noue poſuit: Corpore tela modo at oculis uigilantibus exit. Macro.de ſa.
Ex legibus uerbum ſic accipiendum eſt: tã ex legum ſententia q̃ ex uerbis.
Exoletus ab exoleſco adultum ſignificat adiectiuum. Plau. Reliqui domi exoletam uirginem:ſed ſubſtantiuũ ſcortũ maſculũ ſignificat:& præcipue iam adultum. Lau.
Exoleo exoleui:unde exoletus. Plau.in medico domi reliqui exoletam uirginem iã grandem quæ exoleuerat. Pri.
Exoche eminentia uel excellentia:quare catexochen per excellentiam interpretať. T.
Exochus eminens. T.
Exorciſmus adiuratio:ab ἐξορκίζω. T.
Exoletus qui adoleſcere.i.creſcere deſiit. F.
Exodium exitum. Feſtus.
Exodium non ab ωδῆ:& ideo nõ per œ: ſed ab ἐξοδιάζω:quod eſt erogo uel expendo.

Erogatio.Iuue.Notum exodium: ideſt conſueta contributio & erogatio : quæ ex ludis dicebatur.Suetonius: atellanico ex odio pro ximis ludis.T.

Exodiũ eſt finis a græ.tractũ:quaſi ἐξωτικὸσ Δον:ideſt extra uiam.Varro:cum in uinculis publicis eſſet:& iam bibiſſet in exodio uitæ.Itẽ eos puto uel peto uitæ curſum: ut co gnoſcere poſſem: & quæ ſeruitutis & libertatis ab origine ad exodium ductæ. Item in taphemenippo. Quod cœperas modo ĩ uia narra:ut ad exodium ducas.No.

Exoriri dicitur qui expectans ĩuadit aliquem. Ter.in ecy.Tu ſola exoriere quæ præturbas hæc tua ĩpudẽtia:exoriere ideſt exiſtas. Do.

Exoriri ſurgere.Fe.

Exomides ſunt comici ueſtitus exertis humeris.Feſtus Pom.

Exodium finem ſignificat:ut Pompe.interpretatur:& Varro affirmat.Varro:modo in uia narra ut ad exordium ducas.Exodia itẽ ridicula intexta uerſibus:quæ Iuuenes iter ſe iactitare cœperunt nolentes fabulas agere:ſed proprios uerſus componentes:ut ſcribit Liuius:ea ſunt inſerta fabulis atellanicis:partẽ igitur fabulæ ridiculis laſiuiẽtem exodium appellaret ἐξωτικὸσ ωτικὸσ quaſi extra cantilenam.

Exodium Liuius lib.vii.motis hiſtrionibus fa fabularum actu reſoluto ipſa inter ſe more antiquo ridicula ĩtexta uerſibus iactitare cæpit:unde exodia apellata conſertaq; fabulis potiſſimum atellani ſunt uſi.

Exordiũ eſt initium:unde & ueſtis ordiri dicitur:cum inſtruitur detexenda.Vir.iiii.æneí. Quoniã reginam ambire furentem Audeat affatu quæ prima exordia ſumat.Ci.i.hortẽ. Perge quæſo nec enim imperite exorſus. Lu cil.li.xxix.Verum triſtis contorto aliquo ex pacuuiano exordio. Ci.in timeo dicit.Facillimum autem eſt in omni conquiſitione orationis exordium.Varro in onos lyras: qui fabularum collocant exordia. No.

Exorbebo pro exorbeam.Plau.in epidico.Iam ego me conuertam in hyrundinem:atq; horum exorbebo ſanguinem.Turpilius in leucadia:Iam ego iſtã tibi triſtitiã exorbebo.N.

Exoluere expedire.Te.in ecy. Illas errore & te ſimul ſuſpitione exoluas.Do.

Exos dicitur ſine oſſe.Lucil.li.xxx.Exos & ex anguis tumidos perfluctuat artus.No.

Exornare ornare extruere ĩſtruere. Plau.ĩ aul. Repudium rebus paratis exornatis nuptiis. Vir.iiii.æneí. Pulchramq; uxorius urbẽ extruis.Ci.in tuſcula. Modo eſt aliqua patientia ſi nulla eſt quod exornamur philoſophia Nonius.

Exoticum aduenticium a græco. Plau.in muſtellaria.Non omnes poſſunt olere unguẽta exotica.No.

Exoticũ dicit̃ peregrinũ ueſtimentũ. Plau.in epid.Baſilicum aut exoticum.No.

Ex ordine ſine intermiſſione.Vir.iiii.geor.Septem illa totos perhibent ex ordine menſes: fleuiſſe.Ser.

Exorare impetrare.Vir.ii.æne.Hic elenus pri mum cæſis de more iuuencis exorat pacem diuum.Ter.in an.Gnatam ut det oro: uixq; id exoro.Ser.

Exoticus peregrinus & externus aduentitius: Plau.in muſtel. Nõ omnes poſſunt olere unguenta exotica.Ser.

Exoraui munus:ideſt orando impetraui:exoraui patrem: ideſt orando ĩduxi. La.

Exornare fœdare. Te.in heau. Ego ne ſi uiuo adeo exornatum:adeo depexũ dabo : ut dũ uiuat meminerit ſemper mei. No.

Exornare ornare.Ci.ĩ uer.de ſignis.ornat ample magnificeq; tricliniũ. Ter.in eu.Ita uiſus eſt dudum: quia uaria ueſte exornatus fuit. Ci.li.i.de ora.quin omnes eloquẽtes fuerũt: & orationem ſuam:& reipu. dignitatẽ exornabant. No.

Experrectus a corrigẽdo ſeuocatus:quod fere facimus recentes ſurgentes a ſomno. Fe.

Expreta antiqui dicebant: quaſi exptia habita Feſtus.

Expatare in locum patentem ſe dare:ſiue ĩ ſpatium ſe conferre.Fe.

Explorare antiqui pro exclamare uſi : ſed poſtea proſpicere & certum cognoſcere cœpit ſignificare.Itaque ſpeculator ab exploratore hoc diſtat:quod ſpeculator hoſtilia ſilentio proſpicit explorator peccata clamore cognoſcit.Feſtus.

Expapillato brachio exerto:q; cum ſit papilla nudatur.Feſtus.

Experitos imperitos.Fe.

Expectorant:pro ex pectore eiiciunt.Fe.

Experrectus eſt qui per ſe uigilare cœpit. Fe.

Expergitus ab alio excitatus: quẽ ſolemus dicere expergefactum.Fe.

Exporgere porro agere.Fe.

Expes ſine ſpe.Actius ĩ euryſa.Ille orbis expes liberũ medea exuli iter hoſtis expes expers. Nonius.

Expectorare eſt extra pectus eiicere.Actius in phœniſſis. Incuſãt ultro a fortuna opibuſq; oĩbus deſertũ abiectũ afflictũ ex animo expectorant.Idem in epigono . Eloquere propere:ac pauorem hunc meum expectora. Cicero de ora.li.iii. Tum pauor mihi ſapientiã omnem exanimato expectorat.No.

Expirare dictũ eſt a ſpiritu effuſo : uel a ſpira-

r

minibus.Lucil.lib.iii.Expirans animam pul
monibus æger agebat.Idem.xxvi.Vt illuuiẽ
ſacere per uentrem uel curationibus diſteto
corpore expiret uis.No.

Expediti & impediti ex una ꝓprietate habent
uocabuli cauſam:aut ex ſolutis pedibus: aut
ex illigatis.Siſen.hiſto.lib.iii. Inermes armat
ĩpeditos expedit ſine ullo ſuoꝝ uulnere cun
ctos interficiunt. No.

Exporrectum extentum. porrectum eſt enim
tentum:ideſt porro iactum.Var.in eu.Quæ
res in ſomnium decideris . eris
iterum experrectus.No.

Expapillato brachio: quaſi uſq; ad papillã de-
nudato.Plau.in milite.Idem connexũ in hu-
mero leuo expapillato brachio.No.

Experunt pro uoluunt.Pacu.in iliona.Dii me
&ſi perdiunt:tamen eſſe ad uitam experunt:
cum priuſquã intereo ſpacium ulciſcendi dã
nunt.Nonius.M.

Expalpare eligere.Plautus in penulo. Quid fa
ciam exora:blandire expalpa. Pomponius in
collegio.Si qd expalpare poſſum ab illo.Pla.
in aulu.Nunc ſeruus argẽtum a patre expal-
pabitur.Nonius.

Expergo pro expergeſacio.Actius in antig.He
us uigiles pro parte expergite pectora tarda
ſopore extergite:ſatra nunciis bacchis exem
plo excitæ uadit:quia genitrix & omnis uo-
cis expergite ſomno.No.

Expeto quære in uerbo appeto.Lau.

Explodere quære in uerbo complodere. Lau.

Exploratum eſſe quære in uerbo compertum
eſt.Laurentius Valla.

Expoſtulo eſt cum querela apud amicos req-
ro:& quaſi officium amicitiæ in alio deſide-
ro:ut Teren.in adel. Quam ipſi fecerunt ul-
tro iniuriam expoſtulant: Frequentius cum
ablatiuo.Lau.

Exponere per exempla boni oſtentare.Ci.in a
cademicis lib.ii.Frangere auaritiam : ſcelera
ponere:uitam ſuam exponere ad imitãdum
iuuentuti.No.

Expulſim dictum eſt a frequenti pulſu.Varro
in ſerta.peracte purgatum ſcito:quoniam ui
debis Romæ ĩ foro ante ianuas pueros pila
expulſim ludere.Nigidius in cõmento libro
trigeſimo. Cuiuſmodi genus aduerbiorũ ad
uerbii motu qua eueniturut pulſim curſim
Nonius.

Explorare eſt intentius obſeruare . Vir.lib.ix.
Necnon & trepidi tres formidine portas ex-
plorant.Marcus Tullius de officiis libro.iii.
Hac ui non utatur niſi exploratum quidem
habeat id omnino neminem unquam ſuſpi-
caturum.Nonius.

Explorare uerum inquirere. Vir.ænei.libro.i.
Exire locoſq; explorare nouos.

Explorare probare.Ci.in uerrem.acti.ſecunda
Tum in reliquis explorata quidem atq; pro
uiſa.Lucilius libr.uigeſimonono.Certũ ſcio
eſſe ita ut dicis nam mihi erant de illo explo
rata omnia.M.Tullius de ſenectute. Quis ẽ
tam ſtultus qͣuis adoleſcens:cui ſit explora-
tum ſe ad ueſperum eſſe uicturum.No.

Explorare ſiccare. Virgilius primo georgicoꝝ
Et ſuſpẽſa focis explorat robora fumus. No
nius Marcellus.

Experiri eſt pati ſentire. Virgilius primo æne.
Vos & cyclopea ſaxa experti. Terẽtius ĩ ecy.
Nam fuiſſe erga me miro ingenio expertus
ſum.No.

Experiri tentare. Virg.iiii.æneidos. Ne quid ĩ
expertum fruſtra moritura relinquat.Terẽ.ĩ
eunu.Omnia prius experiri conſilio q̃ armis
ſapientem decet.Lucilius lib.trigeſimo . Sũ-
matim tantũ experiar reſcribere paucis.Plau
tus in aſina.dignos indignos adire atq; expe
riri certum eſt mihi.No.

Experiri ſcire.M.Tullius in epiſtolis ad Brutũ
li.vii.His contraria atq; parata: ut eſſe ſoleat
expertus ſum. Vir.ix.ænei. Experto credite:
quantus in clipeum aſſurgat.

Expedire utile eſſe. Te.in heau.Expedit bonas
eſſe uobis:nobis quibus cũ res eſt nõ ſinunt
Lucil.lib.xxvi.Ego enim aut pueritiã ut me
amare expediat dictis.Te.in phor. Atq; ea ſi
poteſt uerba expedi.No.

Expedire liberari. Vir.ii.ænei. Flãmam iter &
hoſtis expedior.Te.in ecyra. Teq; hoc crimi
ne expedi.Siſen.hiſto.libro quarto. Funis ex
pediunt clauſtra foribus impoſita periclitan
tur.Nonius.

Expedire proferre. Virgilius primo æneidos.
Cereremq; caniſtris expediunt.M. T.in uer.
de ſuppliciis.Hominem proripi:atq; in foro
medio nudari ac deligari: ut uirgas expediri
iubet.Nonius.

Expedire colligere.M.Tullius ad Cæſarem iu
niorem libro primo. Cæteris autem generi-
bus tunc pecunia expedietur cum legiõibus
uictricibus:erunt quoq; ſtipendia perſoluen
da.Nonius.

Explere dicitur implere. Lucilius libro trigeſi
mo atque expleri bonis rebus ſaciariq; nun-
quam. Virgilius quarto georgicorum . Im-
probus illuuiem raniſq; loquacibus explet.
Nonius.

Explere minuere.Virgilius libro ſexto. Diſce-
dam explebo numerum rebarque tenebris.
Nonius.

Exponere extendere. Cice.de ſignis.Vocat ad
cœnam:deinde ipſe prætori exponit copias
ſuas omnes.No.

Exponere deponere. Virgil. ix. æneí. Socios de puppibus altis exponunt. No.
Exponere diſſerere. M. T. in phi. libro primo. Exponam uobis breuiter conſiliũ profectionis & reuerſionis meæ. No.
Expugnare quære in uerbo debellare. L.
Exprobrare quære in uerbo opprobrium. L.
Exponere abiicere. Ter. in heau. erat hic corinthia anus haud impura ei dedi exponẽdam. Nonius Mar.
Expoſitum ſubiectum. M. T. in uer. actione ſecunda. Cum tibi expoſita eſſet ad prandium omnis pamphilia. No.
Explanare manifeſtare exponere. Ter. in phor. quem amicum fuiſſe tuum ais iſtum explana mihi. Do.
Explicare oſtendere explanare. Cicero iu uer. de ſignis. Vitam alterius totã explicare. Idẽ de officiis libro tertio. Vt quædam ſibi concedantur: quo facilius quæ uolunt explicent Nonius Mar.
Explicare emittere extendere: quæ uirtus præter cæteras totam ſe ad alienas utilitates porrigit atq; explicat. Var. ſexq; ulyſſe: uias ſtelligeras æthereis explicans ære cauo ſonitum his ĩ cothurnis. Explicare exercere. M. T. de offi. lib. iii. Explica atq; excute intelligẽtiam tuam ut uideas quæ ſit mea ſpecies firma notio uiri boni. No.
Expectare ſperare. M. T. de officiis libro ſecundo. Fit enim deterior qui accipit: atq; etiã ad expectandam ſemper paratior. Virgilius primo geor. Sed illos expectata ſeges uanis eluſit ariſtis. Nonius.
Expectare deſiderare. Virgilius. Expectata uenis. Terentius in andria. Expecto quid uelis & deeſt ſcire: ut ſic. deſidero ſcire quid uelis. nam ſi tantum dixiſſet quid uelis nihil deſideraret expoſitione. Do.
Expectatio & ſpes differunt. Nam expectatio certorũ eſt. Spes incertorum: & expectatio ꝓpinquarum rerum. Spes longinquarum. Expectatio deſtinat tempus. Spes non deſtinat. Expectatus etiã dicitur odioſus & moleſtæ uitæ. Nam filiis parentes aut amabiles ſunt: aut expectati. amabiles boni: expectati mali. quorum mors in dies ſingulos expectãda & exoptanda eſt. Expectamus ante diem. Speramus ad diem: unde auidior intelligitur ille qui expectat: q̃ ille qui ſperat. Terentius ĩ adel. Potiuſquã ubi te expectatũ eieciſſet foras. Donatus.
Expectare experiri. Idem ĩ phor. Ita eum expectarem: & expectare ſperare. Ci. in catil. quid expectas? Donatus.
Expectare & ſperare differũt. expectamus enĩ tam bona q̃ mala. ſperamus bona. Teren. in an. Atq; expectabam quidem cõtinuo præter ſpem euenit. Do.
Expectare eſt a deo poſcere. No.
Expectare transferre euadere. Plau. in amphi. Sua ſi quid pro culpa expectare mortalẽ: ut ſinat. Nonius.
Expectare accipere. Plau. in amphi. ergo expectant multa iniqua. Nonius.
Expleri & ſaciari habent differẽtiã. Expleri eſt tãtũmodo plenum eſſe: ſaciari ſupra modũ. Lucre. libro ſexto: deinde animi in gratiam naturam paſcere ſperatque expleri bonis rebus: ſaciarique nunquam. Cicero de republica libro ſexto. Graues enim dominæ cogitationum libidines infinita quædam cogunt: atque imperant quæq; expleri ac ſaciari nullo modo poſſunt eos quos illecebris ſuis incenderunt. Nonius.
Exprobratio eſt cõmemoratio beneficii cum enumeratione factorum. Do.
Expuere eſt cum faſtidio aliquid deiicere & expellere. Nam expuere eſt ex: ideſt extra pus mittere. Pus enim eſt omnis humor corpori oneroſus. Terentius in eunu. Illam ubi expueret miſeriam. Donatus.
Expiſcari eſt diligentiſſime quærere ubinã piſces lateant. ergo tractum uerbum a piſcatoribus. Ter. in phormione. Proinde expiſcari: quaſi non oris. Donatus.
Expergiſceret pro expergiſceretur. Pomponius in agamẽnone. Suppoſito nequis miretur cum tam clare conuenit: ut ſi quis dormitaret expergiſceret. Nonius.
Expalpabitur pro expalpabit: quod eſt extorquebit. Plau. in aulu. Seruus a patre argẽtum expalpabitur. Nonius.
Exprobrat qui cõmemorat quæ præſtitit: opprobrat qui opprobrium obiicit: hoc eſt uitium. Caper.
Expungo emitto foras: tractum a militibus q̃ expuncti dicuntur: dum foras e militia mittuntur. Cornutus in Perſium.
Expugno uero expunxi diximus. Pri.
Expergiſcor quod a pergo eſt experrectum facit: quis uetuſtiſſimi expergitus dicebat. Lucilius lib. iii. E ſomno pueros cum mane expergitum clamas Celius: & ſi ego obdormiero tute ipſe ubi eris experrectus.
Exponere diſſerere. Ci. in philip. libro primo. exponam uobis breuiter conſilium profectionis & reuerſionis meæ.
Exploratores qui ſecreta nunciant hoſtibus ꝓditores ſunt: capitis pœna luunt.
Expugnatur nauis cum ſpoliatur aut mergit̃: aut diſſoluit̃: aut percũdit̃: aut funes eius excidantur: aut uela conſcindunt̃: aut anchora inuoluitur de naui.

Experientia uſus non doctrina. Virgilius primo georgicorum. Atq; apibus quanta experientia parcis. Ser.
Exploro delibero. Vir. primo æne. Tuus eſt regina quod optes explorare labor. Ser.
Explodo eiicio uitupero. Ci. primo offi. ariſtonis pyronis & erilli iampridem exploſa ſententia eſt. Ser.
Expleri ſic diſtinguitur a ſaciari: ut expleri tantummodo plenum eſſe: ſaciari uero ultra modum. Lucili. libro ſexto: expleri bonis rebus ſaciari nunq̃. Ser.
Explicauit Ci. dicere maluit: q̃ explicuit: quia iucundius ad aurem cõſpectiuſq; quod eſſe iã uſitatius cœperat. Verba ſunt hæc ipſius in oratione quã de imperio Cn. Pompei habuit. Teſtis eſt Sicilia q̃ multis undiq; cinctã periculis non terrore belli: ſed conſilii celeritate explicauit: ac ſi explicuit diceret imperfecto & debili numero uerborũ ſonus clauderetur. Aulus G.
Expenſum ferre eſt ſcribere: & pecuniam dediſſe. Aſ.
Exquiria ludi quos Romulus Marti inſtituit: per equorum curſum: qui in campo martio exercebatur. Feſtus. Vel equiria ab equorũ curſu. eo enim die currunt in campo martio ut inquit Varro.
Exquirine iuſiurandum per quirinum. F.
Exquiſitum. Varro. i aiace. Stramentitio ac re æger medicos exquiſitum ut conualeſceret. Nonius.
Exquilinæ ſecũdæ regionis: alii has ſcripſerũt ab excubiis regiis dictas. Alii ab eo quod ex cultæ a Rege Tullo eſſent. Var.
Exquiliæ duo mõtes habiti: quod pars ceſpes mons ſuo antiquo nomine: etiam nunc ĩ ſacris appellatur. Varro.
Exquilinus lucus Romæ fuit ſub monte qui oppius dicitur.
Exqlinus eſt ceſpius mons ſepticeps apud ædẽ iunonis lucinæ: ubi æditimus haberi ſolet. Varro.
Exthodus æque eſt mæſie fluuius.
Erogare eſt ex lege ueteri aliquid eximere per nouam legem. Feſtus Pom.
Expes dicitur quaſi ſine ſpe. Actius in euryſa. Ille urbis expes liberum medea exuli iter hoſpes expes expers. No.
Exquirunt noue poſitum a Vir. Pacemq; per aras exquirunt. Macro. de ſa.
Extra dicta quod ea diis præſecẽtur: quæ maxime extant eminentq;. Fe. Pom.
Exter quoq; inuenitur. Statius in. xi. Sed quid apud tales qs nec pignora ſua cura exter hoſtes. Ex quo Vir. in. iiii. ænei. Extera quærere regna. Pri.
Extimus quoq; pro extremus antiqui dicebãt Pli. in ſexto natu. hiſto. Duchium canuſium Apuliæ extimum. Pri.
Exterior extremus uel extimus. Plaut. in truculento. Bona perdidi mala repperi: factus ſũ quaſi extimus a uobis. Pri.
Extingo extinxi cuius ſimplex ſtinguo raro ẽ in uſu. Virg. iiii. ænei. Cum genere extinxem meme ſuper ipſa dediſſem: pro extinxiſſem protulit. Cicero tamen in arato. ſtinguẽs participio uſus eſt: quod a uerbo ſtinguo naſcit quem neq; tempeſtas pertinet: neq; lõga uetuſtas interimet: ſtinguens præclara inſignia cæli. Idem paſſiuum eius uerbi in prognoſticis protulit. Vt cum luna means hyperionis officit uerbi ſtingũtur radii cæca caligine tecti. Priſcianus.
Extricata expedita liberata. Hora. li. car. cerua plagis extricata. Acron.
Extimum extremum ſignificat: ita ut intimo ſit contrarium. Fe. Pom.
Exterraneus ex altera terra. Feſtus Pom.
Exterricineus quoq; dicitur is qui ante tẽpus natus: uel potius electus eſt. dictus autem exterricineus ut q; eum nexter exterrita aluo eiecit. Fe. Pom.
Externus ex alia terra. Fe.
Extorris dicitur extra terrã uel termĩos. Actius in euryſace. Nũc per terram uagus extorris regno exturbatus mari. Turpil. ĩ lemniis. Neq; durare poſſunt: ita hæc inſcitia atq; dementia facit extorrem. Salu. ĩ iugur. Sicuti uidetis extorrem patria domo inopẽ & cooptum miſeriis effecit. N.
Exterminatũ eſt extra terminos miſſum. Lucil. li. xxix. Non rediret ad ſe atq; illam exterminare miſeram. M. T. de officiis lib. iii. Atq; omne genus peſtiferum: atq; impium ex hominum cõmunitate exterminandum eſt. N.
Exterrebrare ẽ uel aliquid extorquere & ſcrutari & curioſius quærere. Plau. in aſtraba. cũ curioſius loqueretur terebratum quidẽ pertundit. Nonius.
Extundere eſt extorquere uel inuenire. Afra. ĩ epiſtolis. Itaq; adeo extundo exofficio datur mihi cuſtodiendus. Virgi. in georg. Vt uarios uſus meditando extunderet artes. Paulatim. Nonius.
Extinguere inter & opprimere ĩtereſſe uoluit. Tul. de amici. ut ſit maius opprimere q̃ extĩguere. Primum danda opera eſt: ne qua amicorum diſſidia fiant ſin tale aliquid euenerit ut extinctæ potius amicitiæ q̃ oppreſſæ uideantur: quaſi quod extinguitur poſſit reclamari: quod opprimitur non queat. No.
Extiſpices propriẽ haruſpices dicti ſunt quod extra aſpiciãt. Actius in medea. Principio ex-

tiſpicium ex prodigiis congruens ars te arguit. Varro in ſerano. Te in conſulem mihi pedum cedere ſubſidio & hoſtia:ſed extiſpici diſputanti relinquo.
Extrariū quaſi alienū. Afra. inſuſpecta ut me eſſe in hac re ductat abs te extrarium.No.
Extrarium ab extráneo ſic diſtiguit᷑. extrarius q eſt extra focū ſacramētū: iuſq; ſit extraneus ex altera terra quaſi exterraneus. F.
Extrahunt pro exibunt.Afra.in actio.Simul limen intrabo illi extrahunt illico.No.
Exterritum pauefactum ſignificat. Virgilí.v. æne.plauſumq; exterrita pennis.dat tecto in gentem.Varro ī eumenidibus. Videmus populum furiis inſtinctū tribus diuerſum ferri exterritum formidine.No.
Exterritum accenſum inflāmatum.Vir.geor. libro tertio.Sæuit agris aſperque ſiti: atq; ex territus æſtu.No.
Extollere differre. Cecil.in plocio. Abi intro atq; hæc aufer: tamen hodie extollet nuptias.Nonius.
Extundo ſtudioſe reperio.Vir.i.geor.Vt uarias uſu meditando extunderet artes.
Extemplo illico:& eſt augurū ſermo.tēplū enī dicit᷑ locus manu deſignatus in ara:poſt quē focum illico captant᷑ auguria.Virg.æneí.Ex templo æneæ ſoluunt᷑ frigore mēbra. S.
Extemplo eſt uerbum augurū qui uiſis auguriis extemplo ſurgebant.Ser.
Extendere egredi.Fe.
Exterminauit ut cōterminauit dementē fecit Catul.Ha miſeria aſſiduis quam luctibus exterminauit ſpinoſa eritina ferens ī pectore curas. Nonius.
Extorquere & torquere differūt. Torquemus enim hominem.extorquemus ueritatē.Te.ī adel.Immo hercle extorquere.Do.
Extimare unde eximias pecora dicuntur quæ a grege accepta ſunt ad uſus dominorū ſuorum ut uberius paſcāt᷑. Sed ꝓprie eximii ſūt porci maiores:q ad ſacrificandū excepti uberius paſcant᷑:& boues qui ad hoc electi ſunt egregii dicunt᷑ & oues lectæ. Vir.Mactant lectas de more bidentes. Ter.in ecy.ut eximiū neminem habeam.Do.
Extrudere proprie dicitur q manibus expellit & eſt uerbū neceſſitatis. Teren.in ecy.Eo amante inuitum Pāphilū extrudit pater: nūc tranſlatione utitur cū dixit extrudit.Do.
Extrema linea. Quīq; lineæ perfectæ ſunt ad amorem:uiſus:colloquium:contactus: oſcula:coitus. Donatus.
Extillare eſt gutture exponere & extillare ipſū corpus guttatim finiri.Teren.ī phor.Lachrymis ſi extillaueris.Do.
Exui eſt exolui. Vir.ii.æne.Suſtulit exutas uinclis ad ſidera palmas. No.
Exui nudari.Vir.v.æn. Magna oſſa lacertoſq; exuit.Nonius.
Exui liberari.Lucil.li.xxx. Vnde domum uix redeat uixq; hoc exuat ſe. No.
Exuere deponere.Vir.æne.li.iiiii.Et ſi qs precibus locus exue mentem. No.
Exulo duobus modis dicit᷑: & de loco in quo exul eſt:& de loco in quo eiectus eſt.Teren.ī eunucho.Nam domo exulo.Do.
Exultare ſæuire.Marcus Tul.de republi.libro quarto.Quæ ſanguie alitur:quæ omni crudelitate exultat:ut uix hominum acerbis funeribus ſatietur.No.
Exultare eſt geſtu uel dicto iniuriā facere. Lucil.lib.xxx.Quin totum purges de bella ſiue decueras exultes ſollicites.Vir.v.æne. Exultantiaq; haurit corda pauor.No.
Exultare cum iactantia gloriari. Virg.x.æneidos. At medias inter cædes exultat amazon Marcus Tullius in horten.Imbecillis autem eſt pudoris magiſter timor qui ſiquando ab errauerit:ſtatim ſpe impunitatis exultat. Et de ſenectute.Hannibalem iuueniliter exultātem patientia ſua molliebat.N.
Exultare ſupra modū exilire & efferri.M.Tullius de repu. Eſt igit᷑ quiddam turbulentū ī hominibus ſingulis:quod uel exultat uoluptate uel moleſtia frangitur.No.
Exuuias & ſpolia nō ſolum hominum tegmina:aut ueſtes dici poſſe Virgilius auctor eſt libro ſecundo georgicorum dicens de ſerpēte. Cum poſitis nouis exuuiis nitiduſq; iuuēta uoluit᷑.Lucretius. Nam ſæpe uidemus illorum ſpoliis uere uolitantibus auctas. No.
Exuerint ſilueſtrem animum Virgilius dixit noua ex cogitatione intellectus. Macrobius de ſatur.
Exuuiæ ab exuendo dictæ. Fe.
Exules dicuntur extra ſolum. Virgilius tertio georgicorum. Longeque ignotis exulat oris & ſequētibus.Et ſtabula aſpectans regnis exceſſit auitis.Nonius.
Exurigo fames.Varro in taphemenippo. Vbi iubet ire accubitum accedo ſtrennuus ſublimus quod exurigo fundebat coſtas. Nonius Marcellus.
Enygmate thebano idem par monſtrum thebano enygmati.
Enygma thebanum propoſuit ſpinx oedipo: quis eſſet qui prins quattuor pedibus mox duobus: poſtremo tribus reſpondit œdipus eſt hominem:autor eſt Diodo.

Latinæ dictiones: grææ uero per ph. ut phyrne phalanx faleræ facile. Caper.
Faberis: hic & farfarus dicit. fluuius ſabinorum eſt:& corrupte faber nūcupatur a pluribus
Fabam nec tangere nec nominare diali flamini licet quod ea putatur ad mortuos pertinere. Nam & lemuaribus iacitur laruis & parentalibus adhibetur ſacrificiis:& in flore eius luctus litteræ apparere uidentur. Fe.
Fabacia carneam deam: quæ uitalibus præeſt. templo ſacrauit antiquitas: cui pulte fabacia & latitudo ſacrificatur: quo diis maxime rebus uires corporis roboretur. nam & Kalendæ Iuniæ fabariæ uulgo uocantur:quia hoc menſe adultæ fabæ diuinis rebus adhibentur. Macrobius.
Fabellæ. Marcus Tullius de finibus bonorum libro quinto. Libenterq; ſe cum his cōgregāt dantq; ſe ad ludendum:fabellarūq; auditiōe ducuntur. No.
Fabitronem fautorem. Lucil. li. xxi. Fabitronē tibi me amicum amatorem putes. Nonius.
Fabulæ a uerbo fari:ut tragœdiæ & comœdiæ dicta. Varro.
Fabula eſt in qua nec ueræ nec uериſimiles res continetur:quia nec argumenta comœdiarum fabulæ ſunt:& tamē ueriſimiles: ut apud Terentium. Populo ut placerēt:quas feciſſet fabulas.
Fabianus fornix inquit Pedianus:arcus eſt iuxta regiam ſacra uia Fabio Cenſore conſtructus:qui deuictis allobrogibus nominatus ē ibiq; ſcuta eius poſita pp ē.
Fabula ſiue comica: ſiue tragica quinq; actus habere debet. Aſco.
Februarium menſem dicauit Numa Februo deo:qui luſtrationem potens creditur. Macrobius de ſatur.
Fabre quære in ciſtella. Ful.
Fabros tignarios dicimus non eos duntaxat qui tigna dolarent:ſed omnes qui ædificarent.
Faceſſere ſignificat interdum facere: ut ē iuſſa faceſſunt. Interdum uero pro abire ponitur. Pacu. Faceſſite omnes hinc & abite. Fe.
Faceſſere eſt facere. En. in annali. libro primo. Hæc affatus ubique latrones dicta faceſſunt Afra. in imis. Multa atq; moleſta es potiri:ut dictis faceſſes. Virg. iiii. æne. Imperio læti parent ac iuſſa faceſſunt. No.
Faceſſere ſignificat recedere. En. ī eume. Dico uiciſſe Horeſtem:dico hinc faceſſite. Titin. ī gemi. ut aliquis ueſtrorum nunciet gemino ut res ſuas procuret ædibus faceſſat. Pacu. in teucro. Te repudio nec recipio nec dico faceſſe. Item. Faceſſite hinc omnes parūper tu mane. Cicero de legibus lib. primo. Pauliſper faceſſant rogemus. Afra. in liberto. Nolo hic te uideat dominus eſt puer faceſſe hinc. Plautus in rudente. Siquis ſis impudicus hinc faceſſas. M. T. in horten. Faceſſant igitur oēs qui docere nihil poſſunt:quo melius ſapiētiuſq; uiuamus. No.
Faceſſere facere & producere duas res ſignificat. Ter. in phor. Hæc hinc faceſſat:& huc te fac:dicitur pro huc accede. Do.
Facem in nuptiis in honorem Cereris præferebant:aqua etiam ſpargebatur noua nupta:ſiue ut caſta:puraq; ad uirum ueniret: ſiue ut ignem atq; aquam cum uiro communicaret. Feſtus.
Facetus eſt qui facit uerbis quod uult. Ter. in eunu. Facete laute lepide: & dicta & prouerbia:& adagiones quod rem agant facetis hominibus aſcribuntur. Donatus.
Facere apertam habet ſignificationem: facere rem diuinam religionibus exhibere. Plau. in aulu. Mulſi congialem plenam faciam tibi fideliam. Vir. in bucco. Cum faciam uitula pro frugibus ipſe uenito. No.
Facere aliquando eſt recipere:ut facere ſtipendia.
Facere inde facinus. facere enim quis & homicidium dicitur. Commerui minoris culpæ ē Peccaui multo minoris & leuioris. Terētius in andria. Quid feci:aut cōmerui pater. Donatus.
Facere fingere inuenire ī hoc differunt. Fit quod uerum eſt. Fingitur quod falſum. Inuenitur ne temere fiat. Terentius ī andria. Facite fingite inuenite. Donatus.
Facere oportere etiam hanc ſignificationē habet:ut abſtineat quis ab eo facto:quod contra conuentionem fieret & curare ne fiat.
Facere uerbum omnem omnino faciendi cauſam complectitur dandi uindicandi ambulandi.
Facere & īcipere differūt. Facimus mediocria: Incipimus magna. Do.
Facere rem diuinā religionibus exhibere. Virgilius in buccolicis. Cum faciam uitula pro frugibus ipſe uenito. Et Cicero pro Muræna. Nolite a ſacris patriis Iunonis ſoſpitæ cui omnes conſules facere neceſſe eſt domeſticum:& ſuum conſulem potiſſimum auellare. Seruius.
Faceſſo frequētatiuum eſt uerbum. Virgilius æneidos quarto. Imperio læti parent & iuſſa faceſſunt. Ser.
Faceſſo a facio diſcedere ſignificat. Teren. Hic nunc faceſſit.
Faces quid eſt quod nec plures nec pauciores ſed quinq; tantūmodo in nuptiis accendūt:

quas cereos appellant:an illud eſt quod Varro prodidit Impatores tribus uti ſolitos eſſe in ædilibus plures adhiberi.moris eſt autem ut ab ædilibus qui uxores ducũt:faces accẽdant:an quod cum plurimis in rebus numeris utantur: cum in cæteris melior ac profectior ſit:& ad nuptias impar numerus cõuenientior atq; aptior habebatur. Par enim numerus & interuallum ſuſcipit:& eius paritas aduerſat̃ ac pugnat.Impar uero omnino ſcindi non poteſt. Sed ſi diuidatur ſemper aliqd cõmune relinquit. Ex omnibus uero imparibus numeris quinarius potiſſimũ nuptialis eſt. Tria enim primum imparis locum tenent:duo uero paris:ex quibus tanq̃ ex mare & fœmia quinarius cõmiſcetur numerus an illud magis ꝗ cum lux generatiõis ſignũ ſit:mulier uero non pluris q̃ quinq; uno partu natura poteſt edere.Iccirco totidem utũt̃ facibus:an ꝗ deos quinq; precari eos putãt: qui matrimonio cõiungunt̃ Iouem adultũ Iunonem adultam:Venerem ſuadellam:& ĩ primis dianam:quam etiam in partu & doloribus mulieres inuocant.

Facibus cur utantur in nuptiis:quære in dictione nuptiis.

Faciem totius corporis formam:ideſt os poſuit antiquitas prudens: ut ab aſpectu ſpecies: & a fingendo figura:ita a factura corporis facies.Plautus in pœnulo.Sed earum nutrix:q̃ ſit facie mihi expedi:ſtatura non magna: corpore aquilino ipſa eſt.Pacuuius.Nupta ætate integra:feroci ingenio:facie procera.Saluſtius libro ſecundo.Sardinia in aphrico mari facie ueſtigii humani in occidentem q̃ in orientem latior.N.

Faceſſas ideſt recedat ſuadeo in conuiuiis in q bus lætitiæ inſidiatur: ita uerbis ſtomaticis ideſt occultis deluſiõibus: & facetis dictis faceſſas.Seruius.

Facinus factum.Saluſtius in catil.Qui aliquo negocio intenti præclari facinoris: aut artis bonæ famam quærit.Terentius in heau.Nõ ſit ſine periculo facinus magnum & memorabile.Marcus Tullius de offi.lib.tertio.Pro miſſum potius non faciendum q̃ tætrum facinus admittẽdum fuit.& de ſenectute.Nullum deniq; ſcelus:nullum facinus eſſe:ad qđ ſuſcipiendum non libido uoluptatis impelleret.Nonius.

Facinus rurſum ſcelus.Salu.in catil.Sed in cõiuratiõe fuit Quin.Curius haud obſcuro loco flagitiis atq; facinoribus coopertus. Marcus Tullius de offi.libro tertio. Ab hoc nulla fraus aberit: nullũ facinus. Nonius Marcellus.

Facio æſtimo.Ci.ad.C.Cæſarem.Eius libertũ apollinium: iam qui cum uiueret ipſe & magnifaciebam & probabam.Ser.

Facio te certiorem:non certum dicimus: neq; ago.Virgilius uero metri cauſa dixit.Anchiſem facio certum remque ordine pando. Itẽ facio tibi gratum:facio ludos: rem diuinam ſacrificium:ſolennitatem:iacturam:damnũ: naufragium non ago. Quintilianus: In portu naufragium fecimus.Item feci fugam pro fugi.Feci timorem ideſt timui: Feci iter:feci uiam. Copiam rerum noſtrarum poteſtatẽ: non egi uel dedi:feci lucrum: non acquiſiui lucrum:feci urinam:ſtercus non emiſi. Item facio tibi iniuriam contumeliam. Item afficio te iniuria:contumelia:afficio te moleſtia non autem facio tibi moleſtiam. Feci ſermonem potiuſquã habui: habui orationem nõ feci.Laurentius.

Facies ĩgenitus cuiuſque rei aſpectus haud facile mutabilis modus & factura:non os tantum ac genæ: quod Græci προσωπον uocant:ut enim ab aſpectu ſpecies: a fingendo figura:ita a faciendo facies:ut egregia litterarum facies:& mõtis facies: ut etiam Plautus in pœnulo:pro totius corporis coloriſq; habitu poſuit.Sed earũ nutrix qua ſit facie mihi expedi:ſtatura non magna corpore aquilino ipſa eſt:ſpecies uenuſta: ore atque oculis pinguis.

Facio ad corpus. Vultus ad animum refertur atque uoluntatem. Vnde deſcendit a uolo uultum ſupino ãtiquo. Inde uultus mœſtus iratus.Inde ſuperficies non diſcrepãs a facie: ut facies maris hominis illud quod primũ ĩ tuemur in homine:dicimus tamen confuſe: fædata facie:fædato uultu.Lau.

Facies antiqui dicebant ut fides. Fe.

Facies ideſt ſpecies. Vir.vi.æneí. Quæ regꝫ facies o uirgo effare.Ser.

Facies ſimilitudo. Virgilius ſecundo georgicorum.Nec pingues unam in faciem naſcunt̃ oliuæ.Ser.

Facies huius facies declinabant antiqui: ſicut dies huius dies. Virgilius. Libra dies ſomni quæ pares ubi fecerit horas.i. libra diei ſomniq;. Similiter dicebãt fames famii: pernices pernicii:progenies progenii:luxuries luxurii acies acii:dies dii. Virgilius. Munera lætitiãque dii.i.diei.Au.G.

Faciunt notũ eſſe non diffitebere:quod ad diẽ xii.Kalendas ianuarias. Herculi & Cereri faciunt ſuæ prægnante panibus mulſo. Macr. de ſaturna.

Facitur quoq; & facio pro fit protulerunt auctores:ut Hora.in tinico.Sine me hercle purgant:& deorum cura non ſatis facitur reſpublica.Titin.in quinto. Conſiliũ bonũ gratia

paruifaciant: faceſſit quoq; Ci. pro Cluentio protulit. Sed hoc polliceor oībus: ſi cui forte hac lege negocium faceſſit. Vnde igit ī plærisq; uerbis compoſitis actiuum eſt: ut facio perficio & proficio. Pri.

Faciundum: legendum: ſcribendum: dicēdū: uigilandum: totum hoc neceſſitati ſemper adiungitur. Teren. in eu. Faciundum fuit. Do.

Facilis exorabilis ad ignoſcēdum paratus. Virgilius quarto georgicorum. Et faciles uenerare napæas. Ser.

Facilis & clæmens in hoc differunt: q facilis ē cuius ira cito ſoluit. Clæmens q nō iraſcit. Te. ī adel. Re ipſa repperi facilitate nihil eſſe homini melius neq; clæmentia. Do.

Facile & ferme aduerbia ſunt exiſtimatiōis & confirmantis: & ferme pro facile ponit: & facilitatem ſignificat. Terentius in and. Fidelē haud ferme mulieri inuenias uirum. i. liquido & manifeſto. Et facile p certo ueteres dicebant. Ci. illius ciuitatis facile princeps ferme aduerbiū eſt feſtinantis. Terentius in andria. Iam ferme moriens. Do.

Facile pro non dubie ſuperlatiuum deſiderat: ut facile utiliſſimus. Comparatiuum quoq; & nomina ſignificantia diuerſitatem: ut facile diſſimilis: & cōpoſita a præ: ut facile præſtat. Laurentius.

Factio & factioſus initio honeſta uocabula erant: unde adhuc factiones hiſtrionū & quadrigarioꝝ dicūt. Modo autē nomine factionis ſeditio & arma uocant. Fe.

Factio dicit maloꝝ conſenſus & conſpiratio. Salu. in catil. Inter bonos amicitia: inter malos factio. No.

Factio item ſignificat opulentiam: abundātiā: & nobilitatem. Sed iam metuo hercle cæſo: ne nimis ſtulte fecerim: qui ex tanta factione aut opibus ea ſum auſus aggredi. Plautus in aulu. Iſtas magnas factiones. Idem ī trinūmo. Veſtras cum noſti factiones atq; opes. Turpilius in tranſylione non uilitate factiōe fræ tus interdicere. Cecil. Famam filium occultabat factio. Nonius.

Factio eſt diuiſio ciuium in diuerſa ſtudia: cū aliqui principes in ciuitate fieri conātur: inter quos eſt æmulatio qui factioſi dicuntur ciuium quiſq; multitudinem ad ſe trahens: conſilioq; qui dicuntur clientes. Seditio uero a ſeorſum ſedendo uel eundo. Virgil. hoc ſcribens ait. Ac ueluti magno in populo cū ſæpe coorta eſt ſeditio. Dicitur ſeditio i exercitu: in claſſe: in ſchola. Lau.

Factio eſt diuiſio ciuium in diuerſa ſtudia īter quos æmulatio eſt: qui ciues & factioſi dicūtur: ac trahentes ad ſe per has nephaſq; multitudinem clientum.

Factioſi ab una faciendo: ſic ab una agendo actioſi dicti. Varro.

Factioſus q factionem amat. Lau.

Factor non dicitur: ſed auctor. Lau.

Factum iri audio illi iniuriā: factum iri audio contumeliam: dictum iri uulgo quod ita dici uulgo. Et is nunc etiam figuram iam ī mediam loquendi uſus. Iccirco exemplis ſuperſedeo. Sed contumelia illi uel iniuria factum itur: paulo eſt remotius. Exemplum igit ponemus. M. Cato pro ſe cōtra. C. Caſſiū. Atq; euenit, ita quirites: ut in hac cōtumelia: quæ mihi propter huiuſmodi petulantiam factū itur rei quoque publicæ medius fidius miſerebar quirites. Sicut autem contumeliam factum iri ſignificat ad contumeliā faciendam operam dari: quo fiat cōtumelia: ita factum itur caſu tantum mutato. Idem dicit Aulus Gelius.

Facul antiqui dicebant & faculter. unde facultas & difficultas uidēt dicta: ſed poſtea facilitas morum facta eſt facultas rerum. Fe.

Facul pro faciliter: huic cōtrarium eſt difficul. Lucil. libr. vi. Peccare impune rati ſunt poſſe & nobilitate facul propellere iniquos. Pacu. in teucro. Nos illum interea proficiendo ppitiaturos facul remur. Afra. in acti. Haud facul ut ait Pacuuius: fœmina inuenietur bona. Actius ī meleagro. Erat uirile iſtuc ferre aduerſam fortunā facul. Varro in bimarcho Quod utrum ſit magnum an paruum facile an difficul. N.

Facundi ad hæc eandem uocem qui facile fantur facundi dicti. Varro.

Faciēdi uero reddendi etiā cauſa continet.

Fatur is homo qui primū ſignificabilē emittit uocem: ab eo anteq ita faciant: pueri dicant infantes: cum id faciūt iam fari: cum hoc uocabulorum a ſimilitudīe uocum pueri: ac fatuus fari id dictum. Varro.

Faciundū puto ut paucis rationem noſtri cōſilii demus. Ci. inqt fuit quod faciēdū putauit & factū. Quintil. q ſi nemo miratur poetas maximos ſæpe feciſſe: ut principiis opeꝝ ſuorum muſas inuocarent. Hic uero aliud eſt quod facit: aliud autē propter quod facit cōmitto ſicut differunt ponitur.

Facto opus eſt: fieri opus eſt: dici opus ē: & dicto: pugnari opus eſt & pugnato: p facto dictu pugnatu. Quomodo. n. īfinita rē uerbi ſignificant: ſic hæc participia p īfinitis uerbis ponūtur: & ſignificāt paſſionem. Supina in u magis ſignificant nominatiuo iunguntur: ut nec dictu facilis: nec uiſu effabilis ulli. Virgilius. Statius uero cum uerbo iunxit: quem tunc uenientem limine primo expectat.

Fælis cata eſt: licet alii eſſe aial: quod uulgo fui

nam appellāt.Ci.tuſcu.li.v. Aegyptiorum morem quis ignorat: quorum imbute mentes prauitatis erroribus: q̄uis carnificinam prius ſubirent:q̄ ibi aut aſpidem:aut fælem:aut canē: aut crocodillum īmolent.

Fæcelmus Siciliæ fluuius eſt pelloro iunctus: & Dianæ templo conterminus.

Fagus arbor glandifera:antea quidem homīes glandibus ueſcebāt:ſed cum ph ſcribitur:qa græcum eſt:nec eſt ut fama fuga fur.Ser.

Fagutal ſacellum Iouis:ī quo fuit fagus arbor: quæ Iouis ſacra habebatur.Fe.

Fagutal a phago, unde etiā Iouis fagutalis: qđ ibi ſacellum.Varro.

Falacer deus quidam pater pomorum.

Falarica telum maximum.Virg.in.xi.Sed magnum ſtridens cōtorta falarica uenit.Fulminis icta modo.En. Quæ ualidæ ueniunt falarica miſſa.Et dictum hoc genus teli a falis ideſt turribus ligneis.Nonius.

Falarica genus teli miſſile quo utūť ex falis.i. ex locis extructis dimicantes. Fe.

Falcones dicti quorum digiti pollices intus ſunt curuati:a ſimilitudine falcis. Fe.

Falces & harpagæ armorum genera murorum oppugnationibus apta.Siſen.hiſto.li.iiii. Falces iniectas cōminuūt puteos collatis harpagis prius deiiciunt,mittunt e turribus. Nonius Marcellus.

Falces a farre littera cōmutata. hæ ī campania ſeculæ a ſecando: & a quadam ſimilitudine: harum aliæ falces fœnerariæ: aliæ adoreæ:aliæ dumariæ:quæ & ſcirpicule: quibus ſecāt dumeta.Varro.

Falernus regio ē Cāpaniæ uini fertilis.Acron.

Falernus ager.Liuius li.xxii.Caſtris ad uulturnum amnem cōmutatis Aſdrubalē cū equitibus in agrum falernū prædatū dimiſit uſq ad aquas ſinueſſanas. Eſt autē ager falernus: qui a Caleno oppido ad Caſilinū:ideſt caſtellucium protenditur. Liuius uero agrum falernum a Campano diuidere uidetur.

Falerium promontorium eſt Corcyræ inſulæ ex quo in mare protenditur ſcopulus quem a ſimilitudine Vlyſſis nauē fuiſſe dixere ueteſti.

Falernum.ʃQuid in Italia utenſile non modo nō naſciť:ſed etiam non egregium non fit: quod far cōparandum Campano:ʃquod triticum apulo:ʃquod uinum falerno:ʃquod oleū uenafrano:ʃnon arboribus cōſita Italia ē: ſed ut tota pomariū uideať.Varro.

Falæ turres ſunt ligneæ.Ennius libro quinto decimo.Malos diffundunt:fiunt tabulata falæque hæ ſunt. Et Cicero:quod apud ueteres propter ſpectatores e lignis erigebantur. Nonius.

Falæ dictæ ab altitudine:a falēdo: quod apud hetruſcos ſignificat cælum. Fe.

Faleratus honeſtus atq; ornatus. Terentius in phor.Adeo te eſſe negociantem atq; impudentem Phædria ut faleratis dictis ſeducas me:ſed cum ph ſcribendum:quia græce phalara.ʃDonatus.

Falerii oppidum eſt in mediterranea Thuſcia. falerios pergentem quidam eſſe faliſcos propriis ſermonibus ciuitatem poſuerunt: aliq eam ſinfaliſtum appellant in uia flaminia iacentem.Strabo.

Faleri oppidum a fale dictum.Fe.

Faliſcum oppidum eſt in mediterranea Thuſcia.Quidam faliſcos gentem per ſe eſſe aiūt Strabo.

Fallere exurgere.Varro in menalippa.Tam eū ad quem ueniunt:& hoſpitium lac humanū falleſſe.Nonius.

Faleræ ſunt bellica ornamenta. Salu.in iugur. bello.At ſi res poſtulāt haſtas uexillum faleras alia militaria dona. & Virgilius æneidos libro nono.Euryalus faleras ramnetis & aurea bullis cingula:ſed cum ph ſcribe: ut iam dictum.Nonius.

Fallam pro fallaciam.Neuius in decuriis.ʃMe non uocabit ob eam rem hanc feci fallam. Nonius.

Faliſcorum oppidum hodie montem Flaſconem nominant in Hetruria.

Fallarica telum eſt ingens torno factum: habens ferreum cubitale: & rotunditatem de plumbo in modum ſperæ: & in ipſa ſummitate dicitur etiam ignem habere affixū:ʃhoc autem telo pugnatur de turribus: quas phalas dici manifeſtum eſt.Iuuenalis. Conſuluit ante phalas delphinorumque columnas. Ergo a phalis dicta ſunt phalarica ſicut a muro muralis.Sane phalaricam. Et Lucanus dixit neruis mitti tortilibus:quod quandam machinam:ut hunc tortilibus uibrata phalarica neruis obruat. Virgilius uero ait. Turnū manu iaculari potuiſſe. Vnde Ennius libro nono.Sed magnum ſtrident contorta phalarica uenit fulminis acta modo.No.

Fallaci loquentiæ. Marcus Tullius de finibus bonorum & malorū libro quarto.Quæ diligentiſſime contra Ariſtotelē dicunť a chryſippo ex ea difficultate ille fallaci loquentiæ Nonius Marcellus.

Falſius & falſior cū rationabiliter dici poſſunt non tamen conſuetudine.Feſtus.

Falſum quid ſit quæritur & uidetur id eſſe falſum:ſi quis chirographum alienum imitaretur:aut libellum uel rationem itercidat: uel reſcribat:non qui alias in computatione uel ratione mentitur.Pau.de falſis.

Falſum tutorem eum uere dici qui tutor non eſt. Paulus reſpondit: ſiue habenti tutorē datus eſt: ſiue non: ſicut falſum teſtamentū: qđ teſtamētum non eſt: & modius iniquus: qui modius non eſt. Pau. de uer.

Falſum habuit pro fefellit. Salu. in iugur. Neq; ea res me falſum habuit. Nonius.

Falſæ litteræ & falſæ monetæ: quæ ad fallendum cōfictæ ſunt ſub eius imitatione cuius nō ſunt. Plinius libro. xxxiii. Miſcuit æri falſæ monetæ. Et libro. xxx. Qui ſuper cætera ſcelera falſas etiam litteras ſigno adulterino T. Quintii ſignatas reddiderunt regi. Et iterum. Maximæ falſæ litteræ. T. Quintii urgebant dicuntur litteræ fallaces: quæ mēdacio fallant. non imitatione falſa: ut Liuius libro viii. Fallacibus litteris circa latium nomēq; uolſcum miſſis.

Falſus animi pro animo ueteres dicebant: & īgens uirium pro uiribus: & diues opum pro opibus. Virgilius: Dies opum ſtudiiſq; aſperrima belli. Terentius in eunucho: ut falſus animi eſt. Donatus.

Falſus. Virgilius primo georgicorum: Solē qs dicere falſum audeat. Salu. Multos mortales falſos fieri coegit. Ser.

Falſum & fallacia propterea dicuntur ꝙ fando quem decipit: ac contra id quod dixit faciat. Itaq; ſi quis te fallit in hoc non proprio nomine fallacia: ſed tranſlatio: ut a pede noſtro pes lecti. Varro.

Falſum uanum & fictum differunt. Falſum eſt quo tegitur id quod fieri non poteſt. Vanū quod fieri non poteſt. Fictum quod non eſt factum: quod fieri potuit. Vel falſum eſt fictum mendacium ſimile ueritati. Vanū nec poſſibile nec ueriſimile. Fictum totum ſine uero: ſed ueriſimile. Falſum loqui mendacis eſt. Fictum callidi. Vanum ſtulti. Falſum loqui culpæ eſt. Fictum uirtutis. Vanū uecordiæ. Falſis decipimur. Fictis delectamur. Vana contemnimus. Terentius ī eunucho. Sin falſum aut uanum aut fictum continuo palam eſt. Do.

Fama a fando dicta eſt. Fe.

Fama ſpes pro futuri nomine. Virgi. iiii. ænei. Nos munera templi quippe tuis ferimus famamq; fouemus inanem. No.

Fama eſt rurſus infamia. Virgilius quarto georgicorum. Neque enim ſpe famaque mouētur. Vnde & famoſus dictus eſt infamis. Terentius in adelphis. Maledicta fama meum amorem & peccatum in ſe tranſtulit. Plautus ī aſina. Qui me miſerum fecit fama flagitiis tuis. Lucil. lib. primo. Quin optimus ille iure tantum pater huius & famoſus fuit: utrinque primo adoleſcens poſterius clareſtius ſe. Turpili. in epidi. Quæſo omitte ac deſeri meretricē quæ te ſemel macta eſt: ſemp ſtuduit perdere detegere diſpoliare opplere te a deo fama ac flagitiis. M. T. de repu. li. iiii. Atque etiā ſiqua erat famoſa & cognatio ſæculum nō ferebat. Salu. in iugur. Is poſtꝗ largitionē regis famoſam īpudētēq;. Neuius deſubito famā tollūt ſiquā ſolū uidemus in uia. Nonius.

Fama a fari: hinc famoſus & famigerabilis. V.

Fama eſt opinio ſecundū conſuetudinē. Virgilius. iii. æn. Fama uolat pulſum regnis ceſſiſſe paternis Idomenea ducem. No.

Fama atq; rumor pars altera conſenſum ciuitatis: & uelut publicū teſtimoniū notat. Alteram ſermonem ſine ullo certo auctore diſperſum: & cui malitia initiū dederit: īcremētum credulitas: ꝙ nulli non etiam continentiſſimo poſſit accidere fraude inimicorū falſa uulgantium. Quintil.

Famoſam infamen. Ci. de ora. li. ii. Non pol inquit audeo. nam me ad famoſas uetuit mare accedere. No.

Famoſus pro infami Turpi. ut famoſa mulier quæ noſcitur impudica. No.

Famelicoſam terram paluſtrem uocabant. Feſtus Pompeius.

Famelicus a fame & edēdo dictus: quaſi fame dicus. Dona.

Familia antea in liberis hominibus dicebatur quorum dux & princeps generis uocabatur pater & mater familiæ. Vnde familiæ nobiliū Pompeioꝝ: Valerioꝝ: Cornelioꝝ: & familiares ex eadem familia: poſtea hoc nomine famuli etiam appellari cœperunt: permutata i in u littera. Fe. Pom.

Familia uarie accepta eſt. nā & ī res & ī ꝑſonas deducit̃. In res ut in lege. xii. tabulaꝝ his uerbis. Agnatus ꝓximus familiā habeto. Terē. ī heau. Decem dieꝝ uix mihi eſt familia. in ꝑſonas aut natura: aut iure ſub unius poteſtate ſubiectus uti filios nepoteſq;: & deinceps ſeruitutes quoq; appellare familiam. Fe.

Famino dicito. Feſtus.

Familiaris romanus priuatus. Fe.

Familiariter ferre: ideſt grauiter & moleſte. Terentius in an. Huius mortē tam fert familiariter. Nā quæ nobis ſunt familiaria: ſunt aio noſtro chara. Dona.

Famuli origo ab oſcis depēdet: apud quos ſeruus famul nomīabatur. Vnde & familia uocata. Feſtus.

Famulant̃ pro ſeruiūt. Mar. Tul. de repub. lib. iii. Eſt enim iniuſtæ ſeruitutis: cū hi ſunt alterius qui ſui poſſunt eſſe: cū hi aut famulātur. Et de offi. lib. iii. Quam hi ſeruitutis famulatus: & ſeruientis uoluptati. No.

Famulitas eſt ſeruitus. Actius in Andromada. Nã poſtq̃ famulos uos oppreſſit famulitas. Pacu. in atalãte. Quas famulitas: uis: ægeſtas fama: formido: pauor: Nonius.

Famulanter pro ſuppliciter. Acti. in tereo. Denunciat mane natum ſemel affare & famulãter pete. Nonius.

Famulicium dum multa narrãt: unus e famulicio euangelium adeſſe nunciat.

Famul famulus. Ennius libr. ix. Mortalẽ ſummum fortuna repente reddidit ſũmo regno famul: ut optimus eſſet. No. Mar.

Familiæ appellatiõe omnes qui in ſeruitio ſũt continent̃ unius ſeruus familiæ appellatiõe non continetur: nec duo quidem familiã faciunt.

Familiæ appellatione & ipſe princeps cõtinet̃ fœminarum liberos ĩ familia earum nõ eſſe palam eſt. Quia qui naſcunt̃ patris non matris familiam ſequunt̃.

Fana ꝙ fando conſecrantur. Fe.

Faneta Orpheus dixit ſolem. i. a lumine: atque illuminatione. Fe.

Fauiſcæ id eſſe cellas quaſdã & ciſternas: quæ in area ſub terra eſſent: ubi reponi ſolerẽt ſigna uetera: quæ ex tẽplo eſſent: & alia quædam religioſe donis conſecratis fauiſas eſſe dictas cellas quaſdam & ſpecus quibus æditui capitolii uterentur ad cuſtodiẽdas res ueteres & religioſas. Aulus. G.

Faunus deus agrorum & ſyluarum. Horatius libro carminum. Niſi faunus iuturus dextra leuaſſet. Acron.

Faunus quidam incubum dicunt. Horatius libro carminum. Lucretilem mutat liceo faunus. Acron.

Faunus eſt deus quidam.

Fanula ueteres parua delubra dixerũt hanula loco f ponentes aſpirationem. Fit enim hæc uox ab eo quod eſt fanum. Sunt enim dicta hanula quaſi fanulã.

Fando paſſiue protulit. Virgilius: ut fando aliquid ſi forte tuas peruenit ad aures. Gerundia enim communium uerborum communem habent ſignificationem. Fari quidẽ nõ erat antiquitus.

Farcimina a fartura extorum appellata ab eo in quo eſt tenuiſſimum inteſtinum fartum. Feſtus Pompeius.

Farrago ex ſegete: ubi ſata admixta ordeum & uicia & legumina pabuli cauſa uiridia ferro cæſa farrago dicta: aut in ſe quod primum ĩ farragia ſegete ſeri cœpta ea equi & iumẽta cætera uerno tempore purgantur ac ſaginãtur. Var.

Farrago appellat̃ id quod ex pluribus ſatis pabuli cauſa datur iumentis. Fe. Pom.

Farſenum uirgulti genus. Fe.

Farfarus Syriæ fluuius in radicibus libani mõtis emittit̃: & per Antiochiã fluens ĩ ſyriaco miſcet̃ mari apud Simeonis portũ.

Farfarus eſt arbor. Plau. ut folia farfari.

Fareum genus libi ex farre factum. Fe. Pom.

Fartores nomenclatores: qui clam uelut infartiant nomina ſalutatorum in aurem cãdidati. Feſtus Pom.

Fartores qui Iſicia & farcimina farciunt. Terẽ. in eunucho. Cupidenarii omnes cetarii: lanii coqui fartores. Dona.

Farus pro turri quæ naufragio extollit̃: ne marino ſcopulo quis faciat naufragium dicit̃: a phos quod eſt lux: & ſcribe pharus cum ph.

Farrus nomẽ eſt maris ubicunq; facta quocũque caſu diuiſione furens incidit: utputa inter Italiam & Siciliã: quas quidam exiſtimãt olim fuiſſe coniũctas ex terræmotu poſtea ſeparatas: a qua ſeparatiõe id mare quod medium inter eas impetu fertur: pharus dicitur Nam pharos græce: latine diuiſio ſonat: ue; hoc nomẽ Siciliæ pharus præ cæteris ſeruauit: ſeu quia mãifeſtior fuit diuiſio: ſeu quia notior a græcis atq; latinis: huic ſuperemĩet ab Italia Rhegium: & a Sicilia Meſſana ciuitas inclyta: cum ph ſcribe.

Faſces quam habeant ſignificationem manifeſtum eſt. Virgilius ſecundo georgicorum: Illum non populo faſces non purpura regum Flexit. Nonius.

Fas. Horatius libro carminum. Fas paruitates eſt mihi tradas. Fas non ſignificat non licet: ſed poſſibile eſt. Vult enim ſe agnũ eſſe myſteriis. Acron.

Fas genitiuum non habet. Nam ſiue faris: ſeu furis uel faſſis dicamus: aliud poteſt ſignificare. Priſcianus.

Faſcem pondus onus. Vir. in buc. Ego hoc te faſce leuabo. Nonius.

Faſcem conſulum poſuit. Virg. ii. geor. Iniuſto ſub faſce uiam dum carpit. No.

Faſceam pro cortice. Varro ĩ gerũto didaſcolo In quibuſlibet ſacraturi faſciis cingit fore libet pro corpore. Vir. geor. lib. iiii. Vdoq; docent inoleſcere libro. Nonius.

Faſcinum cloatius uerrius faſcinum appellat: quaſi baſcanum: & faſcinare cõmode ac ſane conducentur. Au. G.

Faſcinium & fas a fando nominantur. Fe.

Faſius diuinum & ad religionẽ pertinens. Str.

Faſelus nauicula breuis. Virgilius quarto georgicorum. Et circumpictis uehitur ſua rura faſelis. Seruius.

Laſtigium ædificii ſummum. Fe.

Faſtigium ima altitudo. Virgilius ſecundo georgicorum. Forſitan & ſcrobibus quæ ſint

faſtigia quæris. Varro de re ruſtica li.i. Aquā quæ cælo uenit recipere poteſt: aut faſtigiū ut exeat fundo aggeris. No.

Faſtigium ſummæ & imæ partis poſſumus di cere. Virgilius ſecundo georgicorum. Forſitan & ſcrobibus quæ ſint faſtigia quæris. Et primo æneidos. & faſtigia ſuſpicit urbis: uti & altum mare: & altum cælum dicimus. Ser uius.

Faſtigare in faſtigium tendere: & in cacumine erumpere. Plinius libro. xviii. Verno tempo re faſtigantur in ſtipulam.

Faſtigia conſuetudine ſummæ altitudines di ci putantur: cum ſint & imæ ſignificāt fines. Virgilius ſecundo georgicorum. Forſitan & ſcrobibus quæ ſint faſtigia quæris. Cicero de officiis libro tertio. Sed quo opere incho ato proprie tamen abſoluto tibi faſtigiū im ponimus. Nonius.

Faſtis diebus iucunda fari licet: nefaſtis quidē non licebat fari. Fe.

Faſtidiliter faſtidioſe. Varro. Credo hodie uel quibus in ſtabulis animus ardens mutabili ter habere: & non faſtidiliter inconſtanti pe ctore. Nonius.

Faſſi confeſſi qui fari id quod ab aliis quæſitū hinc profeſſi.

Faſti dies quibus certa uerba legitima ſiue pia culo prætoribus licet fari. Varro.

Faſtidioſus actiue ponitur pro eo qui faſtidit.

Faſtorum libri appellantur: in quibus totius animi ſit deſcriptio. Faſti enī dies feſti ſunt Feſtus.

Faſga mons eſt ſupra iordanem: in terra Moab contra Ierico: ſub quo Genua ciuitas in campo Moab.

Faſcinium: deterſa enim lingua fronte mulieres amputare ſe faſcinium infantibus putāt. Acron.

Faſces honores. Hora. libro car. Superbos Tar quini faſces. Acron.

Faſtus. Horatius libro tertio carminum. Per memores genus omne faſtos: per faſtos autem conſules uult accipi: qui nobilitatis ī po ſteros memoriam teſtarentur: qui dat nomi na faſtis. Acron.

Faſti dies ſunt quibus ius fatur. i. dicit̄. Vnde nefaſti quibus non dicitur. Pri.

Faſtus a fando uerbo quartæ decliationis: quā do uero ꝓ ānali accipit̄: a faſtis & nefaſtis die bus dicitur ſecundæ & quartæ: ut Lucanus in decimo. Nec meus eudoxi uincetur faſti bus annus. Et Varro in ephimeride. Poſtea honoris uirtutum cauſa Iulii Cæſaris: qui fa ſtos correxit menſis Iulius appellatus eſt.

Fatur is q̄ primū homo ſignificabilē ore emit tit uocem ab eo anteq̄ ita faciāt pueri dicāt infantes: cum id faciunt iam fari: cū hoc uocabulorum a ſimilitudine uocū pueri: ac fatuus fari id dictum. Var.

Fatui cibi dicuntur qui carent ſale.

Fatuus qui fatur quod puer primo fat̄. Var.

Fatum ab hoc tempore quod tum pueris con ſtituant parce fando dictum fatum & res fatales. Varro.

Fatidici dicti qui futura prædiuinando ſoleāt fari. Varro.

Fatigare cohibere comprimere. Mar. Tulli. de offi. libro tertio. Qui non uerbis ſunt & diſputatione philoſophorū: ſed uinculis & car cere fatigandi. Nonius.

Fatigare commouere perturbare. Virg. primo ænei. Quæ mare nunc terraſq; metu cæluq; fatigat. Nonius.

Fatigare percutere. Vir. lib. ix. Verſaq; iuuēcū terga fatigamus haſta.

Fatigare excitare uel icrepare uel hortari. Virgilius ænei. iiii. Socioſq; fatigat præcipites ui gilate uiri. Nonius.

Fatigare poſitum pro fatigari. Virgilius libro octauo. Olim remigio noctemque diemque fatigant.

Fatigare iſtigare cogere. Virgilius libro nono. Collecta fatigat ex longo rabies: & ſiccæ ſan guine fauces. Nonius.

Fatigare ad laſſitudinem deducere. Virgilius quinto æneidos. Veloces iaculo ceruos curſuq; fatigat. Et libro nono. Quos nulla fatigat Prælia. Nonius.

Fata dicuntur q̄ augures finem auſpicioꝝ cæ leſtium extra urbem agri ſunt effati.

Fatantur multa fantur. Fe.

Fatiſcere eſt aperire rurſum uel deficere. Acti. in epinauſimache. Tam ut fatiſcar qui tuam implorem fidem. Pacu. in doloreſte: ut ſi ita ſunt ꝓmerita noſtra æqperare: ut queam ue reor: niſi nunq̄ fatiſcere quod q̄ boni. N.

Fatiſcunt̄ qui fatiſcunt. Actius in epinauſimache. Tantum haud fatiſcat qui tuam implorem fidem. No.

Fatiſcit abundanter aperit̄. Fatim enim abundanter dicimus. unde & affatim. Virgilius. i. ænei. Accipiunt inimicum imbrem rimiſq; fatiſcunt. Ser.

Fatiſco ſoluo abundanter aperio. Virg. primo geor. Neu puluere uita fatiſcit. Et. i. æne. Rimiſq; fatiſcunt. dictū autem a fatim. i. abundanter: unde affatim & hiſco. Ser.

Fatigatum de corpore dicimus. Ser.

Fatua dicit̄ etiam terra a fando: quod infantes partu editi non prius uocem edūnt q̄ attige rint terram. Ma. de fa.

Fatum eſt cōnexio rerum per æternitatem ſe inuicem: tenens quæ ſuo ordine & lege ua

riantur:ita tamen ut ipſa uarietas habeat æternitatem. Cicero.
Fatum ſignificat decretum & uoluntaté. Virgilius æneí. libro. viii: Heu ſtirpem iuiſam & fatis contraria noſtris Fata phrygum. Idem í eodem. Filius huic fato proleſq uirilis nulla fuit. Nonius.
Fatum nutus. Vir. fatis Iunonis iniquæ.
Fatuos & faunos ſiluestres a fando. Fe.
Fatuus & inſulſus differunt. Fatuus eſt inepta loquens:& a fando fatui dicuntur. Fatuus é uerbis ac dictis. Inſulſus corde atq aío. Teré tius in eunucho. Fatuus eſt inſulſus tardus: ſtetitq noctes & dies. Fatui dii quoq ſunt q & fauni dicuntur & nõ ſtulti:ſed multũ fantes. Donatus.
Fatuus quære in dictione ſtultus. Lau.
Fatale. Horatius libro car. Daret ut cathenis fatale monſtrum:ideſt maiorem q̃ ſexus exigebat: animoſitate fatalem uixit aut turpem. Vnde & proſtantes fatales dicũtur: ut eſt romæ non caſte:aut uelit monſtrum fatis ſibi reſeruatum:ut fato Romano ſubiectum. Acron.
Fatiſus olim dacorum fluuius.
Fatiloquus fatiloquétior format & fatiloquétiſſimus. Lau.
Fauni a fando:ſiue a faudo: hoc eſt dum pontifex maximus dedicat certa uerba fatur. Feſtus Pompeius.
Fauni & uates olim canebant uerſus fauni dei latinorum:ita ut faunus & fauna ſint in uerſibus quos uocant ſaturnios:í ſiluestribus locis traditũ eſt ſolitos fari:quos fando fatuos dictos. Varro.
Faui a fauendo. Feſtus Pom.
Fauiani & Quintiliani appellabābantur luperci:a Fauio & Quintilio præpoſitis ſuis. Feſtus Pompeius.
Fauentia bonam ominationem ſignificat. Nã præcones clamantes populum ſacrificiis fauere iubebant. Feſtus.
Fauere ſilere:fauere linguis:fauere uerbis. Vir. Ore fauete omnes. Teré. in an. Fauete adeſte æquo animo. Dona.
Fauere hoc uerbum: non ut plærīq exiſtimãt a fauore trahitur:ſed paratur ſilentium:ut rite peragi poſſit ſacrum nulla uoce mala obſtrepente. Sene. ad gal.
Fauere enim eſt bona fari: ac ueteres poetæ ꝑ ſilere uſi ſunt fauere. Fe.
Fauſtulum porcellum fœturam porcoꝝ. Fe.
Fauſtum & feſtum hoc differũt. Eſt enim fauſtum quaſi a fauendo dictum: ac per hoc ꝓſperum & propitium. Feſtum autem ſolenniter lætum & feriatum. Virgilius ſecundo æneidos. Feſtoſq dies de nomine phœbi. Terentius. O fauſtum & fœlicem diem. No.
Fauentinus a fauentia: & Rheatinus a rheate. Varro.
Fauna dicitur terra ꝙ omni uſui animantium fauet. Ma. de ſa.
Fauſtitas nouæ fœlicitatis dicta. Hor. lib. car. Tutus enim bono fauſtitas per mare nautæ complexi. Acron.
Fauẽtia eſt í medio Bononiæ & Rauénæ: & aliaꝝ ciuitatũ per quã iter eſt Romam. Stra.
Fax pro face. Varro in gerunto didaſcalo. Cõfluit mulierum tota Roma: quæ noctu fieri initia ſolita:& nunc pinea fax indicat. Idé ſexageſimo. Adeſt fax inuoluta incendio. Idem de uita patrum libro ſecundo. Cum a noua nupta ignis in facie affertur fuco eius ſumptus:cum fax ex pinu alba eſſet:ut eam puer í genuus afferret. No.
Faxim pro fecerim. En. í phœnice. Plus miſer ſum:ſi ſceleſtum faxim quod dicam fore. N.
Faxo pro faciam. Vir. ænei. li. xii. Ego ſidera ſaxo firma manu. Ser.
Febris proprietatem habet a feritate morbilis mali:ut a calendo calorem uel caldorem. V. in andabatis. Aperiendum putat id quod alterum appellamus:a calendo calorem. alteꝝ a feruore febrim. Nonius.
Febris a feruore dicta eſt abundãtia caloris.
Fellare ab hedis & agnis tractum eſt: qui fellare dicũtur ubera matris:cum lac ſugũt: hoc uerbo uſus eſt Varro in re ruſtica in agnis. Solinus frequentatiuo ſcilicet fellito in hedis:& Plinius. dicitur autem non a fele animali:quod ſentire eſt ridiculum:ſed a uerbo græco eſt ἀπο του φαγλιξειν: quod eſt os cõtaminare:ita interprætã Suidas: teſtimonio etiam Ariſtophanis.
Febris fanum in palatio & ædem & arã malæ fortunæ:ex quibus cõſecratã uidemus. Cice.
Februario quid eſt quod cum cæteri Romaní mortuis íferias mittere & parẽtare cõſueuiſſent Decius & Brutus: ut Ci. ſcribit:id decẽbri faciebãt. hic fuit q primus luſitaniã inuaſit:qppe lythan flumẽ prius traiecit:an quẽadmodũ ueſperi & mẽſe exacto multa parẽtare cõſueuerũt. Sic. n. fine ãni mẽſe nouiſſimo mortuos honore & inferis proſequebã̃t. Eſt auté oíum mẽſiũ decẽber extremus: an ꝙ diis íferis honor redẽt ꝙ eũ fieri tẽpeſtate uidẽt:cũ fructus oẽs maturitatem ſunt cõſecuti:an ꝙ cũ ſæmentẽ inſtituẽtes terrã ſubigũt inferoꝝ honorẽ meminiſſe oportet: an illud potius ꝙ mẽſis ſaturno a Romanis cõſectatus eſt:quẽ inferoꝝ deoꝝ numero habẽt:an ꝙ ſaturnalibus: quẽ diẽ Ro. maxime colũt: quæ uoluptati ac genio plurimũ uacant haꝝ rerũ nonnullis mortuis primitias

impartiendas putauerunt: an ſolũ hoc mẽſe Brutum parentare ſolitum omnino falſum eſt. Nam larentiæ menſe decẽbri ad eius ſepulchrum libantes in ferias faciunt.

Februare poſitum pro purgare & pura facere. Varro de uita patrum libro primo. In eorũ ſacris liba cum ſunt facta iniicere ſolent far ris ſæmine: ac dicere ſe ea februare: ideſt pura facere. Nonius.

Febrem appellant motum corporis contra naturam. Vlp.

Febreius Ditis pater cui menſe februario ſacrificatur. Ser.

Februatim rex cum ferias menſtruas nonis februariis faciebat diem illũ februatim appellabat. Februum ſabini purgamentum dicũt & id ſacris noſtris uerbis nõ & lupercalia februario: ut in antiquitatum libris demõſtraui. Varro.

Februarius ut dicunt ſcriptores ab diis inferis appellatus: ꝙ cum his parentetur: ego magis arbitror februarium a die februato: quod tũ februatur populus: ideſt lupcis nudis luſtrãt antiquum oppidum palatinum gregibus humanis cinctum. Varro.

Februarius menſis eſt: a quo frequens ſenatus poſtulatis: pronunciatis: legatis audiendis datur: & conſulum deſignatorum nomen expectant & extimeſcunt. Aſconius Ped.

Februarius menſis dictus eſt quod tum: ideſt extremo menſe anni populus februaretur. i. luſtraretur ac purgaretur: uel a Iunone februata: quam alii februalem. Romani februatam uocant: quod ipſi eo menſe ſacra faciebant: eiuſque feriæ erant lupercalia: quo die mulieres februabantur a Lupercis amiculo Iunonis: ideſt pelle caprina: quam ob cauſam is quoque dies februarius appellantur. Quæcunque denique purgamenti cauſa in quibuſq; ſacrificiis adhibentur februa appellatur. Id uero quod purgatur dicitur februarium. Feſtus.

Fæciales apud Romanos qui ſancto legatorũ officio ab his qui aduerſum populum romanum: aut rapinis: aut iniuriis hoſtili mẽte cõuenerant pignora fracto fœdere iure repetebant: nec bella indicebãtur: quæ tam pie uocabant priuſquam fuiſſet qui fæcialibus dennnciabatur. Varro de uita patrum libro ſecundo. Itaque bella tarde & magna licẽtia ſuſpiciebant quod bellum nullum niſi piũ putabant geri oportere priuſquam indicerent bellum his a quibus iniurias factas ſciebant fæciales legatos res repetitũ mittebant quattuor: quos oratores uocabant. Idem i tertio. Si cuius legati uiolati eſſent qui id feciſſent: q̃uis nobiles eſſent ut ciuitate delerẽtur ſtatuerunt: fæcialeſq; .xx. qui de rebus iudicarẽt ſtatuerunt & conſtituerunt.

Fæciales quid ẽ quod fæcialium ſacerdotum qui fœderibus faciundis præſunt pater patratus maximus habetur. Eſt autem is pater & hi filii ſunt habet enim nunc quoque præcipuam quandam fidem & auctoritatẽ. Imperatores enim quæ propter eximiam pulchritudinem ac ſpeciem: pudica & diligenti cuſtodia corpora indigent his credunt: & apud eos deponunt. An quod utrunque illis adeſt & pueros uereri & patres timere. An ipſum ſe nomen exponit: uult enim patratum quaſi finitum ac determinatum quiddam ſignificare: illud cæteris perfectus ſit: cui cõtigit ſimul ut pater eſſet & patrẽ haberet. An ut ait Homerus qui patri præſit: cum & antea & retro certiore oportet cuiuſmodi profecto is eſſet: cui & filius: & de quo deliberat & pater quem conſulit. Plutarchus.

Fæciales quod fidei publicæ iter populos præerant. Nam per hos fiebat ut iuſtum conciperetur bellum: & inde deſitum ut fœdere fides pacis conſtitueretur. Ex his mittebãt antequam conciperentur qui res peterent: & ꝑ hos etiam nunc fit fides quod fœdus. Ennius ſcribit dictum iure militari. Var.

Felicata patera dicta quæ ad filicis herbæ ſpeciem ſit celata. Fe.

Felinones mali & nullius uſus: a filice dicti. Feſtus Pompeius.

Feneſtella nomen hiſtorici: quoniam caluus erat. Caſſ.

Feneſtræ a græco uocabulo conuerſum eſt in latinum ἀπο του φαίνειν. Ci. tuſcula. lib. i. Non eas partes quæ quaſi feneſtræ ſunt animi. Nonius.

Ferialia ab inferis & ferendo quod ferrent tũ epulas ad ſepulchrum: quibus ius ſibi parentare. Varro.

Ferialia diis manibus ſacrata feſta: a ferendis epulis: uel a ferendis pecudibus appellata. Feſtus.

Ferabite poſitum pro agreſti. Siſen. hiſto. libro quarto. Et partim ferabite: partim lauro & arbuſto: ac multa pinu ac myrtetis abundãt. Nonius.

Ferentarii auxiliatores in bello: a ferendo auxilio dicti: uel quia fundis & lapidibus pugnabant: quæ tela feruntur non tenentur ita appellata. Feſtus.

Feria a ferendis uictimis appellata. F

Feriæ furniales ſunt in faſtis a furia dictæ.

Ferias antiqui feſtas uocabant: & aliæ erant ſine die feſto: & ſaturnalia: quibus adiungebãtur epulationes ex prouentu fœtus pecorũ fruguumque. Feſtus.

Feriæ dictum ꝙ ferientes feruntur.Fe.
Ferus ager & incultus.Feſtus.
Feretrius Iuppiter dictus a ferendo quod pacē ferre putatur:ex quo in templo ſumebāt ſceptrum:per quod iuiuerent:& ſilicem quo foedus ferirent. Feſtus.
Ferocit apud Catonem ferociter agit. Feſtus.
Ferre oſtentare. Vir.libro.x.Captiuo ſiue ut ſe feret in auro uenatrix.Nonius.
Ferre conſuetudine portare dicimus. Virgilius libro quinto. Vix illam famuli phegeus ſagariſque ferebant.Ferre habere. Virgilius libro quīto.In mago munere ciſſeus ferre ſui dederat monumentum:& pignus amoris filium ſuum ferre nomen uoluiſſet.Cicero in officiis.Filium nomen ſuum ferre uoluiſſet. Nonius.
Feri canem foras permulgate cōſuetudinis eſt dictum:hoc eſt feriendo canem foras eiice. Terentius in eunucho.Homo quatietur certe cum dono foras quatietur uerberabitur: uel uerberibus impelletur foras: non expulſione & detruſione:ut deuerſum ut ſit foras uerſum. quatietur ideſt uerberabitur ut fugiat foras.Donatus.
Ferre & perferre differunt. Ferre enim in certo tempore. perferre finem ſpectat affectus feruntur onere.perferunt ſupplicia. Terentius in andria. Sic uita erat facile omnes perferre:ac pati:cum quibus erat.Donatus.
Ferre & portare de maioribus negociis dicit. Virgilius.Si uera feram:ſi magna rependam Terentius in phormione. Cedo quid portas obſecro.Donatus.
Ferrum genus eſt panis uel libi : quod diis infertur a pontificibus in ſacrificio. dictum autem ferrum a ferendo. Alii uas dicunt:quod ornatum rectis rebus ſacris quod diis īfert.
Ferrum pro gladiatura Tranquillus de Nerone exhibuit ad ferrum.i.ad gladiaturam.
Ferula autem mollis & cædit & cæditur a manu dupliciꝗ; repercuſſu augetur dolor.
Ferre pati. Virgilius ſecundo æneī.Miſerere animi non digna ferentis. Lucil.lib.xxii.Cæterum quicquid ſit quid non ſit fero animo ferociter prælio captiuos prædones nō poſſes eam amplius perferre:tamē ſuadet & notat.Terentius in heau.Nam quem feret ſi parentem ſuum non fert.No.
Ferre conſerere. Vir.lib.v. Quibus acer eryx ī prælia ſuetus ferre animum.N.
Ferre diſturbare. Virgilius primo æne. Quippe ferant rapidi ſecum uerrātꝗ; per auras.Et libro ſecundo. Alii rapiunt incenſa feruntꝗ; pergama.Nonius.
Ferre dicere nominare. Virgilius ſecūdo æne. Et ſcelus expendiſſe merētem lachoonta ferunt.Et lib.tertio. Quæ nunc Samothracia fertur.Nonius.
Ferre dare exhibere. Virgilius libro tertio. Sacra Dioneæ matri diuiſꝗ; ferebam.No.
Ferre offerre. Virgilius libro undecimo. Legati reſponſa ferunt.M.Tullius de ſuppli.Prohibetur ſuis liberis cibum ueſtitumꝗ; ferre. Lucilius libro.xxx. Colligere auxilium tam & ſi eſt indigna ut feram.Nonius.
Phœnix dicitur ſexcēteſimo āno calorē ueneꝛeū habere:quæ oēs uirgulas colligit: & ſibi ipſas parat.mox autem ut ſol occiderit ſe flāmis imponit:cum ſol oriri cœperit de cineribus ſuis cum ſole naſcitur.
Ferre dirigere ducere. Virgilius li.ſexto.Hinc uia tartarei quæ fert acherōtis ad undas.Lucilius libro.xxx.& ſola ex multis nūc noſtra poemata ferri.Nonius.
Ferox eſt ſcæuus & indomabilis tranſlatum a feritate. Virgilius quarto æneidos. Ac fræna ferox ſpumantia mandit.Marcus Tullius de officiis libro primo. Vt equos propter crebras contentiones præliorum ferocitate:exultantes domitoribus tradere ſolent.Teren. in eunucho.Adeo ne ferox:quia habes imperium in bæluas.Nonius.
Ferox cum illa re dicitur:ut illa re ſum fretus: & arrogans.Titin.in fullonibus. Videram ego te uirginem formoſam eſſe ſponſo ſuperbam eſſe:forma eſſe ferocem. Plautus in milite. Vt domatum equum qui forma eſt ferox. Actius.Neque ui tanta quiſquam eſt:neque tam abundans fortunis ferox.M.Tullius ad Cæſarem iuniorem libro primo. Itaꝗ; uereor ne ferociorem faciant tutam præclara iudicia calleo.Nonius.
Ferox cordatus uel facetus.Plautus in milite. Nam tum quāuis potis ſis facere ut fluat facetus:& quia tecum eram : propterea nō erā ferocior.Nonius.
Ferus item ſignificat ceruum. Virgilius li.vii. Petebatꝗ; ferū putoꝗ; ī fonte lauabat. & itē pro equo li.ii.Inꝗ; feri curuam compagibus aluum contorſit. Actius in medea.Perite in ſtabulis frænos immittens feris. Nonius.
Feriare agere ociū ductū a feriis:quibus ceſſatur ab opere.
Ferula & pueri uapulabant & ſenum greſſus iuuabantur ea in firmiſſimum eſt uirgultū. Vnde prouerbium apud antiquos erat ī eos qui tenui & exiguo præſidio aduerſus optime inſtructum pugnabāt eos pugnare ferula contra gladiatores.
Ferire uſu ſignificat percutere. Virgilius ī bucolicis.Cornu ferit ille caueto. M. Tulli.de ſuppli. Feriuntur ſecuri lætaris tu in omniū gemitu & triumphans.No.

Ferire ſancire firmare. Virgilius libr.decimo. Haud mora tarchon iungit opes fœduſque ferit.Nonius.

Ferus & ferox hoc differunt.Ferus eſt ſcæuus ferox fortis. Salu. Ille animo feroci negat ſe fuſam inuidiam pertimeſcere. Virg.ſecundo æneidos.Ferus omnia iuppiter argos tráſtu lit.Idem in quarto.Et fræna ferox ſpumantia mandit.No.

Feruor cum ex igne fit:& ex flammis ex cõtra rio ex frigoribus poſitus inuenitur: ut ſit feruere non ſolum ex incendio calere: ſed & q buſdam moleſtiis pturbari.:Vnde & fluctus marini & animi æſtuatio ſub hac ſignificatione recte poſiti ſentiuntur. Vir.ii.geor. Oía tunc pariter uento nimbiſq; uidebis feruere Nonius.

Ferocia pro ferocitate.Pacu.in teucro.Niſi iuſtitia ferocitate atq; ferocia.No.

Feruitur ea quæ pro feruit.Afra.í uopiſ. Quãtum uociferationem feruitur. Heu miſeræ mihi.Nonius.

Feruere aquam a ſonitu eius rei dictum.V.

Ferẽtarii leuis armaturæ milites: ut quicquid opus eſſet auxilio ferrent:ex curſu leues armis grauibus non impediti. Cato de re militari.Inde partem æquitatus ferẽtarioſq; præ datum miſit.Saluſtius in catilina. Poſtquam eo uentum eſt unde a ferentariis præliũ cõmitti poſſit. N.

Ferentarii qui leuiter armati ad prælium committendum inſtructi ſunt enſe & telis.Salu.í catil.Poſtq̃ eo uentum eſt: unde a ferẽtariis prælium committi póſſet maximo clamore cum infeſtis ſignis cõcurritur: pila cõmittũt gladiis res geritur.Ser.

Ferrugineum colorem ſimilem eſſe uolũt:uere autẽ ferrugineus color cæruleus eſt. Virg. iii.æneí.Et ferrugineos hyacinthos. Plau.in milite.Palliolum habeas ferrugineum. nã is color theſſalicus eſt.No.

Ferrugo eſt purpura nigrior hiſpania. Virgilius in geor. Cum caput obſcura nitidum ferrugine texit.Et tertio æneidos.Et ferrugine clarus hibera.S.

Fero gigno.Vir.iiii.geor. In ſyncerus apex tulerit cruor.Et in ænei. Si duo præterea talis idea tuliſſet terra uiros.Ser.

Feræ dictæ aut ꝙ omni corpore ferantur: aut ꝙ naturali utũtur libertate: & pro deſiderio ſuo feruntur. Ser.

Ferus quadrupes. Virgilius ſeptimo æneidos. Petebatq; ferum:ideſt quadrupedem. Dicit enim de ceruo.S.

Ferus equus q̃drupedes:ab eo quod toto corpore feratur. Vir.ſecundo. Haſtã í latus inq; feri curuam compagibus aluum contorſit. Et quinto ænei.Spumantiaq; addit fræna ſeris.Seruius.

Ferrugo coloris genus eſt:qui uicinus eſt purpuræ ſubnigræ. Vir.ín ænei. Pictus acu chlamydem & ferrugine clarus hibera.Ser.

Ferociſſimos præſtantiſſimos uirtute prudentia uiribus Iouis filios poetæ appellauerunt: ut ea cum Minoa Sarpedõta ferociſſimos & ĩmanes:& alienos ab omni humanitate tanq̃ e mari genitos Neptunni filios dixerũt cyclopas & cercyonas & læſtrygonas.A.G.

Feretrum dicebant lectum ubi mortui ferebãtur capulũ noſtri:græce φέρετρον. ſed aſpiratur. Varro.

Ferme dicitur quod nunc fere utrũq; dictum a ferendo:ꝙ id quod fertur eſt in motu:atq; uentat apud Neuium circũuenire uideo ferme iniuria. V.

Fere eſt pene:uel ſignificat quandam uniuerſalitatem.Quintil.hæ ſunt fere emendatæ loquendi ſcribendiq; partes: ideſt fere omnes: ideo interdum adiũgere omnes ut idem. nã in omnibus fere minus ualẽt præcepta q̃ experimenta: romani fere ſuggerunt orbem.i. totum.

Feræ dicuntur quod omni corpore ferũť:qppe cum quattuor pedibus utantur.

Fere ergo pro iuxta ꝙ celeribus omnia iuxta ſunt.Priſ.

Ferox forte inuictum.Hor.lib.car. Vrbeſq; gẽteſq; & latium ferox:ut gens aſpera bello debellanda tibi latio eſt.Acron.

Ferox Hora.lib.car.Iam te ſequitur:currit enĩ uelox ætas:adoleſcentia autem prona & labilis eſt í multis.Ideo ferox dixit: aut quæ uix ferre ualeat.Acron.

Ferentinum oppidum eſt í mediterranea thuſcia in ipſa uia latina.Stra.

Ferculum quercus dolata ad trophæa ferenda quod ſpoliis hoſtium cæſorum indutum in pompam ferebatur. Liuius ab urbe condita lib.i.Spolia ducis hoſtium cæſi ſuſpẽſa fabricato ad id apte ferculo gerens in capitolium aſcendit.Plinius libro nono. Computet nũc aliquis ex alia parte quantum curius aut fabricius in triumphis tulerint: & imaginetur eorum fercula.

Ferculum dicitur miſſum carnium: ut Petronius arbiter poſtq̃ ferculum ablatũ eſt.Ful.

Feronia nympha.

Feronia urbs eſt inter Octipulum & Romam ſub monte ſoracte: quo nomine & dea quædam nominatur.Stra.

Ferus homo qui animum firmum obtinet ut leones:ferox qui præanimoſus eſt ad certandum cum altero:& ad uim alteri faciendam Laurentius.

Fero ad populum. Refero ad ſenatum .i. conſulo: ex hoc fit ſenatuſconſultum: ex illo uero rogatio quæ inſtar legis eſt. Refero acceptũ tibi: ideſt fateor me hoc abs te accepiſſe. Ci. uitam acceptã refert clæmentiæ tuæ. In ma lum quoq;: idem in anto. Si recte ratiocinabimur: uni tibi accepta referimus. Antonio fero tibi acceptum: idem eſt: uel eſt habeo ꝓ accepto abs te: quod mihi debebas: etiã ſi ſolutio nulla ĩterceſſerit. Vnde fit acceptilatio quæ fit per interrogationem & reſponſionẽ Rettuli expenſum .i. rationes de impenſis cõ feci: uel exhibui. Lau.

Ferre ꝓprie dicimus quæ quis ſuo corpore baiulat. Portari ea quæ quis iumento ſecũ ducit. Agi ea dicuntur quæ animalia ſunt.

Ferre quære in uerbo agere. Lau.

Feruminare eſt cõglutinare. Plinius uigeſimo quinto. Calcis quoq; uſum bitumen præbuit: ita feruminatis Babylonis muris. Ferumẽ pro bitumine. Idem ĩfeſtatur plurimis uiciis ſcabro ferugimine. Feruminatio glutinatio ẽ Laurentius Valla.

Ferrentinum oppidulum eſt in mediterranea Thuſciæ: in ipſa latina uia. Strabo.

Ferentanum oppidum oceano apulo uicinũ ẽ Ferentani ſeparant a pelignis ſacro fluuio ferentanorum oppidum eſt amiternum.

Ferrariam urbem olim forum appellarũt.

Ferraria promontoriũ Hiſpaniæ: ſub quo Hiberius fluuius ingreditur mare.

Feſcennii uerſus qui canebantur in nuptiis ex urbe feſcennina dicuntur allati: ſiue ideo dicti quod faſcinum putabantur arcere. Fe.

Feſnœ appellabantur qui depellere faſcinium credebantur. Fe.

Feſtrum antiqui dicebant: quam nos feneſtrã. Feſtus.

Feſtinare & properare ueteres diuiſere. Cato ĩ oratione quã de ſuis uirtutibus ſcripſit. Qui unum quid mature tranſigit properat. Qui multa ſimul incipit nec perficit: is feſtinat. Verum in utroq; uerborum ratio ſub hac ſignificãtia proxima eſt ueritati: ut ſit proprie animi properare ſtudioſe ad res reliquas cõtẽdẽtis: feſtinare corporis neceſſitatibus obſequentis. Virgilius quarto æneí. Et mediis properas aquilonibus ire per altum. Et ſecũdo æneidos. Feſtinate uiri nam quæ tam ſera moratur ſegnicies. Nonius.

Feſtinare properare turbari & trepidare. Saluſtius. Feſtinãtibus in ſumma inopia patribus Teren. in eunu. Quid feſtinas quem quæris phythias? Donatus.

Feſti locus erat intra quintum & ſextum lapidem: ubi Romani agri terminus tunc monſtrabatur. Strabo.

Feſtinem pro feſtinantem. Titin. in. iiii. Nunc hoc ueſtro: nunc hæc res me facit feſtinem. Nonius.

Feſtinare quære in properare. Au. G.

Feſulæ mons eſt biceps Florentiæ inclytæ thuſciæ ciuitati ſupereminens: ex quo ſi lapides qui plumbei ſunt excidãtur breui temporis ſpatio nouis incrementis inſtaurari comper tiſſimum eſt: fuit & in culmine huius eiuſdẽ nominis uetuſtiſſima ciuitas: ruinis ſemeſis reſtantibus.

Feſus fluuius eſt boſphori: quem alio nomine rebas uocant.

Feſſus appellatio eſt: & ſignificat: ut Verrius ait: cum quis labore deficit: ut laſſus: defatigatus uero cum quis per alium labore compellitur. Dio.

Feſtus ta tum: ad diem pertinet. feſtiuum uero ad res: ideſt iucundum & lepidum: ut oratio feſtiua feſtam frondẽ dicimus: quæ feſtis adhibetur. Laur.

Feſſus quære in dictione laſſum. Lau.

Feſtiuiter pro feſtiue dixit Ennius. Pri.

Feſtiſſime uenit ab eo quod eſt feſtũ: & eſt tantum ſuperlatiui gradus. Ser.

Feſtiuiter pro feſtiue. Neuius ĩ geminis. O domus parata pulchræ familiæ feſtiuiter. No.

Feſtiuitas in dictis: facilitas in animo & factis. Terentius in eunu. an mei patris feſtiuitatẽ: & facilitatem. Do.

Feſtinatim pro feſtinanter. Pompo. Exilui ad noctem ad molam fullone feſtinatim. Siſen. in. iiii. hiſto. præter feſtinatim de caſtellis ad caſtra maxima pedites conducit. No.

Feſſus de animo dicitur. Fe.

Feſſus eſt generaliter animo corpore atq; fortunis. Vir. complexus eſt ter feſſus ualle reſedit .i. conſilio egens. & interea feſſos uentus cum ſole reliquit & feſſi rerum. Ser.

Feſum pro fedum: pluſima pro plurima: melioſem pro meliorem: aſenam pro arenã. Var.

Feſcenninos temporibus triumphalibus. Pollio cum feſcenninos in eum ſcripſiſſet. Auguſtus ait. At ego tacio. Non eſt enim facile in eum ſcribere qui poteſt præſcribere. Macro. de ſatur.

Fiala haud multum longe a libano: lacus modicus eſt: ex quo ſunt qui credant iordanem oriri & paruo diſcurſu tractu a terra ſorberi & ad radicem libani iterum ebulire. Quod aiunt depræhendiſſe primum Philippum tetrarcham paleis in fialã poſitis: eiq; apud paneam recollectis. Paneam enim uocant fontem ſub libano: ex quo iordanis effluit. dicitur autem lacus iſte fiala a rotunditate: q qdem cum ſemper plenus ſit: nũq̃ ut exundaret compertum eſt: ſcribe tamen cum ph.

Fiber genus ueſpæ quadrupes. Plautus.ſic me ſubes quottidie quaſi fiber ſalicem quo nomine extremæ oræ fluminis appellantur:unde & fibras iocinerum & fimbrias ueſtimentorum dicimus.F.
Fiber require ſupra in anguilla.V.
Fiber inuenitur diuerſa ſignificatio in ſimilis: ut liber libra:fiber fibra.Pri.
Fibrenus in eum erumpit liris autem aquis: ſi Ciceroni credimus nullæ ſunt frigidiores.
Fibula ſubligaculum.
Fibræ ſunt eminentiæ iecinoris. Vir.vi.æneí. Nec fibris requies datur ulla renatis.
Fibræ ſunt fila quæ ſunt in herbaꝶ radicibus ut & amaris in tyba fibris.Au.
Ficitatem dictum ut oliuitatem.i.fructus fici. Neui.ficitores omnes capiunt ficitatem:iers eſt ſine modeſtia.No.
Ficolea palus ficulneus. Fe.
Ficos circiter ſolſticium inſere.V.
Fictores dicti a fingendis.Varro.
Ficus ꝙ prius uerno tempore inſerebãt: nũc etiam ſolſtitiali:ut ficus ꝙ denſa materia. Et ideo ſequitur calidiora:quo fit ut in locis frigidis ficeta fieri non poſſunt.Var.
Ficus malus punica & uitis propter fœmineã molliciem ad creſcendum prona. Var.
Ficorum genera chiæ: & chalcidicæ: & lydiæ: & aphricanæ.iterum cætera tranſmaria ĩ Italiam perlata.Var.
Ficus ſecundæ declinationis Cirenenſes cũ ſaturno rem diuinam faciunt ficis recentibus coronantur:placentaſq; mutuo muſitant: & mellis & fructuum repertorem Saturnũ exiſtimantes.Ma.de ſa.
Fici admonent nos:& fici aridæ ut enumeremus genera ficorum.Cloatio de his inſtruẽte qui ſic diuerſas ficus diligentiæ ſuæ more dinumerat:aphricana:abulla:barundinea: aſinaſtra:atrapa:laſca:auguſta:bifera:carica:calcidica:chia:alba:nigra:calphurnia:duricoria: herculenta:lauiatia:lydia:eproludia:marſica: numidica:pulla:pompeiana:præcox: telana: atra. Sciendum eſt ꝙ ficus alba ex fœlicibus fit arboribus.contra nigra ex ĩfœlicibus: docent nos utrũque pontifices. Macrobius de ſaturnalibus.
Ficum tanquã non pomum ſecerni a pomis apud idoneos reperimus.Afranius in ſella Pomum olus ficum uuam.Sed & curis œconomicorum li.iiii.Neque erit uitem neq; quæſita eſt diligẽter:quærit oleum ficos: pomos non habet.Ma.de ſa.
Ficum ſolam non ignorandum eſt ex arboribus non florere:lacte proprie ficorum dicit̃ Macro.de ſatur.
Ficus nõ legitur apud Martialem: ut uult Priſcianus: ſed ut genere & decliatione differat pro morbo & pro fructu: ſic Cum dixi ficus rides:quaſi barbara uerba:Et dici ficos Ceciliane iubes:Dicemus ficus quam ſcimus ĩ arbore naſci:Dicemus ficos Ceciliane tuos.
Ficus uitium corporis quartæ declinationis ẽ Martialis in primo epigrammatum. Cũ dixi ficus rides:quaſi barbara uerba.Et dici ficos Ceciliane iubes. Dicemus ficus quas ſcimus in arbore naſci. Dicemus ficus Ceciliane tuos.Ex quo oſtendit & uitium & fructũ quartæ.Priſcianus dicit:genere autem differre.Priſci.
Ficus ſæpius quartæ pro arbore. Ci.de oratore.Vxorem ſuam ſuſpendiſſe ſe de ficu.Secũdæ quoq; Iuuenalis. Ad quæ diſcutienda ualent ſterilis mala robora fici. Pro fructu uero ſecũdæ eſt tantum.Horatius. Pinguibus & ficis paſtum iecur anſeris albi.Ci. Ex tãtulo grano fici.Quartæ quoq; & maſculini generis pro morbo.L.
Ficus numeri ſingularis: & hæ fici & has ficus pluraliter facit. Ficus dicimus quas ſcimus ĩ arbore naſci.Ficos pro uitio corporis. Ser.
Fictile uas dicit̃ quod factũ eſt a figulo: nõ ꝙ fingi non poteſt. L.
Fictius a ſupino deductum quod fictum eſt.
Ficonta promontorium eſt aphricæ importuoſum:haud longe ab his oris: quas dudũ teſtantur aliqui tenuiſſe.Lotophagos.
Finis pro fructu eſt generis fœminini: ꝓ morbo maſculini:epigrãmate utitur teſtimonio Priſcianus:licet a noſtris redarguatur.
Fides proprie citharæ neruos ſignificat: ſed interdum pro cithara accipitur. ut etiam a Papinio tentat audaci fide Mãtuanæ gaudia famæ.Fidicula item neruus eſt: ſed ꝓprie quo ad tormenta utebantur: ſed pro neruo ſimpliciter Tranquillus in thyberio ueretur de legatis fidicularum:ſimul urinæ tormẽto diſtenderet.Eam enim colligationem Thyberius ad ſupplicii acerbitatem excogitauerat. Fides ut Varro inquit:lyra græce dicit̃.
Fidis genus cytaræ dicta quod tãtum inter ſe cordæ eius quantum inter homĩes fides cõcordant:cuius dimminutiuum fidicula. Feſtus. Pompeius.
Fidei proprietates exemplo manifeſtauit Marcus Tullius de republica li. quarto. Fides.n. nomen ipſum uidetur mihi habere: cum fit quod dicitur.No.Mar.
Fiduſta a fide denominata ea quæ maximæ fidei erant.Fe.
Fiducia eſt audacia.Saluſtius libro ſecũdo. Ita fiducia quam argumentis purgatores dimittuntur.No.
Fiducia confidentia.Virgilius li.octauo æneí.

Cernis quæ rutilos habeat fiducia rerũ uel ualli. Nonius.
Fides quid ſit manifeſtum eſt. Virg. lib. i. Cana fides & ueſta. No.
Fides quæ chordæ appellanť. M. T. in hortenſio. Ponendæ ſunt fides & tibiæ. Et Vir. lib. iii. Thraicia fretus cithara fidibuſq; canoris Nonius Mar.
Fidele pro fideliter. Plautus in aulularia. Caue fides fac fidem fluxam facias. No. Mar.
Fides eſt commendatorum fida executio: uel obſeruantia. Terentius in andria. Nihil iſtac opus eſt arte: ſed his quas ſemper intellexi in te ſitas fide & taciturnitate. Do.
Fides aut perſonæ qualitate ſeruatur: ſi grauis perſona eſt cui creditur: aut ipſius rei qualitate ſi ea res creditur: in qua fallere cui creditur: aut non poteſt: aut non debet. Teren. in adel. Quod credas aut cui credas: quod etiã Vir. tranſtulit breuiuſq; dixit: Nuſquã tuta fides. Dona.
Fidem aſtringere promittere eſt: quia uincula fidei dicunť. Terẽtius in eunu. Ve℞ heus tu hac lege tibi meam aſtringo fidem: fidem habere cogi credere. i. credere. Vnde fideiuſſor dicitur: hoc eſt auctor credendi. Terentius ĩ eunucho ait. Si hæc fidem habeat ſe iri propoſitum tibi. Do.
Fiducia aliquando impudẽtiam ſignificat. Terentius in andria. Qua fiducia facere id audeam. Dona.
Fidus & fidelis differũt. Fidi enim in maximis negociis. Fideles in minoribus dicunť. Terẽtius in ecy. Per pol q̃ paucos reperies meretricibus fideles euenire amatores. Syra. Fidus ẽ amicus: fidelis ſeruus. Idẽ ĩ phor. Seni fidelis dum ſum ſcapulas perdidi: & fidelis eſt officium ſeruare aliquid. Do.
Fidus fidelis utrũq; nomen idẽ ſignificat. Vir. primo æneí. Vnam quæ lycios fidũq; uehebat orontem. Ser.
Fidelia Samium uas ad uſus plurimos. Plau. in aulu. Mulſi congialem plenam faciam tibi fideliam. No.
Fiducia & confidentia hoc differunt. Illa eſt in bonis rebus: Confidentia uero in malis. Vir. uero primo æneí. Fiduciam pro confidentia poſuit. Tãtane uos generis tenuit fiducia ueſtri. Seruius.
Fiduciæ & confidentiæ diſcretionem pandit. M. T. tuſcu. libro tertio. qui fortis eſt idẽ fidens: quoniam confidens mala conſuetudie loquentium in uitio ponatur dictũ uerbũ a confidendo: quod eſt laudis. Qui autẽ eſt fidens non extimeſcit. diſcrepat enim a timendo confidens. No.
Fidelitatem ideſt fidẽ. Actius in myrmido. Vo lo equidem ſed tu huic quem ſcis qualitatẽ ſciet fidelitate ob fidam naturã uni ignoſce. Afranius in uopiſco. Idem intus actum perit opera nimirum mea eſſe ea animo fidelitatis: Nonius.
Fides non a fidis: ſicut ædes ædicula: non ædecula: & cædes cædicula: non cædecula. In plurali eſt tortorium inſtrumẽtũ ex duobus ut reor: obliquatis lignis cõpactũ: uel ab extorquenda fide ac ueritate: uel a neruis funibus uinculis: quibus ad illum modũ homĩes torquendi alligabunť. Lau.
Fidiculæ ſunt funiculi: q̃bus reorũ manus ad atorquendum alligantur.
Fidiculæ dicuntur tormenta a fide. i. chorda q̃ uinciebantur qui erant in quæſtione.
Fidiculæ pro inſtrumento torquendi: uel parua cythara uel chordula: in ſingulari rite formatur.
Fideicõmiſſarius paſſiue pro eo qui fideicommiſſionem accipit. Lau.
Fideiuſſorius actionẽ ſignificat qui fideiubet.
Fideiuſſor ob euictionem datus uulgo auctor ſeruus uocatur.
Fidene oppidum erat iuxta Romam: nũc autẽ uicus. Strabo.
Fidicula docet nominatiuũ ſui primitiui eſſe fidis: non fides eſſe: quod Seruio placet de cithara. Pri.
Fidem ideſt chordã. Horatius libro carminũ. Blandius Orpheo auditam moderere arboribus fidem. Acron.
Fide teia: aut chordis. i. fidibus: aut a ciuitate anacreontis poetæ. Hora. libr. car. Et fide teia dices laborantes in uno.
Fidus amicus erit famulum fidelẽ dicito. Cap.
Fido mihi confido mihi: & fidimus: & confidimus: ſic fidere media ſyllaba correpta. Nam ſi eſſet fideo ut tepeo faceret fidere: tepere: ridere. Caper.
Fidens qui fortis eſt. idem eſt fidens quãdo cõfidens mala conſuetudine loquendi in uitio ponitur dictum uerbum a confidente quod laudis eſt. Cicero.
Fides is facit: cum ſignificat lyram. Si autem uirtutem ſignificat fidei facit: non ratiõe ſed diſtantiæ cauſa. Seruius in arte.
Fido hac re & huic rei. Statius in ſecundo Thebaidos. Tamen genas confiſus auos. Iuuenalis in tertio. Fidimus eloquio Ciceronis. Virgilius dicto coniunxit in. xi. Dum Troia tentat caſtra fuge fidens. & in. viii. Et fidere nocti. Priſcianus in acticiſmis.
Fiden apud Indos ſtagnum eſt: cuius in aquis quantuncunq; leue ſit nil natat: ſed mergiť omne.
Fieri proprie pecunia dicebatur. Quintil. quæ

pecunia ad hiſpanenſe bellum facta eſt. Ter. in phor. Id ut conficerem confeci. Do.

Fieri & factum eſſe pro euenit & cõtigit. Ter. ĩ adel. Hæc nata me melius fieri haud potuit q̃ quod factum eſt. Do.

Frigidus mortuus. Virgilius nono. Voluit' ille moriens calidum de pectore flumẽ Frigidis. Nonius.

Figura eſt circa geſtum ſitumque membrorũ. Aſco. Ped.

Figere inde refigere: ꝙ fixum erat educo. La.

Figor ambigue declinatur apud ueteres. Repe rimus fictus & fixus. Scaurus de uita ſua. Sagitta ſua inquit confictus. Varro ad Ciceronem fixum ait. Cicero academicorum libro tertio: opera fixa. Virgilius: Si mihi non animo fixum.

Filum liniamentum. Lucilius libro uigeſimo nono: Surge mulier duce filum non malum Nonius.

Filium habere creditur etiam ea mulier: quæ cũ moriretur exciſo utero ædere poſſit: nec non etiam alio caſu mulier poteſt habere filium quem mortis tempore non habuit: ut puta cum quibus ab hoſtibus captus remearet.

Filiabus ſuis uel filiis ſi quis dederit tutores etiam poſthumis uidet' dediſſe: quia filiæ appellatione & poſthumus continetur. Vlp. de uer. ſigni.

Filiarum nomen etiam in poſthumam cadere quæſtionis non eſt: q̃uis nomen poſthumæ non cadere in eam: quæ iam in rebus humanis ſic certum eſt. Vl.

Filiarum nomine maſculini non continentur exemplo enim peſſimum eſt fœminino uocabulo etiam maſculos contineri. Filioꝝ autem nomine filiæ accipiuntur. Iabo.

Filiorum appellatione & naturales liberos ſuos: ideſt in ſeruitute ſuſceptos creditur contineri his uerbis Labeo ait. Quiſquis mihi alius filius filiiue hæres ſit. Proculus qua mihi labeo uidetur uerborum figuram ſequi. Proculus mentem teſtantis. Reſpondit non dubito quin labeonis ſententia uera non ſit.

Filio filiiſque meis hoſce tutores do. Ser. ait. Si ita ſcriptum ſit: maſculos duntaxat tutores datos eſſe: quoniam a ſingulari caſu: hoc eſt filio ad pluralem uidetur tranſiſſe continentem eundem ſexum quẽ ſingularis caſus prior poſitus habuiſſet: ſed hoc facti nõ iure habet quæſtionem. poteſt enim fieri ut ſingulari caſu de filio ſenſerit: deinde plenius omnibus liberis proſpexiſſe ipſe ĩ tutore dãdo uoluerit: quod magis rationabile eſſe uidetur. Pomponius.

Filii appellatione ſicuti filiamfamilias contineri ſæpe reſpondemus: ita iuſta interpretatiõe recipiendum eſt: ut & nepotes uideant' comprehendi. Et patris nomine: & auus quoque demonſtrari intelligatur.

Fimum quod nos fritillum dicimus: ĩ quo cõiectæ teſſeræ agitatæq; miſcent'. Porphirion

Finis & definitio finitur & definitur idem ſũt non enim. i. hic finis: & ille in extremo capituli: cum hic ergo dicatur ορος ille τέλος: ad quæ diſtinguenda autores illic addũt ſũmum & ultimum.

Finire item pro figere. Fe.

Finitores dicebantur quos nunc agrimẽſores dicimus: dicti ꝙ fines diuiderent. Plautus in penulo. Eius nunc regiones limites confinia determinabo eius rei factus ſum ego finitor Nonius.

Fingere componere. Virgilius ſecundo georgicorum. Perſequitur uitem attondens fingitque putando. Marcus Tul. de finibus bonorum & malorum libro quinto. Vt alia in primo ortu perficere: alia progrediẽte ætate fingere. Lucilius libro. xxvii. Item plurima ſalute & fictis uerſibus. Lucilius: quibus poteſt ĩpartit. Marcus Tul. de officiis libro tertio. Fictam & commentitiam fabulam prolatã ducunt a Platone. No.

Fingere componere inſtruere.

Fingere parare Lucil. lib. viii. Sed fuga fingitur timido uadit pede percitus. Marcus Cato de liberis educandis. Magnum eſt enim ut Ariſton ſcribit in primordio puerili: quẽadmodum incipiat fingat quaſi euadat. No.

Fingere effigiare: uel formare: uel facere. Marcus Tullius de republica libro quarto. Ego uero eodem quo ille Homerum redimitum coronis uel delibutum unguentis ex ea urbe quam fingit ipſe. Idem de natura deorum libro ſecundo. Deinde in ore ſit aliena lingua eſt finita dentibus: & uocem moderate profuſam fingit & terminat. Virgil. lib. ſecundo æneidos. Nec ſi miſerum fortuna ſinonẽ finxit uanum & mẽdacem improba finget. M. Tul. de offi. libro ſecundo. Fingimus uirum de eius deliberatione & conſultatione quærimus. Saluſtius in catil. Quæ natura prona atq; obedientia uentri finxit. Plautus in aſinaria. Nam nec fictum uſquam: nec pictum nec ſcriptum in poematis. Varro in thaphe minippo. Vt hirundine ſinguli obliti luto tegulas fingebant. No.

Fingere ſimulare mendacium. Afranius fratris nunc uide hoc quo pacto ego aurum in medium proferam: tu caſtalia cogita: tu finge fabricare ut iubet. Virgilius ſecũdo georgicorum. Non hic te carmine ficto atq; per ambages. Terentius in andria. Confingunt quã

dam inter ſe nunc fallaciam. Vir. xi. æneidos Vel cum ſe pauidum contra mea iurgia fingit. Artificis ſcelus. Marcus. T. de finibus bonorum & malorũ libro quinto. Talibus exẽplis non ficte ſolum fabulæ ſed etiam hiſtoriæ refertæ. Nonius.

Fingere tergere. Virg. viii. æneidos. Et corpore fingere lingua. Cicero in ſeptiona. Spongiis ſanguis effingebatur: ideſt tergebatur. Ser.

Fingere quære in uerbo effingere. Lau.

Fingo compono. Virgilius. viii. æneі. Molliqꝫ fluentem fronde premit crimen figens. & ſecundo georgicorum. Poſt uitem attondens fingitqꝫ putando. Ser.

Fingitur componitur. Hora. libro car. Et fingitur artubus: ut & corpora fingere lingua. Acron.

Findo quoqꝫ fidi facit: licet quidam fiſi putauerunt: ſed Virg. in nono. Et media aduerſi liquefacto tempora plumbo: Diffidit. Hor. i tertio car. Diffidit urbium portas uir Macedo. Priſcianus.

Fio fitum ſecũdum antiquos fite imperatiuo modo. Cato de præda militum diuidenda diuides fite. Craſſius lib. xvi. iliados. Socii nũc fite uiri. Nonius.

Firmum ciuitas Emporium eſt piceni. Str.

Firme & firmiter aduerbia a firmo. Cicero in tertio de republica. Firmiter enĩ maiores noſtri ſtabilita matrimonia eſſe uoluerunt. Priſcianus.

Firmitudo pro firmitas. Plautus in aſinaria. Si iſtam firmitudinem animi obtines ſalui ſumus. Ci. de repub. lib. i. Habent æqualitatem quandã qua carere diutius uix poſſunt: liberi deinde firmitudinem.

Fiſcellus Italiæ mons non longe a thyberi fluuio.

Fiſſilis arbor lignum tum quaſi fixum: cuneus fixilis dicitur quia finditur. Plinius libro. vi. Hæc maxĩe fiſſilia. alia frangi celeriora q̃ findi. Lau. Valla.

Fiſtulæ per quas aquam ducunt.

Fiſtulam iunctam parieti communi: quæ aut ex caſtello: aut ex cælo aquam capit non iure haberi Paulus ait.

Flagrones dicebãt genus hominũ: quod mercede flagris cedebatur. Ser.

Flagrones dicti ſũt ſerui quod flagris ſubiecti ſunt: ut uerberones a uerberibus. Afra. in uopiſco. Tu flagronibus priuigno iucunditatis plus eſt in te mihi q̃ cõmercatis conſecute eduliis. No. Mar.

Flagitium periculum. Lucil. libro. xxx. qui æde poſcente minus & præeunt rectius multo & ſine flagitio. Nonius.

Flagitium more militari dicitur res flagitione hoc eſt increpatione digna. nam flagitio ſtrepitus dicitur: unde flamia & flagella & flagellare: ideſt perſonare intelligimus dici. nã hæc omnia ſine ſonitu crepituqꝫ non ſunt. Terẽtius in eunucho. Ha flagitium facinus. Do.

Flagella dicuntur ſummæ arborum partes ab eo quod uentorum crebros ſuſtinent flatus Virgili. ſecundo geor. Neue flagella ſumma pete. Aut ſummas defringe ex arbore plãtas Seruius.

Flagro ardeo a flamma: uel flatu quo alitur incendium per. l. Virgi. i. æneі. Flagrantiſqꝫ dei uultus. Ser.

Flamini diali iurare non licet: an quod tormẽti genus quoddam eſt homini libero iuſiurãdum flaminis autem corpus & animum ĩtactum iuiolatumqꝫ eſſe oportet: an quod parua in re ei fidem non habere abſurdum eſt: cui diuia ac ſumma credita ſunt: an quod oẽ iuſiurandum in periurii terminat imprecationem. Execratio uero omnis triſtis & abhominanda. Vnde ne aliis quidem ĩprecari flamines ſolẽt. Laudata eſt igitur athenis ſacerdos illa quæ populi iuſſu adduci non potuit ut alcibiadẽ execrarentur. dixit enim precandi ſe cauſa: non imprecandi ſacerdotio prædita fuiſſe: an commune omniũ periurii periculum eſt: ſi homo impius ac periurus uota pro ciuitate ſuſcipiat.

Flaminius quidam priſcus: cum ciuitati agrũ reliqſſet equeſtribus ludis eius fructu & uectionalibus utebantur. Nã cum pecunia ſuppeteret: uiam quoqꝫ flamineã munierunt.

Flaminiam uiam ſtrauit flaminis conſul poſt uictoriam partam de liguribus a Roma per Thuſciam Ariminum uſqꝫ. Stra.

Flamen dialis mortua uxore ſacerdotio ſe abdicat: ſic enim apud Teium ſcriptum eſt: an quod qui uxorem ducens poſt amiſit: eo qui nunq̃ duxit multo eſt infœlicior: eius enim qui uxorem duxit domus integra eſt. Eius autem qui uxorem in matrimonium acceptam amiſit: non ſolum imperfecta domus ẽ: ſed immunita prorſus ac manca: an eodẽ tẽpore uxor una cum uiro conſecratur: quemadmodum multa ſunt in ſacris quæ abſente uxore agi nequeunt: priore autem amiſſa: alteram ſtatim ſuperducere: tũ difficile eſt: tũ uero iniquum atqꝫ impium.

Flamen dialis cur ederam ſi attigiſſet piaculũ commiſiſſet: nec iter illorſum facere poterat ubi umbraculum: aut arbuſtum deſuper immineret: an hoc ſimile ei eſt quod dicitur de curru uon eſſe: choenici non tranſcendere: non quo hac pythagorici uitentur aut metuant: ſed quod per hæc ab aliis deterreant. nã quod ſub uitem ingredi prohibent ad uinũ

referebāt quod ſacerdoti ebrium fieri nefas eſſet. Temulentis enim uinum ſuper caput ē & deprimuntur omnes ebrii & humiles fiūt cum hanc ipſam uoluptatem uincere oporteat: non ab ea uinci: hederam uero tanq̄ ſterilem & hominibus inutilem: & propter fragilitatem adminiculo alterius ſemper egētē umbra ſolum ac uiriditate oculos capientē: non temere in ædibus ali atq; inaſci permiſerunt. Quippe quæ plantas complexa maxīe noceret: nec ſolo extirpari facile poſſit: quo fit cæleſtium ut templis penitus amoueatur nec ī æde palladis athenis ac thebis quiſquā facile hederam uideat. Nocturnis uero ſacris & bacchanalibus adeſt: an ad hoc quoq; myſticum quoddam ſignum erat: ut athiaſis ac reliquis de bacchationibus abſtinerent. nāq; bacchicis furoribus mulieres correptæ fuerint ad hederam ſtatim feruntur: & abreptā manibus diuellunt: dentibus lacerant: ut nō omnino incredibilia dicere uideantur: q aſſerunt hederam ꝙ ſpiritum habeat: quo mentes in furorem concitet & locū moueat ebrietatem abſq; uino īducere: & hilares eos reddere qui in furorem procliues fuerint.

Flaminē cur Ioui ſacerdoti quē dialem uocant farinam fermentum ue attingere non licet. An quod farina cibus imperfectus & indigeſtus ſit. Non enim aut id quod erat triticum manſit: nec quem fieri oportet factus eſt panis. ſed uim ſæminis ſimul amiſit: & cibi uſū non præſtitit: qua ratione poeta Miliphaton farinam dixit per tranſlationem quaſi molēdo occiſam & confectam. Fermentum uero quoq; & per corruptionem factum eſt: & ad mixtum omne illud quicquid eſt quod pinſitur corrūpit. Remittitur enim quodāmodo ac diſſoluitur: & omnino fermētatio ipſa nihil aliud eſt niſi putrefactio quædam: quæ quidem ſi abundātibus adhibeatur farinam acidam reddit & prorſus corrumpit.

Flaminia poſt æmilia dicta: nunc romandiola appellatur.

Flamaris rubetur a calore flammæ.

Flamen dialis dictus ꝙ filo aſſidue ueletur: inde appellatur flamen quaſi filamē. Dialis autem a dio: a quo uita dari putabatur hominibus. Feſtus.

Flamen dialis maxīe dignationis inter quindecim flamines: & quomodo cætera diſcrimīa maieſtatis ſuæ habeāt minimi habeant̃. Pomonalis ꝙ pomario leuiſſimo fructu agroꝶ præſidet: ideſt pomis. Feſtus Pom.

Flaminas ædes flamini dialis. Fe.

Flamearii infectores flamei coloris uiolarii dicuntur. Feſtus Pom.

Flameo amicit̃ nubēs ominis boni cauſa ꝙ eo aſſidue utebatur flaminica. i. flaminis uxor: cui non licebat facere diuortium. Fe.

Flameo ueſtimento flaminica utebat̃. i. dialis uxor & Iouis ſacerdos: cui telum fulmīe idē erat colore. Feſtus Pom.

Flamineus camillus puer dicebatur ingenuus patrimes & matrimes: qui flamini diali ad ſacrificia præminiſtrabat. Antiq miniſtros camillos dicebant. Alii dicūt oēs pueros ab antiquis camillos appellatos: ſicut habet̃ in antiquo carmine. cum pater filio de agricultura præciperet hiberno puluere: uerno luto grandia farra camille metes. Feſtus Pom.

Flamina dicebat̃ ſacerdotula quæ flamini diali præminiſtrabat eaq; patrimes & matrimes erat. i. patrem matrēq; adhuc uiuos habebat Feſtus Pom.

Flaminis lictor ē qui flamini diali ſacroꝶ cauſa præſto eſt. Fe. Pom.

Flamineū ueſtis: uel tegmē quo capita matronarum tegantur. Plau. in aulu. flaminarii: uiolarii: caluarii. No. Mar.

Flamen cū maſculini generis eſt ſacerdotē ſignificat: ut flamen dialis dicitur: aut a pileo quem geſtat: quaſi pilamen. No.

Flamines ſacerdotes quia in capite habebāt pileum ī quo erat breuis uirga lanæ: filo tamē capita relegare cœperunt: nā nudis eos capitibus incedere nefas erat: unde a filo quo utebant̃ flamines quaſi filamines uero feſtum diebus filo depoſito pileo neceſſe erat accipere: a quibus: ut Plutarchus autor eſt: quaſi pilamines dicti ſunt. Ser.

Flamines quod in latio capite uelato erāt ſemper ac caput cinctum habebant filo flamīes dicti hoꝶ ſinguli cognomina habent: ab eo deo cui ſacra faciunt. Sed partim ſunt aperta partim obſcura. Aperta ut Martialis: uulcanalis. Obſcura ut Dialis: furinalis: cum dialis a Ioue ſit. furinalis a furida: cuius etiam in faſtis feriæ furinale ſunt. Varro.

Flammigrare Pindarus dixit ætnā montem ꝙ referat: quodq; oculis depræhēdit̃ interdiu fumare ætnam: noctu flāmigare. Mac.

Fanatica dicit̃ arbor fulmine icta. Fe.

Flaccet languet deficit. Lucil. li. vii. Hic eſt macedo ſi agrion longius flaccet. Act. in achille An ſceptra iā flaccent. Afra. ī diuortio. diſperii perturbati ſunt iam flaccet fortitudo. Ennius in thyeſte: Inflaccebant conditiones repudiato & redito. No.

Flauiſas id dici Var. exiſtimat: quod græci theſauros uocant in epiſtola: quā ad Seruiū Sulpitium dedit. quin Valeriū ſoranū ſolitū dicere: quos theſauros græco nomine appellaremus priſcos latinos flauiſas dixiſſe: quod ī eos nō rude æs argentūq;: ſed flata ſignataq;

pecunia conderetur. No.
Flaxamina. Cicero de oratore libro ſecundo. Tantã uim habet illa quæ recte a bono poeta dicta eſt flaxamina atque omnium regina rerum oratio. Pacuuius in hermiona. Flaxamina atq; omniũ regina rerum oratio. Nonius Marcellus.
Flagitium quære in crimen. Lau.
Flautaſis fluuius in finibus dacorum eſt.
Flagito eſt uæhementer & pluſquã poſtulo: ut Quintilianus pro Quintio. Quãq̃ hoc cauſam poſtulat: & ſi poſtulat nõ tamen flagitat.
Flagrare & ardere & ignere ita differunt: quod igneſcere eſt incendi: & ardere. flagrare uero olere. Nonius Mar.
Flammeſco a flamma formatur inchoatiuum Diodorus.
Flamina quære in metaurus. Acron.
Flauius fimbria ilium expugnauit & diruit tẽporibus Sylæ rogatus curret. Pri.
Flauo rubeo. Hora. lib. car. Accipit flauo nido laborum. Acron.
Flamineum uelum mulieris.
Flaminea fœmininum a flamine ꝓtulit. Trogus in. xxii. Papyro flamina flamini penultima obiit. Pri.
Flaminiam uiam e Roma per thuſciã & Vmbriam uſq; Ariminum ſtrauit Marcus Lepidus. C. flaminii in conſulatu collega poſt uictoriã quam de liguribus habuerit. Et Marcus Lepidus ſtrauit reliquam porro uſq; Bononiam: & ex ea in Aquileiam prope alpium radices ducto per girum circa paludes opere huius regionis terminus mõſtratus eſt: quã nuncupamus Galliam ad reliquam Italiã: & montes appennini Thuſciæ imminentes: & eis annis & poſtremo rubicon uterq; adriati cum intrantes pelagus. Strabo.
Flamina generis fœminini domũ flaminis ſacerdotis ſignificat. Au. G. lib. x. Ignem & flamina. i. flamis dialis domo: niſi ſacrum & ferrum ius non eſt. Seruius.
Flere quære in dictione heuilare. Lau.
Flegethon inferorũ fluuius poetis familiariſſimus eſt: ignem quidem ſignificat: ſeu ardorẽ ſcribe cum ph aſpirato.
Fleumon eſt inquietudo cum rubore & dolore extenſione duritia & uaſtitate: nam cũ cœperit fieri ĩquietudo febris conſequitur: unde edita eſt flegon inflamans. Sic enim ſentitur: & unde nomen accepit: quædam enim paſſiones ex põponii acceperunt nomen: ſcribe cum ph aſpirato.
Fleuo lacus eſt quem rhenus maximam aquarum copiam trahens de ſeipſo: poſt longũ diſcurſum facit: & in eius medio inſulam aqua fleuo nominatam amplectens demum exin de exiens iterum ſeſe cogit in rippas.
Flexilis ramus flexiles uites ꝙ flexæ ſunt: & lapſu erratico torquentur. Lau.
Flegmina dicũtur cum ex labore uiæ ſanguis defluit circa talum. Feſtus.
Fligi & affligi. Liuius in ægyſtho. Ipſe ſe in terram fligit cadens. Acti. ĩ epinauſimache. nec perdoleſcit fligi ſocios morte campos cõtingi. Idem in ægyſtho. Hem ciuitatis ſtirpẽ fun ditus fligi ſtudet. Nonius.
Floræ quam bonam deam nominant quid eſt omni florum genere templũ exornãtes mulieres domũ mirtos non ĩportant præſertim cum ambitioſus cunctis geminũ: ac floꝝ uarietatibus uti ſoleant. an illud eſt quod a fabulatoribus dicitˀ florã flauii diuinaris uxorem fuiſſe: quæ tum uino clanculum uberius uteretur depræhẽſi myrtetis uirgis ac flagris a uiro cæſa fuiſſe dicitˀ: inde factum eſſe ut myrtus in eius cædem nõ inferatur uinũ tantum: cum mulieres id bibãt: lac appellãt an quod a multis tum uero rebus ueneris caſte ac pure ſacrum illud obeunt: non ſolum enim uiros excludunt: ſed cum ſolenne ſacrificium faciunt quicquid maſculũ eſt domo exigunt: mirtum ĩgitur quaſi ueneri dicatam religioſam habent. Nam quam nunc myrteã uenerem nominãt antiquitus: ut uidetˀ myrteam appellare conſueuerunt.
Florentia florentinoꝝ urbs: olim Romanoꝝ Colonia Hætruriæ ciuitas priſco nomĩe cõfluentia dicebatur.
Florẽtia prius fluentia: quod circa fluẽta arni ſit ſita. Blondus.
Fluſtares populi ĩ aquitania proximi uocatiis taruſatiis ſontiatibus garũnis & Hiſpaniæ citeriori in regno francorum ſiti comitatus ẽ in Vaſconia comitis defuſſo nomen adhuc retinent.
Floces fex uini. Cecil. ædepol ego neq; florem neq; floces nolo: mihi uinũ uolo. No.
Floxus fluuius eſt hiſpaniæ promontorio celtico uicinus.
Fluere eſt decurrere. Vir. geor. li. i. Hæc eadem argenti riuos æriſq; metalla oſtendit. Venis atq; auro plurima fluxit. Nonius.
Fluere latius execreſcere. Vir. geor. ii. Tum deniq; exerce imperia & ramos compeſce fluẽtis. Nonius.
Fluere minui deficere. Virg. æne. lib. ii. Ex illo fluere ac retro ſublapſa referri: ſpes danaum. Nonius Mar.
Fluctuatim iactanter & ſolute. Afra. ĩ pompo. Tene tu in medio nemo eſt magnifice uolo fluctuatim ire ad illũ. Accipite hoc: rege tu & ſuſtine. Nonius Mar.
Fluuiatilis piſcis incola fluuiorum non maris

aliarumue aquarum.
Fluxus ab actiua uoce deſcendit: nec actiuam nec paſſiuā ſignificationē plane habet.
Fluxurus ſoliti ſunt dicere. unde & fluctus ipſi motus aquarum: Pri.
Floccifacere & floccipēdere cōtendere ſignificat. Te. i eu. Tū autē q nō illū flocciferim. D.
Floces uini fecē appellabant ueteres: unde etiā floccipendere Seruius.
Floces audierat priſca uoce ſignificare uini fecē a uinaciis expſſā: ſicuti fraces oleis. A. G.
Focale nā recitaturi ne clamore obſtrepētium terrerēt adhibebāt auribus genus ligaminis quod focale appellarūt Fabius Quintilianus focalia & ligamina auriū ſola excuſare poteſt ualetudo hæc ait Martialis: cū de recitaturis ſcriberet: hoc uerbo uſus eſt. Hor. i ſermonibus: & idē in diſtichis: ſi recitaturus dedero tibi forte libellū hoc focale tuas aſſerat auriculas noſtris auribus: ne qd de te audiamus: focale faucibus hæret dicit focale dictū: q̄ſi faucale a faucibus quas obligat collo enī reuinciebatur.
Flociferum dictū q eo die ſpicæ ferūtur ad ſacrarium. Feſtus Pom.
Focus fomenta focillationes foculi a fouēdo: ideſt calefaciendo dicta ſunt. Fe.
Focale ligamētū auriū qd oratores ſumebant leneū inter agendū ſtrepitu perterrerent dictum focale a faucibus.
Focula dicta ſunt nutrimēta: unde & foculare dicit ut fouere. Plau. in perſa. ad ædes nā iam intus uentris fouent focula. No.
Focillat Varro de ui. pa. lib. ii. propter ſecūdas ſublato metu nō i cōmuni ſpectāt: ſed ſuum quiſq diuerſi cōmodi focillant. No.
Focias fluuius ē theſſaliæ: & i epidaurū effluit
Fodare fodere a fodēdo dictū. Ci. tuſcu. lib. iii. Nō eſt. n. i poteſtate foditātibus eis rebus: qs malas opīamur diſſimulatio uel obliuio. N.
Fœdū conſuetudine deforme. Ter. in eu. Nūc tibi uidet fœdū q illam non habet. N.
Fœdum execrandum. Vir. lib. vii. Auerſuſq re fugit fœda miniſteria. No.
Fœdare dilacerare. Vir. ii. æneī. Impulerat ferro argolicas fœdare latebras. tam enim apud Vir. q̄ apud Salu. fœdū nō tā turpe q̄ crudele ſignificat. Priamūq p aras ſanguīe fœdātē quos ipſe ſacrauerat ignes. & Salu. fœdi oculi. Seruius.
Fædifragos qui fœdera frangerēt: in Neniano carmine ruminabantur. A. G.
Fœlix propitius. Vir. li. i. æne. An phœbi ſoror an nympharū ſāguinis una: Sis fœlix. No. M.
Fœlix fructuoſus uerax. Vir. ii. geor. Exilit ad cælū ramis fœlicibus arbos. Varro de ui. pa. lib. ii. Cōtra e nouo marito cū ita e foco mitiore & fœlici arbore & inæquali aqua allata eſſet. Nonius Mar.
Fœdū crudele. Salu. fœdi oculi. Ter. i eu. proh deum fidem facinus fœdum. Do.
Fœlix fœcūdus. Virg. Fœlicēq trahit limum.
Fœlicitas aduerſa eſt cū ex pſperitate q lædat naſcitur. Teren. i eunu. Cui magis bonæ fœlicitates aduerſæ ſient. Do.
Fœmur & fœmen quære i dictiōe coxa. Lau.
Fœneraticius quod datū eſt fœnori: aut ad fœnus pertinet. Lau. Valla.
Fœtū ſignificat īpletū. Vir. i. æn. Loca fœta furētibus auſtris. & li. ii. Scādit fatalis machina muros fœta armis. Var. γνωθισεαυτον. nō uidetis unū & paruulus amor ardi fœta lampades. Nonius.
Fœtū onere leuatū. Vir. lib. viii. Fecerat & uiridi fœtā mauortis in antro. Et. iii. geor. Hic tibi fœta mare patrū mulctraria uaccæ implebunt. Var. de uita popu. ro. li. ii. Menſæ ante ponebāt: cū talia & uno ī quoquo ueniebāt ad fœtam amice gratulatum dus mactabant Nonius Marcellus.
Fœta plena. Vir. li. i. æne. Loca fœta furētibus auſtris. & alio loco: fœta armis. Sciēdū ē autē fœtā dici & grauidā & partu liberata: ut fecerat & uiridi fœtā mauortis ī antro. Enixam autē fuiſſe lac quod pueris præbebat oſtendit. Itē fœtā grauidā illo loco oſtēdit. Nō inſueta graues tētabunt pabula fœtas: ergo qa fœta medius ſermo ē: bene hoc loco epitheto diſcreuit dicēs graues fœtas: ut bonū facinus: bonū uenenū & malū uenenū. Ser.
Fœtis pro fœtibus. Actius in bachidibus: ubi ſanctus Citheron frondet uiridātibus fœtis Nonius Mar.
Fœnus autē a fœtu dictū eſt: q̄ſi a fœtura q̄dā pecuniæ parētis atq increſcentis. Iccirco. M. Catonē ætatis ſuæ doctiſſimū fœnerator ſine a littera pnunciaſſe tradidit: ſicut fœtus ipſe & fœcunditas appellata. Au. G.
Fœniſcicia omnes agri colunt ab hominibus ſeruis: aut liberis: aut utriſq liberiſq pauperculis cū ſua pgenie: aut mercēnariis cum cōducticiis liberorū operis res maiores: ut uindemias ac fœniſicia adminiſtrant: quos operarios noſtri uocitarunt. V.
Fœniſiciæ cōdunt melius ſub tecto q̄ in aceruis: q ita fit iniucūdius ex eo intelligit: q pecus utroq poſito libētius eſt. Varro.
Fœles oēs parietes tectorio leuigāt ne fœles a liaue beſtia introire ad nocēdū poſſit. Varro
Fœlices arbores uerranius de uerbis pōtificialibus ait. Fœlices arbores putant eſſe quercus: eſculus: ilex: iuniperus: eorylus: ſorbus: ficus: alba: pirus: malus: prunus: cornus: lotus. Tarquinius autē priſcus in oſtentario arbo-

rario ſic ait. quæ arbores: quæ in ſoꝝ deoꝝ aduertẽtiũ:quæ in tutela ſunt eas infœlices nominãt alternũ ſãguinẽ fœlicẽ ficum atrã quoq; baccã nigram nigroſq; fructus ferunt Itemq; acrifolium pirum ſiluaticum prunũ rubum ſenteſq; quibus portenta prodigiaq; mala comburi iube oportet. Ma.de ſatur.

Fœlix dicitur fortunatus beatus. Virgilius ter tio æne. O fœlix una ante alias priameia uir go. Nonius.

Fœnerare eſt nũmos in fœnus dare.

Fœnebris a fœnus: ſicut a funus funebris: ut pecunia fœnebris. quæ fœnore quæſita.

Fœmur fœmoris: fœmen fœminis. Fe.

Fœneratum eſt cum lucro redditum & multi plicatum. Teren. in adel. Metuiſti ne nõ iſtuc tibi fœneraret. Donatus.

Fœdũ ãtiqui dicebãt pro edo foliis pro olere: foſtim pro hoſte: foſtia pro hoſtia. Fe. Pom.

Fœdus appellatum ab eo quod in paciſcendo fœdere hoſtia necaretur. Virgilius. Cæſa iun gebant fœdere porca: uel quia in fœdere in terponatur fides. Fe.

Fœdus cruentus crudelis. Virg. ſeptimo ænei. Abſtinuit tactu pater: auerſuſq; refugit. fœ da miniſteria. Ser.

Fœtura prouentus gregis: ideſt ipſe fœtus. Vir gilius. Si fœtura gregem ſuppleuerit aureus eſto. Seruius.

Fœta plena: require ſupra. Ser.

Fœnero fœneras: & fœneror raris dici poteſt. Feſtus Pompeius.

Fœnus appellaẽ naturalis terræ fœtus: ob quã cauſam & nũmoꝝ fœtus fœnus dicitur. Et de ea re leges fœnebres. Fe.

Fœnus ab eo dictum quod pecuniam pariat ĩ creſcẽti tempore: quaſi fœtus uel fœtura. nã & græce τοκοσ dicitur ἀπο τοῦ τίκτειν: quod eſt parere. Varro libro tertio de latino ſermone. Fœnus autẽ dictũ a fœtu: & quaſi fœturam quandam pecuniæ. Nam & Cato nem & cæteros antiquiores ſine a littera fœ nus pronunciaſſe contendit: ut fœtus & fœ cunditas. Nonius.

Fœnus & fœnerata res: & lex de credita pecu nia. Feſtus.

Fœnus quære in uectigal. Lau.

Fœtus & fœtura in catuli. Lau.

Fœlix quære in proſper: & iterum in beatus. Laurentius.

Fœnero quære in uerbo mutuo. Lau.

Fœnix theſſaliæ fluuius eſt.

Fœnebris a fœtu dicta: q; crediti nummi alios pariant: aut apud græcos eadem res dicitur τοκοσ fœnum quoq; pratorum ab hac cau ſa eſt appellatũ: quod id ipſum manens quot annis nouum parit: unde etiam fœſtiua uo cata eſt. Feſtus.

Folles genus pilæ: qua et iuuenes & ſenes pari ter ludebant. Auguſtus cæſar ea maxĩe dele ctabaẽ infra folle decet iuuenes ludere folle ſenes.

Foliatum unguentũ precioſiſſimũ: inde nardĩ nũ fiebat: autore Pli. exõphatio: lumo: coſto: balãno: nardo: amomo: myrrha: balſamo.

Follis genus pilæ. Suetonius de Cæſare augu ſto ad pilam & folliculum eſt reuerſus.

Folium a græco uenit: quod illi φυλλον di cunt: ſed ideo per unũ l quia antiqui non ge minabant conſonantes. Feſtus.

Foliculare appellaẽ pars remi: quæ foliculo eſt tecta: a quo uita folicularis. Fe.

Foliculum corpus. Lucil. lib. xxvi. Ego ſi quis ſum: & quo foliculo nunc ſum indutus non quæro. Nonius.

Foloe mons eſt theſſaliæ: in eo quõdã cẽtauri nati ſunt. Alii arcadiæ montẽ dicunt: nõnul li thraciæ: ſed cum ph ſcribitur.

Fomites ſunt aſſulæ ex arboribus dum cedũ tur excuſſæ dictæ ꝙ in eo opere occupati ci bis potuq; confouentur: ac opilius aduſtas iã uites uocari exiſtimant fomites. Alii uocari putant ſcintillas quæ ex ferro candenti mal leis excutiuntur. Dictæ autem ita: quia igni ſunt confotæ: pari modo aſſulæ quæ ſunt ſe curibus excuſſæ. Feſtus.

Fons ſolis cũ hominũ manu attingiẽ: ille ĩmo dicus exurgit: harenaſq; q̃ſi maria agẽs ſic ſæ uit: ut æquor fluctibus fons media nocte fer uet: mox & paulatĩ tepeſcẽs fit luce frigidus: tũc ut ſol ſurgit ita frigidior ſubĩde ꝑ meri diẽ maxĩe riget: ſumit deĩde tepores: iteꝝ & prima nocte calidus atq; ut illa ꝓcedit ita ca lidior: rurſus cũ eſt media perſeruet.

Fontanalia ſacra fontiũ: quæ fiebãt coronatis pueris & fontibus: autor ẽ Põpeius: illic erat præterea ſaxũ: qđ cũ Ro. uellẽt ĩpetrare plu uias a Ioue ĩ urbẽ ferebãt dicebaẽ. Martialis autor. Feſtus. Iuuenalis: madidaq; capenam:

Fons a fundendo dicitur. Feſtus.

Fontanalia a fonte: ꝙ is dies feriatus: cũ in fon tes coronas iaciũt: & puteos coronãt. Feſtus

Fontinalia fontium ſacra: unde & Romæ fon tinalis porta. Feſtus.

Formia ubi ſeceſſus amœniſſimus ubĩ habita runt læſtrigones: ut Pli. ſcribit: q̃bns ĩpauit Antiphates: autore Homero: in odyſſea. Et Ouidio in quintodecimo metamorphoſeos Totum ſinum illũ ante tempora troiana te nuit Lamus: quod ſcribit Homerus & Silius Fundiq; & regnata lamo careta.

Formidoloſus timendus: quia naturaliter for midandus. Hor. li. car. Seu me ſcorpius aſpi cit formidoloſus. Et Salu. etiam cum poten

tia Cn.Pompei formidoloſa erat.Acron.
Foramen.Siſen.hiſto.li.iiii.Neq; porta neq; foramen erat quo poſſit eruptio fieri.
Fortunatæ inſulæ non admodum lõge a mauritaniæ promontoriis ſunt: diſiunctæque a gaddibus oppoſitæ ſunt.Strabo.
Forum Iulii dicunt ubi & Cæſaris Auguſti nauales ſunt. Eſt autem inter Olbiam & antiopolim:diſtans a Maſſilia ſtad.vi.milibus.
Forago filum quo textrices diurnum opus diſtinguunt:a forando dictum.Fe.
Foramia quaſi diminutiua a foribus dicta.Ci. tuſcu.li.i.Quanq̃ foramina illa quæ patent ad animos a corpore calidiſſimo artificio natura fabricatur. No.
Forcipes dicuntur ꝙ his forma ideſt calida rapiuntur.Feſtus.
Forbam antiqui omne genus cibi appellabant quã græci φορβὴν uocant.Feſtus Pom.
Forceps ex eo dictum eſt ꝙ formam capiat.forum enim ueteres calidum dixerunt.Ser.
Fordicilia a fordis bubus bos forda dicit̃ quæ fert in uentre ꝙ ea die publice ĩmolabantur boues prægnantes in curiis cõpluribus:a fordis cædendis fordicidia dicta.Varro.
Fordicidæ boues quæ fordæ.i.grauidæ ĩmolabantur:dictæ a fœtu. Feſtus.
Fortis frugi & bonus ſiue ualidus. Feſtus.
Forum ſex modis intelligitur.Primo negociationis locus:ut forum flamineum:forum Iulium ab eorum nominibus qui ea fora cuſtodienda curarunt:quod etiã locis priuatis & ĩ uiis & in agris fieri ſolet.Alio in quo iudicia fieri cum populo agi contiones haberi ſolẽt Tertio is qui prouinciæ præeſt forum agere dicitur:cum ciuitates uocat:& de controuerſiis eorum cognoſcit.Quarto id forum antiqui appellabant:quod nunc ueſtibulũ ſepulchri dici ſolet.Quinto locus in naui: ſed tũc maſculini generis:& eſt plurale.Sexto fori ſignificant & circẽſia ſpectacula: ex qbus etiã miores forulos dicimus.Inde & forare foras ideſt fercula.i.hoſtia dicuntur.Fe.
Formucales forcipes dictæ ꝙ forma capiunt.i. feruentia.Feſtus.
Fornacalia feriæ inſtitutæ ſunt farris terendi gratia ꝙ ad fornacem:quæ in piſtrinis erant ſacrificium fieri ſolebat.Fe.
Fortunare eſt proſperare & omnibus bonis augere.Plautus in trinũmo.Defortunabunt ueſtra conſilia.Marcus Tullius ad Curionẽ.Tibi patrimoniũ dii fortunẽt.Afranius in emãcipato.Deos ego omnes ut fortunati ſint precor.Nonius.
Fortunatum Romani putabant cælibem:quẽ dicebant quaſi cælicem.Teren.in adel. Et ꝙ fortunatum iſti putãt uxorem nunq̃ habui

Donatus.
Fortunatim proſpere.Ennius in ãnalibus. Ea mihi reliquæ fidei regno uobis quæ quiritis ſe fortuna ĩfœlicius ac bene uortat. No.
Fornacalia ſacra erant cũ far in fornaculis torrebant.Feſtus.
Formiæ oppidum appellatur: ex græco uolũt ὅρμος:quod circa id crebræ ſtatiões tutæq; erant:unde proficiſcebantur nauigaturi.Feſtus.
Forma ſignificat modo faciẽ cuiuſcũq; rei modo calidã:ut cum exta quæ dãt̃ de forma appellant̃.Et Cato ait de quodã ædificio æſtate frigido:hyeme feruido.Item forma appellatur puls miliatia ex melle. Fe.
Lex clodia ab eodem in quem cenſores in legendo præterirent latum eſt ut ne qua ignominia afficerentur niſi qui apud eos accuſatus & utriuſque cenſoris ſententiæ damnatus eſſet.

Lex iudiciaria aurelia Aurelius iudiciariam legē cocta prætor qua cōmunicata ſunt iudicia ſenatui & equitibus ro. & tri.pleb. ut ex his tribus ordinibus electi iudices res iudicarentur.

Lex uaria.Qu.Varius tri.plæ.le.tu.ut quæreretur de his quoꝝ ope conſilioue ſocii contra rempublicā arma ſumpſiſſent.

Lex cornelia.Cornelius condidit legem relatum fuit in ſenatu ut quoniam exteraꝝ nationū legatis pecunia mutuo dare uſura:turpiaq; & famoſa ex eo lucra fierent ne quis legatis exteraꝝ nationum pecuniam expēſam fœneret.

Lex cornelia ab eodē cor.l.lata eſt ne qs in ſenatu legibus ſolueretur niſi.cc.affuiſſent ne quis cum ſolutus eſſet intercederet cum ea de re ad populum ferret.

Lex cornelia ab eodē.l.lata ē ut prætores edictis ſuis perpetuis ius dicerent.

Lex lucinia & mutia.L.Craſſus orator & Mutius ſcæuola ponti.maxi.idem orator & iuriſconſultus duo omniū ſapientiſſimos conſules.l.de ciuitatibus regendis tulerūt i eoꝝ conſulatu.Cū enim in ſūma cupiditate ciuitatis ro.Italiæ popūli tenerētur.& ob id magna pars eorum pro ciuibus romanis ſe gererent neceſſaria lex uiſa eſt ut in ſuum qſq; ius redigeretur.

Lex iunia.Iunius Sylvius conſul cū.Qu.Metello Numidico legē bello cimbrico tulit ꝙ diu praue ſimul & infœliciter geſtum eſt: qa militiis ſtipendia minuebantur.

Lex manilia.Manilius tri.pl.legem tu. qua.C.Pom:magnum bellum aduerſus regem Mythridatem edixit ordinem gererent poſt exactos reges anno.xvi.cum plæbs propter nimiam potentiam dominatum:id eſt ſacrum montē qui tranſ aniené ſeceſſiſſet.

Lex ſacrata. Sacratæ & ibi armatæ conſidiſſe duos.p.tri.creare qui deinde ad numerū decem adacti ſunt & conduxerunt quibus ſuū ius in partes tenerent priuſq̄ in urbē reuerterentur unde & ſacrariæ dicūtur ad patriæ plæbiſq; concordiam pertinentes.

Lex caſſia.Caſſius longinus.l.f.legem promulgauit contra po.ro.p tabellas ſuffragia ferret

C.Mario Flacco conſule.
Lex caſſia ab eodem.l.lata eſt ad intuendū nobilitatis potentiam:ut quem populus damnaſſet:cui ne imperium abrogaſſet in ſenatu non eſſet.
Lex aurelia.Aurelius cocta legem dedit cū ſylla ad diminuendum plæbis potentiam ſmultos cum ei magiſtratus ademiſſet ut plæbi liceret captos magiſtratus capere:& communicata ſunt iudicia ſenatui:deinde equitibus romanis & Tri. ærariis: deīde lex iudiciaria dicta eſt.
Lex roſia.L.roſius octo conſ.legem tulit:ut in theatro equites ro.ordines quattuordecim ſpectandi gratia darent.
Lex plocia.M.Plocius ſyllanus tri.ple.tulit legem.C.Pomp.Strabone Lucio Porcio Catone conſul.qua tribus ſingulæ ex eo numero denos ſuffragia crearent: qui eo anno iudicarent ex eo factum eſt ut ſenatores quoque in eo numero eſſent: ut quidam etiam ex ipſa lege.
Lex ſatyra eſt quæ uno rogatu multa & ſimul uaria cōpræhendit:ut uultiſne:iubetiſ ne ut cum iugurtha bellum componatur elephanto tradat uniuerſos.
Lex otonia.Oto tri.pl.le.tu.ne quis in ordine equeſtri ſpectans ſederet niſi ſeſtertia.xl.poſſideret:quod ſi cōtingeret quiſquis eſſet ſiue ingenuus ſiue libertus inter equites ſpectare liceret & in gradu nouo.
Lex ſcatinia.Scatinius le.t.qua pueroꝝ concubitores graui ſupplicio afficerenť quo apud græcos uocatur iulia.Cæſar.l.t.ne adulteri forent dēpræhenſi autem ſupplicio dederētur.
Lex manilia.Manilius tri.pl.l.t:ut quando res a nobilibus aduerſæ geſtæ fuerant:deinde hi ad magiſtratus admitterentur:quoꝝ maiores in po.ro.magiſtratus nō exercuiſſent.huiuſmodi aūt hoīes noui appellanť.
Lex ſempronia.Sempronius le.tu.quæ frumētum publice diſtribueret po.ro.quæ frumētaria dicta eſt.
Lex hortenſia.L.Hortenſius le.tu.cum ātiqui omnibus patriciis plebiſcitis nequaq̄ tenerētur ut eo iure plæbs ſtatuiſſet:& omnes qrites tenerentur.
Lex annuaria.Annuariā enī legem appellauit: quæ in modū annoꝝ fuit: qbus magiſtratibus capiundis poteſtas fit.
Lex ælia & fuſia.ælii & fuſii auctoritate.l. lata ē ne qs per eos dies quibus cum populo agi liceret non niſi de cœlo ſeruaſſet quiſpiam ageret.
Lex aternia.Aternius legē conſtituit ut cum mos priſcus fuiſſet erogandæ multæ ꝑ magiſtratus ouis aut bouis nomine ouis ære decem, bos autem ære centeno diffiniri ītelligit.
Lex falcidia.Falcidius le.tu.qua caueť ne plus legare liceret q̄ clodia:ut emptoꝝ bonorū ē. uncias nouem:idq; ipſorum teſtatorum gratia prouiſum eſt ob id quod plærique īteſtati moriebantur recuſantibus ſcriptis & hæredibus pro nullo ut minimo lucro hæreditates adire.
Lex flauia.Flauius inter iudicia publica conſtituit de plagiariis cū qs.i.obliquis & inſidioſis pollicitationibus ſeruum a dominio aut filiū a patre ſubtraxerit.
Lex iulia.Iulius cæſar legem ſanxit de peculatu in eos qui rempu.uel ſacra uel religioſa furati ſunt uel furantibus miniſteriū attribuerunt:uel qui furta ſcienter ſcienter ſuſcepūt quos uel capitali animaduerſione uel deportationibus puniri iuſſit.
Lex cornelia.Cornelius in eos le.tu.quæ teſtamentaria uocatur:qui teſtamentū uel aliam tabulam falſo ſcripſerint: ſignauerint: recitauerint:ſubiecerint: ſculpſerint: expreſſerint ſeruos quidem ultimo affici ſupplicio liberos autem deportatione.
Lex pompeia.Cornelius aſperrimū crimen noua pœna parricidas affecit:ſi quis.pentes uel filii fata præparauerint:ſiue clam ſiue palam inſutus culeo cum cane & gallo gallinacio & uipera:ſymia uel in mare uel in fluuiū ꝓiicia tur:ut inter ferales anguſtias cōpræhēſus oī alimentoꝝ uſu uiſus carere incipiat:& ei cœlū ſupſtiti ita mortuo auferatur.
Lex cornelia.Cornelius le.tu.in eos q occidendi cā cū telo ambulant ultra gladio eos pſequentes.telū aūt interpratū eſt oē quod longe iaci poteſt ut lapis.
Lex curia.Curius legē tulit ut īpatores ꝓcōſules ꝑtores ſuccedere in ꝓuīciis nō poſſent niſi ea conſules ſortiti fuiſſent.
Lex cornelia.Cornelius le.tu.ut ſenatus cōtra legem curiatā hoc ē ſine ſorte ꝓuincias cuilibet magiſtratui deſignare poſſent.
Lex cynthia.Cynthius le.tu qua caueret antiqtus ne quis ob cauſam orandam domū pecuniam ue acciperet.
Lex gellia & cornelia que diffinitā poteſtatē pompeio ciuitatem donandi dederat. Cicero pro Cor.
Lex lacinia & mutia nūquis eoꝝ q de fœderatis ciuitatibus eēt ciuitate donatus ī iudiciū eſt uocatus.Ci.ꝓ Cor.
Lex apuleia:quā apuleius tulit & deinde ſaturnius.C.M.ut in ſingulis colōias ternos ciues roma facere poſſet.Ci.ꝓ Cor.
Lex papiria uetat ædis in iuſſu plæbis cōſecrari.Ci.pro domo ſua.

Lex porcia quæ uirgas ob omniū ciuiū roma noꝝ corpore mouit.Ci.ꝑ Rabirio.
Lex helia & fuſia contra tribunicios furores. Ci.poſt reditum.
Lex ualeria uel cornelia de proſcriptionibus deque proſcriptorum bonis uendundis. Ci. pro Roſcio.
Lex fabia quæ eſt de numero ſenectaturum. Ci.pro Murena.
Lex calphurnia ne qs ambiret ſuffragia: quæ neq; mercede corrūpantur:neq; conducti ſe ctarent:ne prandia uulgo eſſent data.
Lex ludoꝝ quæ honeſtiſſimo ordini & equeſtri locumdiſtribuit Ci. ꝑ Murena.
Lex eſt a numine deoꝝ tracta ratio.impās honeſta:ꝓhibens contraria.Ci.phi.ix.
Lex athenis capito publici priuatiq; iuris peritiſſimus quid lex eēt hiſce uerbis diffiniuit. Lex inqt eſt generale iuſſum populi atq; plæbis rogante magiſtratu.ea diffinitio ſi ꝓprie facta ē neq; de ipio.Cn.Pōpeii:neq; de reditu M.Ci.neq; de ced.P.Clodii:quæſtioneq; alia id genus populi plæbiſ ue iuſſa leges uocari poſſunt.Non ſunt enim generalia iuſſa neq; de uniuerſis ciuibus:ſed de ſingulis cōcæpta Quo circa priuilegia potius uocari dicunt: quia ueteres priua dixerunt quæ nos ſingula dicimus.Au.
Lex lenonia eſt ut prius ſemp ſit cōmodū q̄ ſides.Te.in phor.Mea lege utar ut potior ſit q prior ad dandum eſt.Do.
Lyeus uomen bacchi a λυω ſoluo quod ſoluat mentem & membra.
Libido imoderata animi lætitia:quæ eſt uoluptas animo elata & geſtiens.Ci.tuſ.ii.
Libella a libra deriuatum aliud a primitiuo ſignificat.Lau.
Libertinus relatiuū eſt ingenui:ſignificatq; hominis conditionē:ideo adiectiua præſunt.& diffinit:Libertini ſunt q iuſta ſeruitute manumiſſi ſunt:ſicut ingenui ſunt qui liberi nati nec poſtea ſerui facti ſunt.libertus uero eſt relatiuū patroni:ſignificatq; priuatū quendā reſpectum:eſtque ſubſtantiuum ſicut patronus:ideo facit liberta libertabus: ut libertus Cæſaris non libertinus.inde colliberti colibertæue ſicut cōſerui ꝙ plures ſub umbra unius patroni ſunt.nec tamen dicimus collibertini nec coingenui:qui talem diuiſionem non patiūtur & tandem reſpectus priuatus a Publico ſeparatur.ideo dicit libertinitas nō libertitas.Lau.
Libanus mons inter arabes & phœnices & arbor thus ꝓducens.
Libya regio ab Atalāte ad Canopeū miliōſtiū a Libya uxore Epaphi Iouis filii & Libyſſa uabs Bithuniæ:ubi nūc tantum tumulus hānibalis.Pli.libyſtis diis.Vir.
Libyæ oræ ſic habitantur ad noſtrū maxime ritum moratis cultoribus niſi quod quidam linguis differunt & cultu deoꝝ quos patrioſ ſeruant ac patrio more uenerant ꝓximis nullæ quidem urbes ſtāt:tamen domicilia ſunt quæ mapalia appellantur:uictus aſper & mūditiis carens:primores ſagi uelantur: uulgus beſtiaꝝ pecudumq; pellibus: humi qes epulæq; capiūtur.uaſa ligno fiūt:aut cortice:potus ē lac ſucculq; baccarū. cibus ē caro plurimū ferina.nam gregibus quia id ſolū optimum eſt quo ad poteſt parciturus. interiores etiam incultius ſequūtur uagi pecora ut que a pabulo ducta ſūt ita ſe ac tuguria ſua ꝓmouēt atq; ubi dies deficit ibi noctē agūt q̄q̄ in familias paſſim & ſine lege diſperſi nihil in cōmune conſultant.tamen quia ſingulis aliquot ſimul cōiuges & plures ob id liberi agnatiq; ſūt nuſq̄ pauci:ex his qui ultra deſerta eſſe memorantur Atlantes ſolē execrāt & dum oritur & diu occidit ut ipis agris peſtiferum nomina ſinguli uero habent nō.uelcuntur animalibus:neq; illis in quiete qualia cæteris animalibus uiſere datur.
Libytine in æde quid cauſa eſt qđ quæ ad ſepulturam pertinent uendere conſueuerunt nil aliud niſi Venerem eſſe exiſtimantes an hoc unū ex Nūmæ Pompilii cōmentis fuiſſe putandū eſt ut hiſcant homines talia non aſpernari:nec tanq̄ rem pollutā aut ſceleratā fugere:an ea re homines fragilitatis ac imbecillitatis humanæ admoneri putāt ꝙ una & eadem dea principium ac finem uitæ in poteſtate habeat quippe ingredientibus uitam uel decedentibus præſideat.Delphis enī epitymbie Vēeris exigua ſane ſtatua poſita oſtēditur:ad quam manes ad parentationes & libationes elicere & euocare conſueuerūt.
Libiſtinis apollo ab incolis pachynni eo ꝙ immiſſa libycis.i.hoſtibus carthagine peſte cūcti ſubita morte perierūt.
Libs uentus aduerſus uulturnū.i.africus:inde libonochus quē nos auſtꝝ dicimus.
Liburnū λιβυρνον y in u mutata nauiculæ uelociſſimæ genus a liburnis cōpertæ:ad cuius ſimilitudinē uehiculū etiā quo romāi uelociſſime portabant.Iuue.Curret ſup ora liburno:& præco etiam a feſtinatione dicunt & liburnicæ a ſuæ in uita Au.
Liburnia regio iter illyrim & dalmatiam. ubi Salonia.Pli.
Liburnia genus uehiculi errat & preco Liburius hic pro præcone Iuue.Primus ī amāte liburio currite iā ſedit rapta ꝓperabat abolla.
Libertus mons eſt ætoliæ muſis ſacer: a quo & ipſe libetrides appellantur.

Libanus mons eſt ſyriæ ex quo Orontes fluuius oritur.

Libitina dicebatur lectus in quo mortui ferebantur. Hora. car. Multaqꝫ pars mei uitabit libitinam.

Libripens a pendendo appellatur qui libram æneam teneat. Pri.

Libidinoſus ꝙ libidinem amat. Lau.

Liberi ꝓ filiis ſingularem non agnoſcit. dicimus tamen ꝑter rationem cæteroꝝ ex liberis meis unū in alienā familiā dedi non unos alteꝝ meum eſſe nolui: non alteros: ubi ſub intelligendum eſt filium. Lau.

Liber ſignificat hominē liberi animi qui nemini parcit. & liber ſignificat hominem ſine negociis.

Libertas in bonū cum quis nō timide ſed igenue agit. Licentia uero in malum cū qs hac libertate abutit̃ uſqꝫ ad temeritatē & ꝓcacitatē. Quin. Et quæ in aliis libertas eſt: in aliis licentia uocatur. Eſt enim licentia impunita quædam facultas agēdi quicquid uelis de facto dicimus poteſtate: non do licentiā dare poteſtatem eſt rem alterius arbitrio committere. Lau.

Liburni populi erant olim incolæ patriarchatus aquilenſis ac hiaderæ ciuitatis.

Libertinus dicitur qui habuit maiores ſeruos ipſe liber.

Liba panes dulciarii ſacris primū inuenti.

Libatiōibus quid eſt quod purgatorē opoon uocant tralliani eoqꝫ ac piaculo potiſſimum utunt̃ an qa leleges ac minyæ antiqtus trallianis expulſis urbē atqꝫ agros occupauerūt: poſtea reuerſi tralliani ſupatis lelegibus quicūqꝫ neqꝫ in prœlio ceciderunt neqꝫ fugerūt ſed aut imbecillitate aut inopia ibidē remanſerunt: his omnibus contēptis legem poſuerūt ut quicūqꝫ minyam aut lelegem occidiſſet ita purus & expiatus eſſet ſi eius quē iter feciſſet cognatis leguminū modium emenſus eſſet.

Libelli erant ſcripta quæ mittebantur principi ad aliquid impetrādum: & libelli erāt ſcripta. Eſchines Demoſthenē ita incedētē cum eiuſmodi libellis deridet ea oratione quæ inſcribitur de falſa legatione.

Lybedos ī panionio clariiqꝫ Apollinis fanum quod manto Tiræſiæ filia fugiens uictores thebanoꝝ ephygones & colophon quā Mopſus eiuſdem mantos filius ſtatuit ad ꝓmontorium quo ſinus claudit̃: ꝙ altera ꝑte aliū quē Smirneum uocant efficit: anguſtiſque ceruicibus reliqua extendit in latius abit in peniſulæ factæ ſuper anguſtias hinc ceos illinc clazomena. & quia terga agunt cōfinio annexa mari diuerſis frontibus diuerſa maria proſpectant.

Liba ſunt placentæ de farre & melle deoꝝ ſacrificiis aptæ. Vir. vii æn. Et adorea liba per herbam ſubiiciunt epulis. Ser.

Liber repertor uini: Ideo ſic appellatur qđ modo uſi omnia libere loquantur. Fe.

Libriæ ſcapus libræ. Fe.

Librilla appellantur inſtrumenta bellica ſaxa ſcilicet ad brachii groſſitudinē in modū flagelloꝝ loris reuincta.

Liberalia liberi feſta quæ apud græcos dicūt̃ dionyſia. Neuius. Libera lingua loquūtur ludis liberalibus.

Libella diminutiuū eſt a libra ut lacit decipiēdo inducit: lax eteni fraus eſt. Fe.

Libertatis templum in auentino fuerat conſtructum. Fe.

Liberales dicuntur non ſolum benigni: ſed ēt ingenuæ formæ homines. Fe.

Liberata ponebant ꝓ affata hoc ē locuta. Fe.

Libicus cāpus ī agro appellatus ꝙ ī eo primū fruges ex libya allatæ ſunt: quā ob cauſam etiam cæres ab argis lybiſſa uocata ē. Fe.

Libeꝝ ꝓ extanti & eminēti. Var. in eu. Iter tragici prodeant cum ea capite libero cum antiqua fronte. No.

Liber dicitur corticis pars quæ ligno cohæret Vir. x. æneid. Huic natā libro & ſylueſtri ſubere clauſam implicat: unde & liber dictus in quo ſcribimus: quia ante uſum chartæ de libris arborum uolumina compaginabāt̃. S.

Liber prima: correpta corticis ps interior: Virgi. in buc. Hæc ſi tum moriens alta liber arcet in ulmo. Ser.

Liber prima ꝓducta etiā ſolē ſignificat. Vir. i. geor. Vos o clariſſima mundi lumina: labentem cœlo quæ ducitis annū Liber & alma cæres. idqꝫ ſecundū ſtoicos qui dicunt nō eē niſi unum deū & unā deam: eandemqꝫ eē poteſtatē: quæ ꝓ rōne officioꝝ noſtroꝝ uariis nominibus appellant̃. Ser

Liber bacchus a liberādo dictus: quoniā eius ſacra ad animæ purgationē pertinebāt. ūde etiam Vannus in eis ſacris habebatur ꝙ homines eius myſteriis expiabantur uānus frumenta purgantur. unde Vir. ii. geor. Et myſtica uannus hiaci. Ser.

Liber bacchus q liber ī ciuitatibus & libertatis deus apud maiores habitus eſt. Ser.

Libera feſta dicta ꝙ per totū oppidum eo die ſedent ſacerdotes liberi: cuius hædera coronati cum libis & foculo pro emptore ſacrificantes. Varro.

Libellam ꝙ libram pondo as ualebat: & erat ex argento parua. Varro.

Liber a labendo dictus ꝙ lubrica mens quo lubet ꝓlabitur. Var.

Libetrides muſæ a terreſtribus locis q̄buſdā noīatæ:& ſic pypleides & teſpiades.V.
Liba q̄ libandi cauſa fiunt.Var.
Liber de actuariis Varronis.Var.
Liber pater quæ de Apolline dicunt̄.poſſūt ēt de Libero patre exiſtimari.Nā Ariſtoteles q thaogumina ſcripſit Apollinē & Libeꝝ patrem unū eundēq; eſſe cū multis aliis argumentis aſſeuerat:ut apud ligures in Thracia apud lacedæmonios:apud boetios in monte Parnaſo:& alios obſeruatur.Ma.
Liber ſol a romāis appellatus q̄ liber & uagus eſt:ut ait Neui.Hac qua ſol uagus igneas habenas īmittit.Ma.
Libeꝝ patrem.Cornelius labeo in libro ciuitatis eſt de oraculo Apollinis clari.Itemq; Orpheus libeꝝ atq; ſolem unū eſſe deū:eūdēq; demōſtrās de ornatu ueſtituq; eius ſcribūt Macro.de ſa.
Libeꝝ patrem.Vir.ſcribens eſſe iouē & cærerē.Lunā q pariter fertilitatibus glebæ & maturandis frugibus uel nocturno tēperamento uel diurno calore moderāt̄ ueſtro ait munere tellus.Chaoniam pingui glandem mutauit ariſta.Solem uero terrenæ eſſe fœcūditatis auctorem.idem poeta prophano mox docuit exemplo cum ait.Sæpe etiam ſterilis incendere profuit agros.& reliqua.Si enī hominum cōmento ignis adhibitus multiplex præſtat auxilium quid aſcribendū eſt æthereo ſolis calore.Ma.de ſa.
Liberius aliquanto nō eſt cōparatiuus gradus.Te.ī an.Nam is poſtq̄ exceſſit ex ephebis Soſia liberius fuit uiuendi poteſtas.non libere enim ante uiuere potuit dū ætas:metus:magiſter prohibebant:ergo deeſt aliquāto.Do.
Liberationē dicimus cum patefacta ſecuritas eſt.Te.in an.Obſecro te q̄primum hoc me libera miſeꝝ metu.Do.
Liberalis bonus dicitur:& liberaliter iuſte clementer bene.Te.in adel.Factū a nobis duriter miſericorditerq; atq; etiam ſi eſt dicēdū magis aperte illiberaliter.Do.
Libiſtinus Apollo apud pachinum Siciliæ ꝓmontorium apollo qui ibi colitur īuocatus ab incolis īmiſſa hoſtibus peſte:& pene cunctis ſubita morte interceptis libiſtinus cognominatus eſt.Ma.
Libido a lubendo & libentia & libitina.Var.
Libido ē quælibet uoluptas temere ſuſcæpta.Te.in ecy.Faciam neq; tuæ libidini aduerſabor.& quis libidinē ꝓ uolūtate ponat:tamē ſubaccuſat homini nomen.Do.
Libri antiqtatū a Varrone editi.Var.
Libya.i.africa græce λίβυα ſic dicta q̄ īde flat africus uentus.i.arcturus.Ser.
Libethrus fons iuxta quē muſæ colūt̄.Vir.in buc.Nymphæ noſter amo libethrides.Ser.
Libidinitas ꝓ libidine.Labe.in ſalece.libidinitate labitur.No.
Libidinē & appetitum & æmulationem etiam honeſtæ rei poſſumus dicere ut ſit libido oē quod libuerit.Salu.in cati.Magiſq; indecoris armis & militaribus eqs q̄ in ſcortis atq; cōuiuiis libidinem habebant.No.
Lictoris ꝓprietatem a ligando dictū uetuſtas putat.ita enim carnificis officium antiqtus fungebatur.M.T.in Gabinium lictor īquit colliga manus.No.
Lictores accedente magiſtratu domum alicui uirgis quas geſtabant pulſabant fores.Liuius forte accidit ut lictores Sulpitii cum is e foro domū ſe reciperet fores(ut mos eſt)uirga percuteret.Et Pli.in.vii.ſcribit Pompeiū uetuiſſe lictorem pulſare fores.
Licia poſt pamphiliam continuo cognominata a lico rege Pandionis filio:atq; ut ferunt infeſtata olim chymeræ iænibus ſi de portu & lauri ꝓmontorio grandē ſinū claudit.
Licii montes patara:nam Apollo ſex mēſes in licia ad pataram colebant.regio eſt in minori Aſia iuxta Pamphiliā a parte orietali a lico Pandionis filio:nam prius thermile dicebat̄ ut ait Hero.Diodorus ſcribit:Licus cū in liciam ueniſſet templū Licii Apollinis penes Xanthum fluuium erexit.
Licere eſt licitare hoc eſt precium ponere.
Lichnus æreum ſiue lucerna.
Lichnites genus lapidis.
Licinus ditiſſimus fuit d̄ quo iſtud diſtichon marmoreo licinus tumulo iacet at Cato paruo:Pompeius nullo credimus eſſe deos.
Licofron calcidenſis fuit Sophoclis filius a Lico regino adoptatus:grammaticus & poeta tragœdiaꝝ unus īter ſeptem qui pliades cognominati ſunt:eius tragœdiæ Eolus Andromedæ & alia multa.
Liceor caret præterito:inde licitor licitans & licitaturus:& eſt precium deferre aliud alio maius in actione facienda:hoc eſt in ueditione quæ publice fit.inde cōponitur polliceor:& eſt ultro aliquid ꝓmittere.Ci.offi.iii.nō licitatorem uenditor:nec cōtra ſe qui liceat̄ emptor apponet.Lau.
Licebit impſonale uerbum ꝓ coniūnctione & & nomine & uerbo ſubſtantiuo poſitū.Lucil.in.vii.Omnia maioꝝ uertamus buſta licebit:id eſt ſi licentia erit.Pri.
Liceo lices dicimus cum ad p̄cium referimus ideſt liceo denariis:licet mihi id eſt poteſtatem habeo.Dio.
Licere dicunt̄ res uenales quando certatim p̄mia offeruntur dū uēdūt̄ ſub haſta:& licitatores dicūt̄ q̄ eādē rē affectātes pollicēt̄ p̄ciū

Lictor miniſter conſulis: procōſulis præſidis & prætoris: qui faſcem uirgarum alligatum cum ſecuri portat: ſuntq; conſulis duodeni aliorum ſeni.
Licteroſus licteratus. Caſſius emina anna.li.iii Homo mere licteroſus. No.
Lictores dicuntur q faſces uirgarum ligatos ferunt in parentes magiſtratibus delinquentibus plagas ingerunt.
Lictores cur dicti ſūt an quod petulantes colligebant: hi enim lora in ſinu geſtantes Romulum: ſequebantur. autem ligare plæri que latinorum dicunt: qui aut pure loquuntur ligare: an c interpoſitum eſt cū ante ſine c litores dicerent quas publici quidam magiſtri noſtris etiam temporibus publicū in multis græcorum legibus ſcriptum eſſe neminem utita dicā latere puto.
Licitatim mercando ſiue pugnando concedentes. Feſtus Pom.
Lichni lapides erant a lucernarum ſplēdore dicti quā præ ſe ferebant contra lichnites dicitur murmur quod lucernarum lumine ſub terra fodiebant. Varro autor ē & Pli. Codex antiquus habet lichnū.
Licitare cōgredi pugnare. En. Pars ludicre ſaxa iactant inter ſe licitanter. No.
Licitū eſt placitum puditū ueteres. dicebāt qđ nos licuit placuit puduit. Te. in an. Dum licitum eſt ei. Do.
Lycophos græci dicunt quod nos primū tempus lucis dictū aūt lycophos quaſi λύκον φῶσ id eſt lumē candidū. Fe.
Littus terra mari uicina. Vir. i. æneiLauinaq; uenit littora: cū cōſtat lauiniū octo milibus a mari remotū. Ser.
Lyciſci ſunt ſicut dicit Pli. canes nati ex lupis & canibus cū inter ſe forte miſcent: Virg. in buc. Multū latrante lyciſca. Ser.
Lictorem. Valgius in. ii. li. quos inſcripſit de rebus per epiſtolam quæſitis: lictorem dicit a ligando appellatū eſſe: quod cū magiſtratus populi romani quempiā uerberari iuſſiſſent crura eius & manus ligari uinciriq; a uiatore ſolita ſint. Iſq; qui ex collegio uiatorum officiū ligandi haberet lictor ſit appellatus: utiturq; ad eā rem teſtimonio. M. T. uerba eius refert ex oratione quæ dicta ē p. C. Rabirio: lictor inqt colliga manus. Hæc ita Valgius. Et nos ſane cum illo ſentimus. Sed Tiro Tullius. M Ciceronis libertus. Lictores uel a lino uel a licio dictū ſcrīpſit. liciū enī tranſuerſū idē q linū appellatur: qui magiſtratibus inquit p miniſtrabant cūcti erant. Si quis aūt eſt q p pterea putat probabilius eſſe quod Tito dixit quoniam prima ſyllaba in lictore ſicut ī licio producta eſt: & in eo uerbo quod eſt ligo correpta: nihil ad rem iſtam pertinet. Nā ſicuti a ligando lictor & a uincendo uictor: & a tuendo tutor. & a ſtruendo ſtructor producti ſunt quæ corripiebantur uocalibus dicta ſunt. A. Ge.
Litterarum enī cōmutatio fit maxime ꝑpter q̄ternas cauſas: aut ademptiōe: aut additione: aut tranſlatiōe aut cōmutatione. Var.
Lycius apollo. Apollinis licii plures accepimuſ cognominis cauſa: ātipater ſtoicus liciū apollinem appellatum uocat: quod ueluti lupi pecora rapiunt: itaque ipſe quoque humorem rapit radiis.
Licinios murenas cognoīatos q eo piſce effuſiſſime delectati ſūt: ſatis conſtat huic opinioni. M. V. conſentit aſſerens eodem modo licinios appellatos murenas: quo Sergius orata cognominatus eſt q ei piſces q oratæ uocant cariſſimi fuerunt. Ma.
Licia in minori aſia finis pamphiliæ ex orienti ex occidenti cariæ a lyco pandionis filio cū prius termile diceretur ubi patera ubi apollo ſex menſibus reſpondebat: unde lyciæ ſortes eſt & chimera mons.
Lycus lupus unus troianus: de quo Vir. Alter thebanus ignobilis qui regnū occupauit: de quo Seneca in hercule furente. Alius thebanus qui antiopem grauidā factā a ioue repudiauit: ut in Dirce dictū eſt. Alius q lyciæ nomen dedit: ut dictū eſt.
Lycaon titani & terræ filius: rex archadiæ: hoſpitū ītereptor: in lupū uerſus. Oui. i. metamorpho. pater caliſtonis.
Lyceus mons archadiæ ubi templū bicornis Fauni: a quo lycia ludicra ſacrata quæ nos lupercalia a lupis ad expiandos manes fiebant nephaſtis diebus februariis: quē piacularē interptant. unde & febratam diē uocabāt quæ ſacra ab Euandro accæperūt ſecundum Liuium fiebant pani. quē inuū noſtri appellauerūt: pari ab ineundo paſſum cum animalibus. Ser. Alii a lupa quæ Romulū educauit lupcalia emanaſſe dicunt in quibus capellas mactabant. inde gemini generoſi adoleſcēteſ ſanguinolento gladio ſibi faciem fœdāt: quā alii lana madida abſtringūt: tum rident inde ereptis caprarum tergoribus nudi in ſubligaculis per ciuitatē diſcurrūt: uerberatum obuias mulieres: palmas porrigūt ſibi fœlix id fore ad pariendum exiſtimantes: de quibus Plutar. plura in uita Romuli. & Ser. in octauo cum dicit. Nudoſq; lupercos. & Iuſtinus xliiii. q aūt canes ſacrificentur: uel q græci eū imolabant: uel ut eo mulgi uutriri ſuæ lupæ gratias referret inimicos imolando.
Lycaſtus urbs cretæ.
Lycida paſtor a lyco p quo Vir. & Theocritus

Lycinus proprium pluriũ illuſtriũ.
Lycininius frater aſtioches a thlepolemo ĩ bello troiano interfectus.
Lycomedes creontis filius.Home.
Lyciſtea a lupo & ſcylos cane canis ex lupa natus.Virgi.
Lycopa urbs ætoliæ.
Lyctus oppidum cretæ ſub idomeneo.ũde lyctius dictus eſt.Vir.Et lyctius egon.
Lyctonia urbs cretæ.
Lychnus lucerna:unde lucerna.Alii a luce mutata quantitate.
Lycophrõ periandri corinthoꝝ tyranni filius qui patri nunq̃ reconciliatus eſt ꝙ matrem occiderat:& ſe ei ſucceſſuꝝ recuſauit atque etiam chorinthum redire ad quem cum pater cercyram ire uellet a cercyrenſibus lycophron interficitur:quo nũcio pater defecit. Alius poeta tragicus.
Lycon troadenſis filius cuiuſdam aſtianactis eloquens:& in docendis pueris idoneus dicebat pueris addendũ pudorẽ & laudis ſtudiu uelut equis calcar:utebatur pila:tenuit ſcholæ principatum annis.xliiii.obiit podagra.alter pythagoricus:alius uerſificator:alius epigrãmatum artifex.
Lycopolis urbs ægypti a lupis dicta qđ æthiopes ægyptũ incurſantes lupi facta clade uſq; ad urbem elephãtinam reppulerunt:ibi ægyptii lycopolim condiderũt.
Lycoris cognomen libertæ a lupo.
Lycurgus lacedæmonioꝝ princeps lator legũ Alter nemeæ regionis rex:cuius filiũ hypſipile educauit:ut in ea dictiõe uidimus.Alius thracum rex uel macedonũ qui bacchũ negabat deum:unde ſibi crura amputauit cum uites amputare uellet. huius fabula in ſexto iliados ante mediũ.
Litor Plutar.ſine c dicebat̃ q̃ſi λειτουργοσ populi miniſter. nã λειτον adhuc populus dicitur εργατησ miniſter nũc interponitur c.alii a ligando.ut Gellius.xii. nã qui uerberabãt̃ ligabantur:& qui uiatorem ligabat is lictor dicebatur. uel a licio quo cincti erant Erat enim qui faſces ferebat:& erant duodecim conſuli a numero quem ab ethruſcis acceperant.nã ſinguli duodecim populi ſingulos creato regi lictores dabãt aliis magiſtratibus ſeni uitis centurionis erat inſigne: ut Iuuena.Nodoſam uitẽ dat.
Lycæus mons ẽ archadiæ:pineus claros & tẽplo panis in quo eũ natũ eſſe aſſerũt.
Licius mons ẽ græciæ iter meropũ montẽ & macedoniã & theſſaliam epiꝝ.
Licoronis mons archadiæ eſt.
Lychnũ cur non extinguebant:ſed per ſe languefcere ac deficere ꝑmittebãt:an quaſi extĩguibilis & ĩmortalis illius ignis cognatum & affĩnẽ colentes an & hoc quoq; ſigni ẽ nõ oportere quod animatũ ſit ut ſi noceat corrumpere neue interficere quaſi animal ignis ſit.nec ĩmerito nã & alimento indiget ut per ſe mouetur.& cũ extinguitur uelut ſi occidatur uocem emittit an hoc more docemur non oportere nec aquã nec eoꝝ quicq̃ quæ ad uſum ptinent:& ſi abũde ſuppetant corrumpere aut cõſumere:ſed indigentibus utẽda relinquere cum ipſi iam illis opus nõ habeamus.Plu.
Lide eſt arachne ex cuius remedio fœcũditatẽ putabant:nam ut ſcribit Pli. qui phalãgii dicunt̃(ut alia omittam)cruentos uermiculos pariũt:quo fœcũditatis exemplo ſteriles mulieres eo utebant̃ remedio.
Lydus herculis filius ex iole.alter filius Athys regis mæoniæ & frater tyrrheni q in italiam uenit:a quo mœonia lydia dicta. Hero. ubi Mæander & pactolus urbes leptra epheſus colophon clazomene & phocea.
Lyenteria inteſtinoꝝ diſſolutio.
Lygdamus ꝓprium.
Ligdus marmor in tauro repertũ autore Pli. amplitudine qua lances & crateres non excederet.prius tamen ex arabia aduehebat̃.
Lygiſtus phaetontis filius:a quo liguria regio italiæ in apẽnino cuius caput genua.
Lygies populi aſiatici cũ xerxe cõtra græcos.
Ligus liguris cõmune ẽ. Salu.ii.hiſto. Sed ipſi fuerunt tantũ ex grege:quem ꝓpe littora tegebat.Corſa nomine ligus mulier dicitur & ligur.Lucanus primo. Et nunc tonſæ ligur quondam per colla decore: Crinibus effuſis toti prælatæ comatæ.inde ligurnius non ligurianus.
Lignũ apđ maiores lignesdicebãt̃:ſicut faſces.
Ligures ad dextram partem Italiæ ſub alpibuſ ſub apennino hetruria poſt latium.uolci cãpani & ſuper liceniam brucii.Pom.
Lygurium luna poſt hetruſcam & liguria etgenua & ſabatia & albigaunũ. Tum paulo & narum flumĩa utraq; ab alpibus delapſa:ſed uarũ quia italiam finit aliquanto notius.Põ.
Liguſtꝝ flos candidus.
Liguſticum mare olim lunæ ciuitatis deletũ nunc Piſanum dicitur.
Ligula erat genus gladii autore Gellio a ſimitudine linguæ.&ꝓ inſtrumẽto accipi poteſt qđ ad ſimilitudinem linguæ conflatũ uſui ẽ ad aromata & condimenta tractãda uidebat̃ ligula in ſaturnalibus & ĩ diſtichis apud martialem apertum eſt.
Ligdus eſt marmor candoris eximii.
Ligurire deguſtare.unde abligurire multa aũide conſumere.Hora.Semelos piſces tepidũ-

que ligurire. Actius Catullus in priapo. De meo ligurire libido ē. No.

Ligurire græce λιγουρεῖν qđ ſuaue ſecundū græcos ītelligiť. ligurire itaqꝫ diciť q elegan ter & moroſe cūqꝫ multo faſtidio ſuauiora quæqꝫ deguſtat. Te. in eu. Quæ cum amato re cōcœnant liguriūt. Do.

Ligellū tuguriolū domiciliū breue. Plau. in au lu. Tua ligello fuiſti qua eris foras. No.

Ligo ꝙ eo pp latitudinē terra facilius legiť. V.

Liguſtrum flos eſt candidus. Vir. in buc. Al ba liguſtra cadunt. Ser.

Lilybeum ꝓmontorium ſiciliæ uerſus zephi rum & urbs ꝓpinqua. I

Lympha aqua & l in n mutatur: ūde nympha dicitur.

Lymphaticus qui uinum ex aqua contraxit & huc illuc diſcurrit ꝓ furioſis.

Lymphata. i. ebrietate inſana. Hor. car. Mētēqꝫ lymphatam mareotico. Acron.

Lima materia fabrilis eſt. Var.

Lympha ab aquæ lapſu lubrico. Var.

Lymphæ dictæ ſūt a nymphis: uulgo autē me moriæ ꝓditū ē qcūqꝫ ſpeciē quandā e fonte: i. effigiē nymphæ uiderint furendi nō feciſſe finē: quos græ. νυμφολήπτους uocāt lati ni lymphatos appellant. Fe.

Limbus ueſtis muliebris aliquādo pars ueſtis infima ut fimbria.

Limura flumen ē ꝓmontoriū tauri & eodem noīe ciuitas atqꝫ ut multa oppida ſic p̄ter pa tarā nō illuſtria. illā nobilē facit delubꝝ apol linis quodā opibus & oraculi fide delphico ſimile.

Ligerius flu. nō lōge ab heduoꝝ finibus ī cel tis oriens eos ab iturigibus diuidit ī carnuteſ diu p celtas lapſus: multiſqꝫ flexibus aqtani am alluēs oceani mare quod britannicū dici mus īfluit. hūc memorat Tibullus ælegia ſe ptima nomen adhuc retinens.

Ligios populos in Vngaria: nō memorat Cæ ſar ſed Tacitus ꝓxios hermoduris & cattis.

Lingones īter celtas populi finitimi hæduis ſe qnis actulēſibus q dicebanť leuci nomē reti nēt in ꝓuīcia lugdunēſi ac francoꝝ regno ſi ta. hos memorat Luca. in prīo hinc ſtatuam poetā q thebaida & Achileida heroico uerſu ſcripſerit hiſtoriā falſū tamē ortū tradūt. eſt enī neapolitanus: ut ipſe in ſyluis teſtať.

Linces ē beſtia libero patre conſecrata: ut Vir gi. Aut quid linces bachinariæ.

Lintea tentoria quæ a fullonibus ſæpe terebā tur purgarenť īs madidū corpus ex balneis ſiccabant. Mar.

Lingula uinculū erat calciamēti: quā alii dixe runt ligulā. lingola p̄terea nihil aliud ſignifi cat quod ꝓ uīculo calciamēti Pōpeius poſuit & uſus eſt Iuue. ligulam dimittere.

Linigeri ſacerdotes īſidis. quoniam ueſte linea utebanť: ut Hero. ſcribit preſertim xilina ut autor ē Pli. ut Oui. nec fuge linigere mēph ī tica templa īuuente. & Mart. linigeri colui ſ ſtrataqꝫ turba nec aliam induere fas erat cal ceis item papiraceis.

Limbus faſcia quæ ambit extremitatē ueſtiū ſecundū antiquū ritū. Vir. iiii. æn. Sydoniam pictō clamydē circūdata limbo. Ser.

Limbus ut annotatum īuenimus muliebre ē ueſtimentum quod purpurā imo habet. Pla. in eu. Tortores limbuarii. No.

Limis, obliquatus & oblique aſpectans. Te. in eu. Ego limis ſpecto oculis ſic per flabellū clanculum. Ser.

Limis obliquus. i. trāſuerſus. ūde & limina. Fe.

Limites in agris: nūc termini: nunc uiæ tranſ uerſæ. Fe.

Limitatus ager in centurias dimenſus. Fe.

Limen ꝓ interiore familiaritate. Vir. geor. Pe netrant aulas & limina regū. & ī æn. Stirpem admiſceri phrygiā ſe limine pelli. Ser.

Limes agri termīus. Vir. limes agro poſitus. S.

Limē locus ſtādi datus. Vir. vi. æn. Corrumpit ſpacio audito limenqꝫ relinquunt. No.

Limen oīs ingreſſus: Vir. ii. æn. limen erat cæ cæqꝫ fores & puius uſus. Var. in uirgula diuī na. Ad quos cum uolueris uenti ut illos uſqꝫ ad limina nitida bibis. No.

Limē nō ſolū qđ ſub pedibus ē diciť: ſed ēt qđ ſupius ē ingreſſus. Neui. ī acti. Exule limē ſu peꝝ qđ mihi miſero ſæpe cōfregit caput. in feꝝ aūt tibi ego oēs defregi digitos. No.

Limis noīatiui caſus trāſuerſus ſignificat. Te. in eu. Vt limis aſpectō p flabellū: uel limis ſe ptio caſu plurali & deeſt oculis. ſ. trāſuerſis. unde limē quoqꝫ diciť ꝙ īgredientibus eūti buſqꝫ trāſuerſus ē. Cū igiť diſſimulant ſe ho mīes uideř qđ uidēt: & nō recta facie. ſed trāſ uerſa ītueť līes dicūť aſpicere & lies genera liter dicūť obliq: qđ ꝓprie de oculis diciť. D.

Limare diciť etiā corrigere. Plau. ī bachidibus Ne cū quoq accepis alio mercedē annuam miſſi abeſſe ne qcūqꝫ limares caput. Neui. in thereo. Credito cū illos ſol mea uolūtate nū q̄ limauit caput. Lucil. in pauſinato. Hoc a te poſco ne cū cognato poſthac limaſſes caput Turpilli. in leucadia: Veritus ſum ne amoris cauſa cum illa limaſſes caput. No.

Limari exqrere & delinire ſecundū cōſuetudi nem aliam dictū. Plau. in menech. Ianuam li ma prætereunt. idem in bachi. limaces uiriqꝫ atterant & conſumant. No.

Limū obtortū. Var. ī manio. Altus aliena ſciēs ſed limus intra limites culmæ. No.

Lyndus ciuitas rhodi ubi herculis ſacra fiebāt

maledictis & execratiõibus.Lactan.i.ut uerbo bono uiolata putarint & urbs altera dorica.
Lynter græ. λουτηρ ge.neris fœ.maſ. genus paruæ nauiculæ.
Linus Mercurii ex muſa urania filius Thebis genitus:ut elogiũ i ſepulchro. Vir.Apollinẽ patrem dat:ſcripſit mundi generationem: & oĩa ſimul nata in primo uerſu dixit i euboia ab Apolline ſagitta interfectus eſt.
Linũ a linteo ãtiquũ uerbũ detineo qđ oĩa detinet habet primã longã ꝓprie breuẽ de lino Pli.li.xix.& generibus.
Linternus cãpaniæ fluuius ẽ haud longe a uulturno fluuio & oppido.
Lynceus uir acutiſſimi uiſus ſecundũ Sene.in medea.
Lyncuriũ lyncis urina quæ cogebat̃ in lapidẽ
Lino litũ.delino delitũ. Vir.iiii.ge. Et paribus lita corpora guttis.Ci.ad caluũ.Tuli moleſte ꝙ litteræ delitæ mihi a te redditæ ſũt. Idem iiii.uer.Tabulæ ſũt i medio q̃ ſi corruptas at ꝗ iterlitas eẽ clamãt.Act.i atreo.Epulaꝶ fictor ſcelerꝶ frĩs delitor:pratũ lini uel leui. P.
Linx maſ.generis dixit Hora. Aut timidos agitare lynces.Virg.uero fœmi.genere.iii.geor. Quid lynces bacchi uariæ.Priſ.
Lĩgua cũ nõ a lĩguẽdo dicta ſit:i calceis uero lĩgua a lĩgãdo:ſed uſus lĩgula ſine n frequẽtat.
Lintearius uẽditor linteoꝶ.Lau.
Lynx rex ſcythiæ q̃ Triptolemũ iterimere uoluit ut gloriã docẽdi frumẽti ſibi uẽdicaret & ã cerere i lyncẽ cõuerſũ:đ quo Pli.viii.g.F.
Lingula p̃ diminutionem linguæ dicta a ſimilitudine exercent in calceis alias inſerte.i.infra dentes coercite:ut in tibiis.Fe.
Lĩgulaca genus piſcis uel mulier auguratrix.F
Lingua nõ ſolũ ps corporis dicit̃ ueꝶ ẽt differẽtia ſermonũ ꝓmõtorii quoq; genus nõ ex cellẽtis:ſed molliter in planũ deuexi.Fe.
Lĩgulacæ dicũt̃ uerboſi.Var.i papia papo q̃re reſidẽt lingulacæ obtrectatores tui iam nũc murmuratores diuntur.Plau.in Caſſina.Lingulaca eſt nam nunq̃ tacet.No.
Lingulacæ loquaces ꝑcacitate linguæ & loquẽdi ꝓprietatem trahunt.Plau.in caſſina.Ligulaca eſt nam nunq̃ tacet. No.
Lynter apud græ.maſ.noſtri uero cõfuſo genere ꝓtulerũt.Li.i.vii.lã i altũ expulſæ lyntres.
Linquere ẽ dimittere. Vir.iii.æn.lĩqmus ortygiæ portus pelagoq; uolamus.& li.ix.Inq; ſalutatã linquo. Var.i taphe.Ille nobiles quondã canes hinc linqt hoies oẽs i terra pila. N.
Liptote defectiua λειπτοτης græ.cum minus dicitur & plus itelligitur. Virg.Quid ꝓdeſt ꝙ me aio non ſpernis Amynta.Et nec mihi diſpliceat & munera nec ſperno.
Liſpana reliquiæ tantum pluraliter.

Lipare inſula ex æoliis Liparo rege poſt Eolũ ideſt pinguis:unde liparæus portus.
Liparis ciliciæ flu.mirabili ꝓprietate noĩatus. Aſſerũt enĩ natãtes i eo aut ſe lauãtes nõ aliter ungi ab ipſa aqua q̃ ſi oleo lauerent̃ uel adipe unde & nomẽ habet nũc liparos a græcis:a latinis pinguis uocat̃.
Liquere diffluere.Vir.ii.geor. Huc ſummis liquũt̃ rupibuſ amnes.idẽ.iiii.æn.Nãq; prima ſolo ruptis radicibus arbos uellitur hic atro linquuntur ſanguine guttæ.No.
Liquitur labitur fluit.Fe.
Lyntres naues fluminares.Virgi.i.geor.Cauat arbore lyntres.No.
Linteꝶ a tero ꝙ teritur corpore.Var.
Liq̃do pure mãifeſte.Te.i an. ut liq̃do poſſim iurare.nã quæ ſũt pura & defecata liq̃da ſũt & liquet ꝑ liq̃dũ ẽ:claudit ꝑ clauſũ ẽ.Sal. nihil ſecordia claudebat Et ẽ liquet uerbũ iuris quo utebãt̃ iudices cũ ãplius ꝓnũciabant obſcuritate cõmoti cauſæ magis q̃ negocii ſimplicitate.Te.in eu.Illũ mihi liquet deierare liq̃dũ eſt conſtans & manifeſtum.Do.
Liq̃dum eſt puꝶ. Var.li.vi.liquiduq; p̃ aera la pſæ. Var.in ſerano.Hunc fortaſſe & liquida uita incuriæ ueſtræ facere.No.
Liq̃dum ſuaue dulce. Varro.in eu. Frigus per oſſa coruus liquida canit anima.No.
Liq̃dum eſt ꝓſpeꝶ.Plau.in pſeu.ab ſiniſtra auſpicio liq̃do atq; ex ſententia cõfidentia eſt: iimicos meos i ea poſſe p̃dere.No.
Liq̃dũ rurſus ſignificat mollẽ & flexũ.Plau.in mili.liq̃dus cultuſq; ero quẽ uẽtus ẽ fauõiuſ Idẽ i caſſi.quõdã ꝓgnatis i fortiõe ſors deliq̃rit.Var.diui.reꝶ li.iii.lucili.ſcipio cũ auꝶ factũ hẽt i haſta ut uinea fulmie ita ẽ ictus ut iſta eẽnt itegra.Idẽ de ꝓprietate ſcriptoꝶ.qđ ẽ ut qđ aliud eius generis feruefactam colliqueſſet i forma eẽt infuſũ. Vir.i.æn.Aut cũ liquẽtia mella ſtipãt. Neui.in lycurgo. Iã ſolis eſtu cãdor cui liqueſceret.No.
Liquerit ſignificat reliquerit ſtaſiaſticũ ſibi de lẽdæ loræ hoc anima corpus liquerit.Neui. belli pu.li.i.Blande & p̃docte cõcatenas quo pacto Troiam urbem reliquerit.No.
Liquor uerbũ prima ꝓducta defluo. Vir.i.geor.canis cum mõtibus humor liq̃t̃.Seru.
Liq̃dus purus.Vir.ii.geoꝶ.Et liquidi gregibus fontes.Ser.
Liquentia flu.eſt galliæ ciſalpinæ ſeu ueneciarum in Padum:ſeu in adriaticũ mare cadẽs.
Liq̃dã purã dulcẽ ſiue canorã.Hora.car.Cui liq̃dam pater uocẽ cum cithara dedit.Acron.
Liqueo licui.Ouid.quarto metamor.Nectare corpus delicuit.liceo quoq; licui facit. inde liqueſco dicit̃ tamen & liquor liquoris pria ꝓducta:quæ ſyllaba in ſuperiori corripitur.

Virgi.i.geor.Vero nouo gelidus canis cum montibus humor liquitur.Priſ.
Lyra Apollinis chordaꝝ ſeptē:tot cœleſtium ſperaꝝ motus danť intelligi qbus ſolē moderatorē natura conſtituit.Macro.
Lira dicũtur cum arant iacto ſemine bones.i. cum tabellis additis ad uomerē ſimul & ſatũ frumentũ opiunt in portis & ſulcant foſſas quo pluuia aqua delabatur.Var.
Lyra require in anguilla.Var.
Lyrniſiades ab oppido phrygiæ lyrneſo dicti.
Lyrneſos Bryſeide patria.inde lyrneſius. Seruius exponit phryx.
Lyrneſſos theſſaliæ ciuitas.
Lyra inſtrumētũ muſicũ qđ primus Mercurius ex teſtitudine q uerſus canēdo cõpõebát
Lyrcæus fluuius eſt ætoliæ.
Liris flu.ē Minturnā coloniā curſu diuidēs q & glanicus appellatus ē cuius ĩ ripa fuiſſe dicit̃ tēplũ nymphæ maricæ minturnēſis.
Liris flu.eſt in cāpania ĩterfluēs urbē mĩturnē ſem.Hora.car.Nõ rura quæ liris qeta mordet aqua taciturnus amnis.Acron.
Lyſanias orator græcus:alter arcas qui lycaonem regno expulit.
Lyſias orator iucũdiſſimus:de quo Quinti.
Lyſius fluuius Archadiæ ad ripas cuius ē æſculapii tumulus.
Lyſippus ſculptor clariſſimus.Pli.xxxiiii.
Lyſippæ filia prœti ex his q̃ in uaccas mutatæ ſunt.
Lyſimachus macedo clarus Caliſthēis diſcipulus:de quo Iuſti.alius ex pricipibus Alexādri.
Lyſimachia urbs helleſponti quæ terræmotu corruit.xxii.anno poſtq̃ a Lyſimacho condita ē.quæ cauſa fuit belli macedonici.
Lyſaſander lacedæmon uicit Atheũ apđ ægon fluuiũ & bellũ cõfecit:hõ factioſus & q ædiũ totius græciæ in Lacedæmonios concitauit a thebanis occiſus.
Lyſus fluuius thraciæ ꝑ thraſioꝝ mediũ fluēs in Xerxis aduētu defecit ſecundũ Hero.
Liſis flu.ē aſiæ Mādropo ciuitati ꝓpinquus.
Lis qbus erat ĩ cõtrouerſia ea uocabat̃ lis. Vi
Lis q uīdiciaꝝ erat cũ litigabat̃ de ea re cuius apđ ꝑtorē certũ erat qs debebat eē poſſeſſor & iõ q eā tenebat dabat ꝓ debitis uindiciaꝝ aduerſario ſuo quo illi ſatiſfaciat ĩ hoc ſe deterius ĩ poſſeſſiõe factaꝝ de q̃ iurgiũ eēt:ruſus poſſeſſiõe ꝓuocat̃ aduerſario certare pugnā:aut æſtimationis qđ admittat in ſua ſit hæreditate de qua cõtendit.Aſco.
Littera dicta q̃ſi legitera ꝙ legendi iter ꝑbeat: uel a lituris ut qbuſdā placet ꝙ plæruq; ĩ cæratis tabulis antiq ſcribere ſolebant: & inde delebant.Priſ.
Littera ꝑ ſimplex t ſcribi deberet ſi eius origi nē cõſideremus.ſed q̃a pria ſyllaba lõga ē per duplex ſcribit̃ ſaltē ĩ uerſu:ubi ēt ĩ ſingulari numero ꝓ epiſtola repit̃:ut Oui.quā legis a rapta Briſeide littera uenit.
Lituus eqtũ ē tuba uero peditũ. Hora.car. Et lituo tubæ ꝑmixtus ſonitus.Acron.
Littus cāpoꝝ extremitatem ueteres dicebāt. Ho.car.tētabo & uirētes harēas littoris aſſyrii uiator. Vir.Iacet ĩgēs littore trũcus.Ac.
Littera in ſingulari nũero ſignificat elementũ ĩpm:ut a b:uel manũ ſcribētis. Ci.ad Acticũ Nā Alexidis manũ amabā ꝙ tā ꝓpe accedebat ad ſimilitudinē tuæ litteræ.in plurali uero epiſtolā.Poetæ tamē uerſus gratia in ſingulari ꝓ epiſtola.Oui.Quā legis a rapta bryſeide littera uenit. Dicimus tamē unā epiſtolā:duas tres epiſtolas unas litteras binas ternas litteras nũq̃ aliter.& ĩ ſimilibus illđ quoꝙ obſeruādũ ut ſi dicas accepi binas litteras alteris reſpõdi:alteris uero nõ cauendũ ē ne dicas alteri:in epiſtola uero ſecus.Lau.
Liratũ alii ſolitũ deditũ deo q̃ſi lauatũ.alii ex græco a ꝑcibus q̃s illi λιτασ dicunt.Fe.
Lituus appellatus ꝙ litis ſit teſtis. ē enĩ genus buccinæ ĩcuruæ:qđ q cecinerit dicit̃ liticē. En.ĩde loci lituus ſonitus effũdit acutos.Fe.
Litargyriũ ſpuma argenti quaſi ꝙ in lapidē argenteum ſit compacta.
Lithoſtratum ſtratum pauimētum lapidibus ex græco & latino.
Lituus qdā græcũ putant auctoritate Home. Alii a lituo baculus ĩcuruus eſt quo ſedētes augures tēpla deſignabant & Romuli lituus uſq; ad captam urbē a Celtis ĩ palatino ſeruatus ē.ĩde a Camillo ĩter fauillas illeſus inuentus & buccinia ĩcurua & qui canit liticen.
Litis cecidiſſe dicitur qui eius rei de qua agebat cauſam amiſit.Fe.
Lituus ē uirga breuis ĩ pte q̃ robuſtior ē ĩcurua q̃ augures utunt̃:qđ utꝝ a tuba lituus auguralis appellet̃:an tuba a lituo auguꝝ dicta ſit:utꝝq; pari forma & ꝑiter in capite curuũ eſt:ſed ſi ut qdā putant tuba a ſonitu appellata ſit ex illo Home.uerſu λιγξεβιοσ neceſſe eſt ut uirga auguralis a tubæ ſimilitudine lituus uocitatur:utitur autē uocabulo iſto. Vir.& ꝓ tuba & ubi & lituo pugnat ĩſignis obibat & haſta.A.Ge.
Liticines dicuntur a lituo & canendo.V.
Litare deos ſacrificare.Vir.iiii.æne. Tu modo poſce deos ſacriſq; litatis:id eſt per ſacra placatis ſcilicet diis.Ser.
Lituus tuba breuis ĩ pte q̃ rubuſtior ē ĩcurua ſic dictus ē a ſõitu:ut ille Hom.uerſus docet λιγξεβιοσ.i.ĩſonuit neruus. Vir.vi æn.Et lituo pugnas iſignis obibat & haſta:Ser.
Lituus baculus auguꝝ incuruus quo utebant̃

ad deſignanda cœli ſpacia:nā manu non lice bat. Vir.vii.Ipſe quirinali lituo paruaq̧ ſede bat ſuccinctus trabea.Ser.

Litricus mons ſeu mōtes deſerti mauritaniæ.

Lithis fluuius eſt Aſiæ q terras ſubit & demū redditur terris.

Lithos flu.ē phœnicū haud longe a ſilētia hip pato & bechito ciuitatibus.

Litra flu.eſt mauritaniæ atri coloris ex intimiſ exutiſq̧ ſolitudinibus torrentis ſole ꝓpīquo & pluſ q̄ ignito effluens.

Lyus flu.minotis Aſiæ in pontū defluens.

Lixa ꝑ ꝓprietatē dicūt ꝙ officiū ſuſtineāt mi litibus aquæ uehendæ.lixā nāq̧ aquā uete res uocauerūt.ūde elixū dixerūt aqua coctū lix enī cinis dicit̄ uel humor cineri mixtus. nā etiam tūc id genus lixiuiū uocat̄.Var.de uita pa.li.i.ꝓinde ut lixiuium panē ex farre & aqua frigida fingebant.No.

Lixæ qui exercitū ſequūtur quæſtus gratia di cti ꝙ extra ordinem ſint militiæ:eiſq̧ liceat quod libuerit.Alii eos a lica appellatos dicūt ꝙ & ille herculē ſit ſecutus. Quidam a ligu riendo quæſtum.Fe.

Lixulas magis cōditæ q̄ circulos qdā faciebāt & ſimul lixulas uocabulo Sabino:idque fre quentior ſabinis a globo farinæ dilatato. Itē in oleo cocti dicti a globo globi.

Lues quære in peſtis.Lau.

Lixa dicitur mercenarius. Lucanus.Sat eſt dū lixa iuuat.Ful.

Lixus mauritaniæ flu.a quo lixa ciuitas deno minata ē eiuſdem regionis.

Locandi ſignificatio manifeſta eſt ut aut opis locandi aut fundi.M.T.epiſtolaꝝ ad Cæſarē li.ii.uel ꝙ locatio ipſa ꝑcioſa.idem in Ver.in frumētaria ſenonis me nō nobiliſſimi hoīs uxoris fūdus erit colono locatus.No.

Locare cōſtituere.Vir.i.æn.hic alta theatri fū damēta locāt alii.Lucil.li.xxx. Virtutis hæc tuæ artis monumēta locant̄.No.

Locare marito dare.Plau.in aulu.Virginē hēo grandē dote caſſam atq̧ illocabilē.No.

Locare parare.Lucil.xxviii.homo tū cōuētus tale inſidiæq̧ locaui.No.

Locare cōſtituere frequēter ē ī uſu.Vir.i.æne. Hic alta theatri fūdamēta locāt alii.Ser.

Locare marito dare.Ter.in phor. Quæſo ꝙ ſi filiā ſuā unicā locarer.Plau.in au.Virginem habeo grandē dote caſſam atq̧ illocabilē. S.

Loca natura ſecundū āntiquā diuiſionē prima duo terra & cœlum demū particulatim utri uſq̧ multa.Var.

Lociolēte dictū eſt lutulēte a loco.Titin.;Var. liciolente floccifiet & culat cultor.No.

Locū decus ſignificat.Acti.in Diomede. Vult nō genus uiꝝ ornat generi uir forti loco:N

Locrinus mons in brutiis oppoſitus peloro in quo Locrus urbs ab Aiace Oileo & naritiis condita.Iu.xxii.Alia hoꝝ ps in libya: alterū locꝝ cōdiderūt.fuit locrus Italiæ florentiſſi ma teſte Platone.& ſecūdū Ci.neq̧ illic neq̧ crotone ad ſua tempora unq̄ fuit epidimia. Pli.ii.Lucrinus lacus cāpaniæ inter baias & cumas a lucro ex copia piſciū & cū æſtu ma ris magna dāna haberēt.Iulius Cæſar oppo ſitis molibus tutum præſtitit.unde aqua iu lia ubi oſtreæ egregie.

Locri epienemidii a enemide mōte dicti locri ꝑterea ozole a malo odore quem thaphoſus mons emittit locri zephyri in brutiis ac ze phyro ꝓmontorio dicti.

Locarii dicūt̄ illi qui locant foros ad ſpectan dū:uel qui ad ludos inſtruendos inſtrumēta aliqua locare ſolent.

Locus qd ſignificat:māifeſtū.Vir.iiii.æn.hæc loca ui quondā.Et hic locus urbis erit. No.

Locus aliquādo ꝓ pſona loqt̄.Te.in eu.Metu it me quādo iratus tute alio cōferas.Do.

Locus genus nobilitas dignitas.Acti.i euryſa. Atq̧ ut uides nō tenui de loco. Salu.in catil. Natus haud obſcuro loco.No.

Locuples locoꝝ multoꝝ diu locatū poſitū.F.

Locupletes dicebant loci hoc eſt agri plenos. Pli.locupletes loci hoc ē agri plenos.

Locupletes appellatos a poſſeſſionibus locoꝝ & a pecore pecunioſus.Ci.de repu.

Locupletes nō magnaꝝ opū tantūmō ſed ad quālibet rē firmos & certos. Tul.dici uoluit ad cæſarē iuniorē li.ii.Nihil oīno certi ne lo cupletē ad hoc auctorē hēamus.Et de of.li. iii.Accedit eo teſtis locuples poſſidōius.No.

Locuples nō modo ꝓ diuite & loca multa poſ ſidēti:ueꝝetiā ꝓ firmo ac certo ponit̄.M.T. de offi.li.iii.Accedit eo teſtis locuples poſſi donius.Ser.

Locutuleos hoīes in uerba ꝓuectos & blatero nes & linguaces.A.Ge.

Locus eſt ubi locatum quid eſſe poteſt:ut nūc dicunt collocatū ueteres id dicere ſolitos ap paret:ut apud Plau.Filiā habeo grandē caſſā dote atq̧ illocabilē neq̧ eā queo locare cuiq̄ Apd En.O terra trita ubi liberi fanū ī cuius muro locaui ubi qcq̄ cōſiſtit locus ab eo ꝑ cō dicit̄ locare quouſq̧ id emit quoad ī ali quo cōſiſtit ꝑciū.inde locariū quod datur in ſtabulo:& ī taberna ubi cōſiſtāt. Sic loci mu liebres ubi naſcēdi initia cōſiſtunt.Var.

Loculatas.nam ut Pauſias & cæteri pictores eiuſdē generis loculatas habent:magnas ha bēt arculas ubi diſcordes ſunt.ſic hircius lo culatas habet piſces.Var.

Loculum facit diminutiuū locellū.Ser.

Loci ratione loca conſuetudine: quod locum

ſingulariter non facit.Ser.

Lucens ē qđ aliūde illuminatur. lucibile ē qđ per ſe lucet:ut patulū & patens:illud qđ ſem p patet:hoc quod apit & claudit ut oculi.

Locupleté ait Nigidius dictū qui plæraq; loca hoc ē qui multas poſſeſſiones tenet.A.Ce.

Loco patris te habeo.i.ea caritate:nō ea uice q̄ pater eſt.Te.Si te in germani fratris loco dilexi:loco uoluptatis honoris turpitudinis:id uoluptuoſum honorificum:turpe in locum ſubſtitutus.i.in alterius uicē. Quinti.Et ī locum iuuenis amiſſi ſubſtituit de uanitate ſolatium.ſimiliter accipio te ꝑ fratre. ſum tibi loco filii:uel habeo te pro patre:id eſt ꝑinde eſſe ac ſi tale foret.Lau.

Lodix a loſis lotio qcquid lectulo imponitur: quod lauari pōt.alii latinū quod græ.ſagion id eſt lecti operimentū.

Logothea magiſtratus regni neapolitani & imperium bizantinoꝶ.

Logodædalos.Ser.ſuper æne.ix. logodædalus qui dolū celat ſermonis ornatu.

Logi a græco ſermone uel dicta ridicula & cōtēnenda.Ci.ꝑ Gallo.Ego te certe ſcio oēs logos qui ludi dicti ſunt aīaduertiſſe.Tur.

Loligo require in anguilla.V.

Lolligo piſcis ut ſepia uel ſepia & lolliguncula diminutiuum.

Lolarii erant q in ſcænicis fabulis quos erant iuſſi uinciebant aut uerberabant.A.Ge.

Lomentum de farina fabæ apud Martialē ītelligo de candido præterea medicamine quod ex argento fiebat lomentū dicebatur: autor eſt Plinius.

Logos ſignificat orationem & rationē a logos nomen inquit Quintilia.duo cum ē qđ oino necaret:non quod ratiōē ſed qa in illū quoq; ſenſum accipi poteſt ideo acceptū eſt.

Londinū oppidum in Anglia cognomento qdem Coloniæ nō inſigne ſed copia negociorum & emporium celebre nō memorat Cæſar:ſed Tacitus:ubi Angliæ reges: principes: ſenatus:populi:& mercatores continent inꝑuincia Caturienſi ſita.

Longobardos cheruſcis cattis cauciſq; propinquos īferioris germaniæ populos nō memorat Cæſar ſed Tacitus: quos nōnulli Theſſalos fuiſſe opinantur:nō lōge a camephatibus & phryſiis & ab ora galloꝶ. quidā uero eos pannones fuiſſe tradūt.

Loripos ut Pli.Megaſthenis teſtimonio docet in India anguiū modo ingredit & obrepit:

Lotos arbor præcipua Libyæ cuius floris nouitate homīes reꝶ omniū obliuiſci dicūtur unde lotophagi populi qui ea præſerti abundant:ut Home.Stra.& pli.ſcribūt.

Longitudo menſura eſt.longitas regionis uel temporis.Ser.

Mei tui ſui nunq̃ niſi paſſiue accipiunt̃:ut Ci. Quod deſideriũ tui ferre nõ poſſet.nõ ſignificat̃ hic deſideriũ tuum:ſed alterius de te.Similiter in plurali:ut habete curã noſtri ſicut habemus curam ueſtri.Sui uero nõ uariat̃ a ſingulari. Ponuntur hæc & reciproce:ut tu iſtud feciſti gratia tui:ut Ouidi.uxor amore mei.Ponũt̃ tamen hæc indifferẽter ĩ multis ut cauſa mea & cã mei.Similiter fama imago poteſtas uſus utilitas mea & mei differũt tamẽ ĩterdũ ut cã mea poſſeſſiue:cauſa mei uero paſſiue.modus tamen prior eſt uſitatior: ſic fama mea & mei:ſed mea eſt frequentius: Imago mea:ſtatura mea:forma mea:q̃ mea ẽ Mei uero quæ de me ẽ:ſed prior modus uſitatior eſt.memoria mea ꝙ ego recordor.mei uero ꝙ alii de me recordent̃ uel mentionem habent.dolor meus quẽ ipſe patior: mei uero quẽ alius de me patit̃:uel forſitan ego ſim dolens reciproce.Copia mea quã ego poſſideo:mei uero paſſiue q̃ poſſideor.Poteſtas mea & mei:ſimiliter mea & mei ad hunc ſenſum.Vtilitas mea quam poſſideo:mei aũt q̃ poſſideor.Faſtidiũ meum quo alios faſtidio: mei quo faſtidior:hæc fere ãcipiũt naturam habent.ueꝝ pars mea quã poſſideo ad hæreditatẽ:pars mei de corpore:ut manus ẽ pars mei:nõ mea.fundus pars mea:nõ mei.Similiter dimidiũ tui ad corpus dimidium tuũ de præda.Auide ſimilibus mediũ tuũ tangã nõ tuũ e medio tuo ꝓdiit:nõ tuo.Membꝝ mei eſt filius q̃ſi pars mei:mẽbꝝ meũ ut pes: nõ mei.Itẽ qd me tetigiſti:mei nihil attigit: qd mei attigiſſet multũ mei plus tui: hoc eſt de me uel de te nõ de tuo uel de meo. Itẽ qcqd me libere diripuiſti aliquid meũ fuit & non mei.dicimus præterea mea unius opera non mei unius:ut Ci.ĩ Gabiniũ. Dico mea unius opa rẽpublicã eſſe liberatã. Idẽ ad Acticum. Solius enĩ meũ peccatũ corrigi nõ põt.Idẽ ꝓ muræna.Ex tuo ipſius aio coniecturã cœperis.nõ.n.recte dicere potuiſſet tui. Itẽ ĩtereſt meã nõ mei dicimus. Et mea ex ꝑte poſt regit̃:quod ideo factũ ẽ: qa genitiuũ accuſatiuũ ſiue poſſeſſiuũ poſt ſe uult.Dãda ergo fuit uox poſſeſſiui ꝓ ſignificato primitiui:non gtũs poſſeſſiui q idẽ erat qui ẽ primitiui.ſed abltũs qui natura eſt gtõ ſimillimus:& in genere fœminino uel ſuauitatis gratia.Erat.n. duꝝ dicere meo tuò ſuo noſtro & ueſtro.ſic dicimus mea ſolius intereſt:tua unius refert unde maxime palã fit nunq̃ hos gtõs ſui niſi paſſiue:ut habeo curam tui unius: nõ tuam unius.Meus tuus plærũq; poſſeſſiue. ideoq; cũ utendũ eſt illis primitiuoꝝ genitiuis mutari ſolent ſonũ de i in a.Eſt etiã aduertendũ ꝙ nullũ ſubſtantiuũ in conſortio ſuo ſuſtinẽt:ut fili noli domo recedere reſpectu mei patris.A noĩatiuo ego:ſic Virgi.Si qua tui coridonis habet tua cura uenito.Tui a tuus nõ a tu uenit.quod adeo ueꝝ ẽ ut ne in poſſeſſiuoꝝ qdem forma illud pati uelint: ut tuum ſolius ſtudiũ.nõ tamen dicemus meũ Iuniani ſtudium:ſed meũ ſtudium qui ſum Iunianus.Et ſicut hæc ꝓnomina in gtõ paſſiue ſiue mutata ſiue poſſeſſiue uoce actiue nõ accipiunt gtõ ſubſtantiuoꝝ:non tamen oĩum adiectiuoꝝ.nãq; ſi reſpuũt genitiuum unius ſolius ipſius:& ſi qua ſunt alia ut duoꝝ triũ quattuor omniũ:nõ tamen reſpuũt cætera: ut Ci.ad Lentulũ.Quocunq; tempore mihi poteſtas præſentis tibi fuerit.Et per fœmininũ ſed cũ gerundio:ut Oui.Copia placandæ ſit modo parua tui.Per uocem poſſeſſiuã:ut ad Ciceronẽ.Cato libenter facio ut tuã uirtutem innocentiã &c.Et Ci.de ora. Lucium Craſſum quaſi colligendi ſui cauſa ſe in tuſculanum cõtuliſſe.ubi Quintilia.ſolet omittere ꝓnomen:ut & omnia utiliora ꝓperanti feſtinatione parentis ut eſt feſtinatione mea

parẽtis.Et Oui. Frigidius glacie pectus amã tis erat:id eſt meũ amantis.Cuiuſq; accuſatiuus cum pronomine ſui uel ſuus iũgitur: ut uellem noſce quæ ſit ſua cuiuſque ſententia Laurentius.

Mel ſiculum fert palmam ꝙ ibi thymum bonum frequens eſt. Varro.

Mela ab arietis pellem ꝑfecti regio genere dicunt argonautæ:ut in libro:Heſperidũ ũde aurea mala:id eſt capras & oues quas Hercules ex Aphrica in Græciam exportauit: quæ ſua uoce græ.appellarũt mela.hæc multo ſecius noſter ab ea.dem uoce ſed ab alia littera non me ſed be ſonare uidetur.oues uocẽ efferentes poſt balare dicũt.Var.

Melas fluuius ĩ mygdonia.alter in minori Aſia circũeuntem Smyrnã:alius in Cilicia nauigabilis eam a Pamphilia diuidens. alius ĩ Thracia.alius in Boetia a Parnaſo Mineruæ ſacer: ubi multæ oliuæ.alius in Sicilia ſecundum Ouidium.

Melander quære in anguilla.

Melandria pars thinni ꝓpinqua caudæ uiliſſima.eſt enim ſine pingui:nam in thynno ceruix & abdomẽ cõmendant.aſſeſibus quercei ſimilis.unde & nomen habet:eam genuenſes hodie morſaniũ uocant.

Melantoriphi genus auiũ latine atricephile: ꝙ ſũma eaꝝ capita nigra ſint.Fe.

Melancholicus q nigram bilem habet.

Melan nigrum:ſed tantum in compoſitiõe utimur.melancholia.

Melanthia Deucalionis ex pyrrha filia.Ho.

Melanthius ꝓprium quem Euripylus interemit:alius paſtor:alius pictor.

Melantho Vlyſſis ancilla quæ eũ arguit. ody.

Melampus podis a pede filius Amithaonis & argonautes egregius ſecundũ Homeꝝ & Statiũ.Alii dicunt medicũ & Proeti filias helleboro ſanaſſe: de quo Vir.

Melampus mons in tertio Europæ ſinu.

Melciades Athen.Cypſeli filius. Hero.

Meldi fũt iuxta ſequanã flu.iuxta pariſios oceano uicini.Strabo.

Melas in Pamphilia poſt anemuriũ nauigabilis fluuius oppidum ſida & alter fluuius Eurymodon.magna apud eum limonii atheni enſium ducis aduerſus phœnicas & pſas naualis pugna atq; uictoria fuit mare quo pugnatum eſt ex edito admodum colle proſpectant aſperidos quem argiui condiderat poſ ſedere finitimi.Pom.

Meles flu.in Aſia primus Smyrnam circũdans haud ꝓcul naſcens ab ea.

Meleas haſta a ligno mali dicta.Fe.

Meleagrides gallinæ numidicæ appellãtur. ut putat Plini.Columella alias exiſtimant.& ut Var.Criſta ſcilicet cerulea cum numidicæ rubram habeant guttis diſtinguũt.Iuue.aues aphras nominat.

Meleager Oenei & Aleæ filius.Oui.vii.

Melegides inſulæ ſunt ante Padũ.Stra.

Meledunum inter celtas oppidũ in inſula fluminis Sequanæ poſitum egendiq; oppido ſenonibus ꝓximum at Lucetia quæ hodie ciuitas pariſienſis eſt:& loſedo ad rippas Sequanæ poſito finitimũ:nũc etiam oppidum eſt in francorum regno ſitum nomẽ retinet.

Matheſis unde mathematicus.

Melicrarum uinum coctum cum melle: græ. μελικρατον potens uinum.

Melicraton dicebatur a melle ĩ muſto imixto ab aliis dictũ eſt piperatum:nam piper adhibebatur ab aliis cõmuni uerbo conditũ. Plinio auctore.

Melena lyſimachiæ fluuius.

Melibeia ciuitas theſſaliæ.Ser.

Meliboees dictus quaſi curã boũ gerat.Ser.

Meliboeus paſtor cura boũ meliboea.

Melicerta græ.μελικέρτη de quo leucothea.

Melicæ galliæ ꝙ in medio corporis ãpliſſimi ſunt:littera l ꝓ d ſubſtituta.Fe.

Meliloton herba quæ & ſertula campana.ũde ſerta.Pli.xii.

Melima genus tibyæ acutiſſimi ſoni.Fe.

Melimella poma quædam muſtea dicebãtur ꝙ celeriter miteſcerent eadem nouiſſimis temporibus dicta ſunt melimelia a mellis ſapore.

Melicertes deus eſt marinus Inachi filius ĩ deorum numero redactus qui græce palæmon late portunus dicitur.

Meliboea uxor Philoctetæ marito nauigante cum qndecim nauibus ad Troiam eum ſeq optauit.

Melimella utputa cannæ unde fit ſacchaꝝ.

Meliſphyllum apiaſtrum id eſt apis folium:de quo Pli.xx.

Meliſſus rex cretenſis antiqſſimus:qui teſte lactan.ſecundũ Didymum primus diis ſacrificauit.alter Meliſſus philoſophus Ithagenis filius:de quo Ariſtoteles.Inde præfectus claſſis ſtrenuæ ſe geſſit.

Melita inſula in ſiculo mari cum oppido eius nominis:& fano Iunonis in promontorio ꝓpe Siciliam.

Melium canes ne uulnerentur a beſtiis ĩponũtur collaria quæ uocantur melium id eſt cingulum circũ collum ex corio firmo cũ clauiculis capitatis. Var.

Mella galliæ fluuius abũdans herba quæ dicitur amella.

Mellaria uide ſuper uinaria.A.Ge.

Mellitonas mellonia mellitropia idem.Fe.

Mellodonũ oppidum eſt ſenonum prope Pariſiũ & gallice dicitur mellu.Strabo.
Melobofis Oceani & Tethyos filia.
Melodia ut ſeruetur ſonus græcus nam dudũ eſſet melœdia dulcis ſonus.
Melos inſula melo:qui ex phænice ad eam profectus eſt.Feſtus.
Melo nomine alio nullus.Feſtus.
Melpes flu.buxentio oppido uicinus.
Melpomene una muſarum.ut in muſa.
Melſus flu.eſt qui per paſtures defluit.Strabo.
Melcon meliorem dicebant.Fe.
Membra membrana facit.ſicut ſignante ſignanus.Priſcianus.
Membrũ abſcindi mortuo dicebatur cum digitus eius ad qđ ſeruatum iuxta fierent reliquo corpore cõbuſto.Fe.
Meme tete per figurã geminari ſolent.ut Vir. meme adſum qui feci. Et.xii. Verte omnes tete in facies.Itẽ Tutu faces illas incendiſti. Seſe nunq̃ figuratum.Lau.
Memini illius rei & illam rem more attico.ut Virgilius numeros memini ſi uerba tenerẽ Priſcianus.
Memini pro eo qđ eſt mentionẽ facio poſtulat genitiuum uel ablatiuũ pro recordor uero etiam accuſatiuum:ut philoſophi ſenes q̃ multa meminerũt. Quinti .De quibus multa meminerunt.unde deriuatur mentio qua ſi a meno.unde ſupinũ mentũ.unde mens & mentũ:quo præcipue utimur in mẽtione facienda.Inde menta.Laurentius.
Memini illã rẽ difficilius dicti putant plurimi Vir. in bucolicis. Numeros memini ſi uerba tenerẽ.Et alternos muſæ meminiſſe uolebant.Cicero de orato.libro tertio.Quid fuit Gracchoquod tu melius Catule meminiſti ꝙ me puero tantopere feretur.No.
Meminiſſe & memorare in hoc differũt quoniam meminiſſe rem ante actam in mẽtem reuocare eſt.Memorare autem aliud referre ut exponere. Virgilius. Vtrũque complexus eſt.& meminiſtis eni diuæ & memorare poteſtis.Ser.
Meminiſſe a memoria cum id quod remanſit in mente in id quod rurſus mouetur:quæ a manando memoria poteſt eſſe dicta.itaque aliqui qui cantant memuriam ueteꝝ ſignãt memoriam.Var.
Meminiſſe & in memoriam redire hoc differre Ariſtoteles putat & uult meminiſſe omnium eſſe animantium:ut cibi:potationis:ſomnii:uoluptatis.in memoriam reuocare quod exciderit non niſi hoies poſſe.No.
Meminere ab eodem monere quod is q monet quod ide ſic ac memoria ſit monitio mẽtis quæ in ſepulchris.& ideo ſeruiã quo prætereuntis admoneat & ſe fuiſſe & illos mortales eſſe.Varro.
Mẽmaniana ab inuentore eoꝝ quæ a mẽmio dicta ſunt.unde & coluna mẽmiana.Ci.academicoꝝ libro quarto.Interim ille cũ æſtuaret ueterum ut mẽmianoꝝ ſic academicorũ uiam ſecutus eſt.No.
Mẽnon Tithoni filii Laomedontis filius qui a Teutano uigeſimo rege a Nino ſecundum Diodorum in Priami auxilium cum decem milibus æthiopum & totidem ſuſianorum: &.cc.curribus miſſus ẽ.Pater præfectus erat Perſarum.Hic Memnon ſuſis regiam ædificauit memnonia dicta quæ uſque ad Perſarum regnum permanſit:&.uiam ſtrauit leopheram.ſuo etiam nomine adhuc memnonia dicitur:interfectus a theſſalis per inſidias corpus a ſuis crematum:& oſſa ad patrem relata.
Memoriam poſitum pro uetuſtate.Pacu.ĩ criſe.Perqꝫ noſtram egregiã unanimitatẽ quam memoria deinde iũgat.No.
Memoria teneo repeto: memoriter pronũcio agnoſco:non aliter.Cõplector autem memoria & memoriter.Pli.tamen inquit. Qui tã memoriter tenes.Lau.
Memor omnis generis:unde ĩmemor qđ ĩmemoris antiqui dixerunt:ut Cecilia.in epiclero.Ita ne Antipho iuuentus ꝓflua fide itane eſt ĩmemoris:itane ẽ madida memoria:hoc ſolum format comparatiuum ex terminatis in or.Priſ.
Memore ꝓ aduerbio.Pompo.de philoſophia cum iſta hæc memore meminit.P.
Memore pro memoriter. Pompo. in pherag. Sed ne iſta hæc memore meminiſti: iudica quod illud malum abſtulerit nõ ariolari gratis.Nonius.
Memordi pepoſci ſpepondi pupugi in ueteribus lecta ſunt.Actius in humiliatrice uiſum ſe memordiſſe autumat.Laberius ĩ callis.De integro patrimonio meo centum milia nũmũ memordi.Ennius. Nõ eſt ut ſi me canis memorderit:cætera in obſcurioribus ueniamus.Nonius.
Mempheus mons circa Theſſaliam.
Memphis urbs ægypti ab Ogdoo rege condita ambitus ſta.cl.opportuniſſima ubi Nilus ſcinditur in plures partes & deltæ formã facit:quam a filia appellauit Diodo.ii.
Mẽphis ẽ regia ægyptioꝝ ab Ogdoo rege ædificata:cuius filia Memphis nomen dedit puella:ea eſt cum qua Nilus ſub imagine tauri dicitur cõcubuiſſe.urbis ambitus erat.cl.ſtadioꝝ ſeptũ apidis cingebant & templũ Veneris:autor Stra.& Diodo.
Menalus mons Arcadiæ celſus.ακλοῦ enim

græce ouis eſt quibus pluribus frequentat.
Mœnala intellectu ſingul tre: uoce autem plurale. dicitur tamen hic mœnalus. Virgi. Mœnalus argutumque nemus pinoſque loquentes. Priſcianus.
Menalippe antiopes amazonum reginæ ſoror capta ab Hercule pro qua Reginæ arma accæpit.
Menalcas ꝓpriũ paſtoris.
Menapii ad utrãque Rheni ripam habitant iuxta neruios ſed ad mare proximi & ſunt germanica natio. ſunt ꝓprie quos hodie uulgo uocant gelberenſes & ptinent ad rhenũ flumen uſq; Coloniã & ultra. Stra.
Menapii populi germaniæ inter belgas Treueris cũ druſis arduẽnæ ſyluæ rhenoq; finitimi contingentes denſiſſimas ſyluas perpetuaſq; paludes ad utrãq; rhẽi ripam: agros: ædificia uicoſq; habebant proximi ubiis eburonibus & ſycãbris qui hodie gerlẽſes ſunt: hi ſycambri & ad confluentem moſæ rheniq; oceanũ etiam mare attingũnt: nunc illacenſis ducatus eſt Colonienſis dioceſis anguſtior ſatis: ut uidere ac ſubducto quã pridẽ Menapioꝝ fines eſſent.
Menas differentiæ cauſa in fine circunflectitur ſic lenas tis. ne accuſatiui pluralis mene quod eſt genus piſcis: & lenæ quod eſt fœmini ni leonis eſſe putentur.
Menander & drus comicus Theophraſti diſcipulus.
Menander quattuor menandri fuerũt. Menander athenienſis: autor ueteris comœdiæ. Menander laudiceni ſophiſta. Menander byzãtinus hiſtoricus. Menander filius Diopitis autor nouæ comœdiæ. Strabo & inſani ĩ mulieres amoris: hic ſuo tempore nõ fuit habitus in precio. nã ut ſcribit Quintilia. Philemon prauis iudiciis ſui temporis eſt platus.
Menander hoc nõie multi fuerunt ut ẽ apud Suidã Dioppidis filius Eleuſius inſani ĩ mulieris amorem pſonis comœdiæ exprimẽdis excelluit ſuis temporibus: poſt habitus philemoni ĩ quo uulgi iudicio ab eo ſæpe uictus cum tamen præſtaret qd in ſequentia ſæcula agnouerunt. inde Martialis rara coronato plauſere theatra Menandro: autor item Fabius in taide. Potiſſimũ ſcorto ſui temporis argutiſſime luſit: ũde Thais Menãdrea dicta ẽ.
Menappum emporiũ Carnuntũ ẽ in gallia aqtana penes quod ligir fluit. Strabo.
Meuania ciuitas eſt in Vmbria iuxta carſulos iuxta eã labitur Teneas fluuius qui in Tyberim fluit. Strabo.
Menceps mentecaptus. Pri.
Mentior a mente: quia contra mentẽ loquor. Laurentius.
Mendicus a minus cui cũ opus eſt minus nullo eſt: Varro.
Mendicũ dici Verrius putat a mente eius quo niã feſellerit fortuna: uel quod precat quẽq; ut uitæ ſuæ medeatur cibo. Fe.
Mendicarier ꝓ mendicare: & mendicabulũ ꝓ mendicatiõe. Plau. ĩ auln. Malim moriri meos q̃ mendicarier boni miniſtrant: illũ nunc irrident mali. Idẽ in aul. Memorare uolo ho minũ mendicabula. No.
Mendetione laxius patet altus mons quæ referendæ illa ab heretris: hæc ab achiuis capto Ilio remeantibus poſita. tũ macedonũ populi: quot urbes habitant quoꝝ pellã maxime illuſtrẽ alũni efficiunt. Philippus græciæ domitor Alexander etiã Aſiæ.
Mendicimoniũ & mercimoniũ. Laberius in libro quẽ cecropiũ inſcripſit in eo uerba hæc ĩuenies qui doctrinæ ſtudiũ adhibuerit ĩ eo libro quoq; mauſtus quod eſt furatus ĩuenirem. Nonius.
Mendicimoniũ & mœchimonium & adulterionem pro adulterio. Laberius licenter finxit Aulus Ge.
Mendaciunculũ a mendacio. Lau.
Mendum grãmaticus quidã de melioribus ab emptore ad ſpectandos libros adhibitus reppeſiſſe unũ de libris mendum dicebat. Aulus Gel.
Mendũ neutraliter. Var. Magnũ mendũ dixit. ſed Oui. fœminine: mẽda nocte latent: dicit in mẽdacii ſignificatiõe mendũ menda ĩ culpa operis uel corporis. Ser. in arte.
Menedemus erethriẽſis philoſophus prius miles: inde ad Platonẽ ſe contulit: prius habitus ludibrio: inde admiratiõi: ut ciuitatis gubernacula ei traderent. Alius Philoſophus Caloti Lãpſaceni diſcipulus qui ex inferno ſe ueniſſe dicebat. Tor.
Mendenſiũ unũ ex Nili hoſtiis.
Menduli adiacent maxime ubi Rhodanus & Iſara confluũt. Stra.
Mene. Mar. T. de finibus bonoꝝ & mal. Qui enĩ uoluptates ipſas contendũt. & licet dicere ſe accipenſerem mene ante ponere. Nonius marcellus.
Mene hoc genus interrogationis negatiuã hẽt ſignificationẽ. Te. in ecy. mene. Do.
Me negociis occupato uenire nõ poterã raro dicitur: ſed occupatus. Hora. tamen inqt. Se puero cenſor caſtigatorq; minoꝝ. & M. Tu. ad Tyronẽ. Non potes effugere huius culpæ pœnã te patrono.
Menethus mons eſt in alpibus.
Menethon & Pytho nomina puellaꝝ & item filiaꝝ Oceani.
Meneſthius philomeduſæ filius ex Arna urbe

arithoi a Paride interfectus.T.
Menoetius hoc nomen cū habet oe diṗhthō gon in penultima caret aſpiratione & ē græce quattuor ſyllabaꝝ & patrē ſignat patrocli: nā Menoecus thebāus triū ſyllabaꝝ ē et habet c in penultima filius Creontis.
Meniani dicebantur qui ex loco edito quem menianū dicebant ſpectabāt. Tranqllus pau cis ex proximis menianis.
Mneſteus Petei filius:& Meneſtheus Pelei nepos Polydora filia quā ſperchio fluuiū amaſſe & cōpræſſiſſe ferunt.
Meneſtheus Petei filius Diomedis auriga. alius Theſei & Phœdræ filius frater Demophō tis dux athen. T.
Meneſthea filia Oceani & Thetyos. T.
Menecis ultima phocenſiū urbs quæ ad occa ſum uergit. Stra.
Menianū id eſt ſolariū locus eminentior ad ſolis motū & horas dignoſcendas ab auctore qui condidit appellatū. Valerius maxi. libro nono. Cōſimili ipetu mortis. C. Licinius macer uir prætorius calui pater repetundaꝝ re us dū ſententiæ dicerentur in menianū con ſcendit. Ser.
Meniana ædificia: a menio collega craſſi ſunt appellata. is eni qui primus ultra colūnas ex tendit tignos quo āpliarentur ſuperiora. Fe.
Menyllus uir athenien.
Menippus eſt cynicus phœnix ſeruus: dominus eius Battus ponticus fœnerator dictus Homerodamiſtes: qui omnia inſidiis amittens ſe ſuſpendit. Fuerunt ſex hoc nomine. Tortellius.
Menippus non pauci ſerui philoſophi clari ex titere: ex quibus ille menippus fuit cuius libros. M. Var. in ſaty. Aemulatus eſt quas alii cynicas. ipſe autē appellat menippeas ſatyras Macrobius.
Menotaurus apud Cautadas fluuius & Opharitas.
Menon propriū nomen. Cicero tamen meno dixit in oratione pro fūdanio ut eſt ne id qđ meno nūciaſſet. Priſ.
Menoba ciuitas eſt in Hiſpania īter ſacꝝ ꝓmō toriū: herculeaſq; colūnas. Stra.
Menoſtei portus eſt in inſula: quā betis bipar titus efficit. Strabo.
Mens a memini & mentio. Lau.
Mens diſpoſitio conſiliū. Virg. ænei. libro pri mo. Noſtrā nunc accipe mentē. Et Teren. in an. Mala mens malus animus. Ser.
Mens animuſque idē ſunt. ut Virgi. magnam cui mentē animūque delius inſpirat: & ē periſſologia. Ser.
Menſa dedicata in tēplo aræ ritu antiquo uſū & religionē obtinet puluinaris: ut Virgi. i. i. dixit. Et in menſam laticū libauit honorem. Macrobius.
Menſa frugibuſque iurato ſignificat per men ſam & fruges. Fe.
Menſam eſcariā cilibā appellabāt: ea erat quadrata a ciliceo populo. Var.
Menſū ꝓ menſiū. Oui. meta. li. viii. Et quos ſuſtinui bis menſū qnq; labores. Pri.
Menſarii nūmularii collybiſtæ a græco dicuntur. Feſtus.
Menſarii nūmularii. Fe.
Menſæ in ædibus ſacris ararū uicem obtinebant. Feſtus.
Menſū ſecūdæ pomoꝝ quæ poſt inferuntur. Vir. ii. geor. Nō ego te diis & mēſis accæpta ſecūdis tranſierim rhodia. Ser.
Menſis principia cur tria & dies quaſi quoſdā legibus præſtitutos habent. qui dieꝝ idē īter uallū in medio capiūt. an illud ueꝝ eſt qđ luba in hiſtoria ſcribit: magiſtratus calēdis populū uocare: & in quartā diē nonas indicere ſolitos eſſe. Idus enim diē religioſū putabāt. An illud magis quod lunæ uarietatibus tem pora deſcribentes. tris oīno ſingulis mēſibus lunæ mutatiōes fieri aīaduertebāt: primā cū ſoli cōgreſſa penitus occulratur: deinde cum ſolis radios ac lumen elapſa ab occaſu incipit apparere: poſtremo cum ſolaribus radiis diis colluſtrata pleniluniū efficit. Nominant autē lunæ occultationē cū ſcilicet nō appare ret. Calēdas quicquid occulte ſit clam fieri & celari latine dicitur. Primā uero nonas ap pellant. iuſtiſſimo quidē nomine nouū uocant. Idus autē ꝓpter ſpeciē & undique collucētis lunæ pulchritudinē: aut cognomen illud Ioui attribuētes. Sed certiſſimū dierū numeꝝ exequi nō oportet: non ex eo quod paꝝ abeſt calūniari quando quidem uel hoc tēpore quo ad ſūmū aſtrologiæ peruentum eſt: inæqualitas tamen tempoꝝ mathematicoꝝ peritiā uicet: & eoꝝ nūeros ac ſupputationes ſæpiſſime fallit ac fugit.
Menſon perſona comica ab inuentore dicta. Feſtus.
Menſtruū quo mulieres ſæpe purgantur non multi: ſed uitioſi humoris indiciū eſt. indigeſtū eſt enī & crudū quod egeritur & quaſi infirmū effluit. nec habet ſedem ſed natura quaſi noxiū & magis frigidū pellit: quod maxime probatur. quia mulieribus cū purgantur algere cōtingit: unde intelligitur frigidū eſſe quod effluit: & ideo in uiuo corpore nō manere quaſi iopia caloris extinctū. Macro.
Mentecaptus dicitur cū mens ex hoīs poteſta te abit. & idē demens quod de ſua mēte diſceſſerit. & amens quod a mente abierit. Fe.
Mentiri & mendaciū. dicere quemadmodum

diſtant.P.Nigidius manifeſtauit.Qui mẽtiť ipſe non falſus alterum fallere conatur.Qui mendacium dicit ipſe fallitur quantum in ſe uir bonus præſtare debeat ut nõ mentiatur. Nonius.

Menthaſtrũ quod mentham imitatur: eſt que ſylueſter olus. Laũ.

Mentha herba.Pli.xix.

Mentha græcæ habet aſpirationem.

Mentagrũ peſtis rabida contagioſa:morbus il le fuit quem Pli.appellat mentagrã.

Mentor argento celando maxime claruit: ut Plinius Iuuenalis raræ ſine mentore mẽſe.i. ſine poculis mentoris laudatur a Martiale.

Mentis hic & hæc amẽtis & hoc amẽte dicũt antiqui:nec miꝝ aut mentis ignis eſt,ꝓmens Priſcianus.

Mentũ quod nos cõmentum.Fe.

Menus germaniæ fluuiue: ubi ſylurus piſcis equum tranantem demergit.

Mœonia regio minoris Aſiæ:quæ & Lydia di citur.

Meo modo:mea uoluntate:meo arbitrio. Te rentiu s in And.Sine nunc meo me uiuere modo.Donatus.

Mœotici:toreatæ:arrichi:phitores oram quæ a Boſphoro ad Tanain uſq; deflectitur: inco lunt & oſtio fluminis ꝓximi ſarmathæ apud eos eaſdem artes fœminæ quas uiri exercent ab eo ut ne milicia quidem uacent:uiri pedi bus inhærent:ſagittiſq; depugnãt.illæ eque ſtre prœlium ineunt:nec ferro dimicant.ſed quos laqueis intercepere trahendo conficiũt nubunt tamen. ueꝝ ut nubiles habeanť: nõ in ætate modus eſt niſi quæ hoſtem iterime re uirgines manent.

Mephitis a græco μεφιτης ſecundũ quoſdã terræ putor de aquis ſulfuratis qui grauior eſt in ſyluis.Alii deũ dicũt iunctũ Leucotho ea:ut Adonis Veneri.Tor.

Mephitis ẽ terræ putor qui de aquis naſcitur ſulphuratis.Vir.vii.æne.Sæuaq; exhalat opa ca mephitim.Ser.

Mephitis terræ putor qui de aquis naſcitur ſul phureis:uel deus Leucotheæ connexum: ſi cut eſt Veneri Adonis: Dianæ Virbius uel Iuno eſt quam aerem eſſe conſtat:unde pu tor naſcitur.ſic mephitis dea odoris grauiſſi mi.Seruius.

Meracior cur eadem potio meracior uidetur ieiuno q̃ ei qui cibum ſumpſit.Reſpõdeo ue nas media uacuæ facit ſaturitas obſtruit igi tur cum potio per inanitatem penitus influ it quia non obtuſas cibo uenas inuenit:neq; fit admixtio dulcior per uacuũ means guſta tu fortiore ſentitur.Ma.

Mercatis ꝓ mercatibus. Saluſtius hiſto. libro tertio.Cæteri negocia ſequebantur familia ria legatoꝝ aut tribunoꝝ & pars ſua cõmea tibus mercatis.No.

Merces a merendo. Varro.

Mercedituum mercennatium quod mercede tueatur.Feſtus.

Mercedonius a mercede ſoluẽda: Merum pu rum.Feſtus Pom.

Mercis appellatio ad res mobiles tantum per tinet.inde mangones non mercatores ſed ue naliciarios appellari.

Mercurius infra martem ſtella mercurii eſt.ea Stilbon appellatur a græcis quæ anno fere uertente ſigniferum luſtrat orbẽ. Cicero de natura deoꝝ.

Mercuriũ in maximũ honore habuerũt ægy ptii quoniã uerba in ordinẽ redegiſſe mul tis nomina indidiſſe litteras inueniſſe ſacra cõſtituiſſe aſtroꝝ curſus obſeruaſſe: harmo nias uocum:palæſtram:numeros:medicinã: lyram trium chordam inſtar: trium ãni tem porum:uocem acutam:grauem:mediam iue niſſe dicunt:& iterpræteni uerborum apud græcos fuiſſe.ũde Hermes dictus.Diodorus

Mercurius a mercibus eſt dictus.hunc etenim negociatorum omnium feſtinabat eſſe deũ. Feſtus.

Mercurius a mercibus.græce ἑρμης ex Maia Iouis filius quem natum Iuno lactauit:unde ĩmortalis factus deus facundiæ mercatorũ: palæſtræ:furum nuncius & interpræs deoꝝ: ex Venere Hermaphroditum geuuit ex Ly caone Dædalionis filia Autolium precibus Iunonis Martem liberauit ut in aloeus argũ interemit:Prometheum religauit in Cauca ſo:comperit lyram ſeptichordem: datur ei uirga caducea & talaria alata & galerus ſecũ dum Strabo.

Mercurios tris.Ci.teſtatur de natura deoꝝ.ſu peꝝ:terrenum:& infeꝝ.

Mercurii ꝓmontorium Aphricæ in Sicilia ua ſto tractu ſe ferens.

Mercurii q̃nque unus Cælio patre & dia ma tre natus:cuius obſcœnis excitata natura tra ditur ꝙ aſpectu Proſerpinæ commotus ſit. Alter Valentis & Foronidis filius:is qui ſub terris habetur id eſt Trophonius.Tertius ex tertio Ioue natus & maia:ex quo & Penolo pa natum ferunt.Quartus Nilo patre quem ægyptii nephas habent nominare.Quintus quem colunt Pheneidæ qui argum dicitur ĩ teremiſſe ob eamq; cauſam ægypto præfuiſ ſe atque ægyptiis leges & litteras tradidiſſe: hunc ægyptii Teni appellant eodem nomie anni primus menſis apud eos uocatur.Cice ro de natura deoꝝ.

Merenda dicitur cibus qui datur poſt meridiẽ

Affra.Interim merendam occurro ad cœnã
cum ueni iuuat.No.

Merenda a meridie nomen uiri.

Merenda dictus a meridiana cœna.Caſ.

Meridiare medio die dormire.Sueto.

Mereor & mereo utraq; uoce idem ſignificat.
Lucanus.vi.Scæua iuro nomen caſtrorum ĩ
plebe merebat.Virgilius quarto.Si bene qd
de te merui.Similia ſũt metio & metior:me-
to & metor.

Mereor de te eſt aliquid in ambiguũ in te con
ferre ſi beneficii quidẽ benemereri.ſin offen
ſionis:male mereri dicimus.

Mereri eſt etiam mercede operari atque alteri
inſeruire:& ſtipendia facere in militia etiam
dicitur.Lau.

Meret meretur.Virgilius libro decimo.Qua-
lem meruit Pallantia remitto. Et libro quar
to.Si bene quid de te merui.M.Tu.ad Cæſa
rem iuniorem libro ſecundo.Quem periſſe
ita de republica merentem conſulem doleo
Lucil.libro.xxx.Publica lege ut mereas præ
ſto eſt tibi Queſtor.Varro in eunuc.Quia
plus inquit merere debet in quo uirtus eſt.
Nonius.

Meret humillimum & ſordidiſſimum quæſtũ
capit.Varro rerum humanarũ lib.xx.Qui
in ordĩe ratis æs militare merebat ei ob mer
cedem laborem infamiã corporis locat.Luc.
li:primo.Et mercede meret religiones.Var.
in agathone doloreſte.Qui merita hominẽ
& ſeruũ facit.unde & mercẽnarii & meretri-
ces dicuntur.Idem in eu.Primũ iſte qui me-
ret ſeſtertios uicenos.No.

Mereri ꝓpria bona dicimus cõmereri mala id
eſt delinquere & peccare.Te.in ecy.Quibus
iris pulſus nunc in illam iniquus ſum: quæ
nunq̃ quicq̃ in me cõmerita eſt quod nollẽ:
& ſæpe meritã quod uellem ſcio.Do.

Meretrices apud ueteres ſuccĩctiore ueſte ute
bantur.Aſconius in excepto.meretrix cũ ue
ſte longa peregrino in loco ſolet tutandi cu-
ra ſeſe ſumere.No.

Mereoticum ex uino q̃ in palude ægypti naſci
tur & mereotides albæ & mereotica fama
Acron.

Mergo & mergor extra compoſitionem dici-
mus:ſed in compoſitione emergor facit. Et
Terentius in adelphis noue dixit: Tot res re
pente circũuallant unde emergi non poteſt.
Donatus.

Merges manipulus ſpicarum.Virgilius ſecun-
do georgicoꝝ.Aut fœtu pecorum aut cerea
lis mergite culmi.

Mergæ furculæ quibus acerui frugum fiunt:
dictæ a uolucribus:ſic meſſores eas in fruges
demergunt ut eleuare poſſint manipulos.
Feſtus.

Mergus Priami filius ſe præcipitauit e muros
nec periit quod cum frequentaret in auẽ cõ
uerſus quæ mergus dicitur.

Meritauere.Cato ait.ꝓ meruere.F.

Meridies manifeſte medius dies.Ci in ora.Iã
uiderunt neſcire dulcius ipſum meridiẽ cur
non medidiem.No.

Meridies ab eo quod medius dies.d autem an
tiqui non r in hoc dicebant:ut præneſte in-
ciſum in ſolario uidi.Varro.

Meridies pro medidies a medio die:& ſemper
maſculinum eſt.certum enim tempus ſigni-
ficat diei.Teren.in adel.Ipſo meridie ſtipulã
colligendo.Pri.

Meridie ꝓ aduerbio accipitur quoq;.Pri

Meridiem mediam diei horam omnem ſolũ-
modo putant:cum & noctis eam temporis
partem ueterum auctoritate dixit.Varro in
marcipore.Repẽte circiter cum picturis aer
feruidis late ignibus cœli creanaſtice oſten
derunt.No.

Meritoria accipimus quæ uulgo diuerſoria
uel fullonica appellantur.

Meritoria taberna diuerſoriũ atq; hoſpitium
mercẽnariũ quo mercede uti licet. meretri-
ces a mereo quæ mercede ſuam exercẽt mi-
litiam.Lau.

Meritorius a um:quo mercede uti licet: inde
pueri meritorii ſcorta maſcula cõcubini nõ
recte catamiti dicunt. dicimus.n rationem
meritoriam quaſi uilem & male cœmptam.

Meriones moli filius auriga Idomenei & dux
nauium:marti comparandus eſt.

Meritus mons in tertio Europæ ſinu.

Meritos id eſt unicuiq; aptos.ĩmolantur enim
quæ obſunt muneribus deorũ: ut porca Ce
reri quia frugibus obeſt.hircus libero qa ui
tibus.Vir.iii æneı.meritos aris imponit ho-
nores.i.congruos.Ser.

Meritiſſimo.Tur.in parethecuſa meritiſſimo
te magnifacio. Cicero in aſoto. meritiſſimo
hic me eiecit ex hac decuria.No.

Merula q; ſoliuaga eſt & ſolitaria paſcitur nũc
merum purum.

Meros mons Indiæ Ioui ſacer famam hic præ
cipuam habent.In illa genitum:in huius ſpe-
cu liberum arbitrantur eſſe nutritum unde
græcis auctoribus ut fœmori Iouis inſitum
dicerent:aut materia ingeſſit: aut error oras
tenent ab Indo ad Gangem palibotri a Gan
ge ad ſolida. Niſi ubi magis q̃ ubi habitent
æſtuat atræ gentes & quodam modo. Pom-
ponius mella.

Meroeni habent terram quam Nilus primo
ambitu amplexus inſulam facit.pars quia ui
tæ ſpacium dimidio fere quam nos longius

angunt:macrobii pars quia ex ægypto aduenerem dicti automolæ pulchri formæ:& qui corporis parumque ueneratiores ueluti optimarum alii uirtutum. In illis mos eſt cui potiſſimum pareant ſpecie ac uiribus legere apud hos plus auri q̃ perſis eſt: ideo quod minus eſſe precioſius cenſent ære exornantur:auro uincula ſontiũ fabricant: eſt locus apparatis epulis ſemper refertus. Et quia ut libet ueſci uolentibus licet Heliu Traperam appellant:& quæ paſſim appoſita ſunt affirmant inaſci ſubinde diuinitus. Pom.

Meroe triſylla inſulæ Nili metropolis. a qua & tota inſula: Cambyſes condidit nomine matris forma inſulæ ſcuto perſimilis maxima inſularum Nili longitudine ſtadiis quattuor milia:latitudine mille habet aurum argentum ferrum hebenum: fœminæ mammas habent maximas:longiorem q̃ nos uitã habent.

Meros mons Indiæ Ioui ſacer: cuius in conſpectu bacchus nutritus.hædera uitibus fontibus frutetiſq; conſpicuus:eiuſque ſub radicibus Niſa ciuitas eſt.

Meropus mons græciæ iuxta Theſſaliam uariis præruptis anfractibus.

Meropes aues ſunt uirides habentes pennas & uocantur apiaſtræ quia apes comedunt. Virgilius quarto georgicorũ. meropes aliæque uolucres. Ser.

Mertaret mergeret. Actius in antenoridis. Fortaſſe an ſit quod hic non mertet metus. Idẽ in deiphobo: Vel hic quia mea parte effrenata impudentia præſentẽ præſens dictis mertare inſtituit. No.

Mertat merſat antiqui. Fe.

Merum ſolum dicebant. unde & auis. Fe.

Merum eſt ſolum. Terentius in phormiõe. Ni ſi eſt niſi ſpem meram. Varro. Liberos parere cui neceſſe eſt non eſt merum:nec tu æde pol cui inſimulas tuis. Plautus ĩ aſinaria. Aurum atque argẽtum merum eſt quod loqueris fixus apud nos animus tuus clauo cupidinis. Varro. Sexque Vlyſſe. Diogenem poſtea palum ſolũ habuiſſe & habere Vlyſſem meram tunicam pileum idem non habere. Idem in eunucho. Tu non inſanis quo tibi uino corpus corrumpis mero. No.

Merum ſyncerum. Pomp. in piſcatoribus. Neſcio quid non eſt hoc merum quod hic plorat. Varro in marcipo. Eodem conieciſſe miracula neſcio quæ Cicero de oratore libro ſecundo. Ecce tibi exortus eſt Socrates magiſter iſtorum omnium cuius eludo tanquam ex equo troiano meri principes exierũt. Nonius marcellus.

Merulas alites. Varro.

Merula fluuius in albo Vintimiliõ oppido. Strabo.

Merx & mercatura hoc diſtant. Merx eſt ſpecies ipſa. Mercatura actus ipſe. Lucrum de merce. Mercatus autem locus in quo agitur mercatura. Tullius de republica libro tertio. Pones primo mercaturis: ſed mercibus ſuis auaritiam & magnificẽtiam inexplebiles cupiditates omnium rerum exoptauerunt in græciam. Idem de officiis. Quo tanquam ad mercaturam bonarum artium ſis profectus inanem redire turpiſſimum. Nonius Marcellus.

Menſam uacuam tolli non ſinebant: ſed omnino cum aliquid etiam ſupereſſet: an illud interpræetantes aliquid ſemper in futurum de eo quod nunc adeſt relinqui oportere: & per hodiernum diem Craſtini meminiſſe an quod urbanum atque elegans putarẽt comprimere atque inhibere appetitum & iam cũ uoluptate perfrui liceret. minus enim quod abeſt cupiunt qui præſentibus de paratis abſtinere cõſueuerũt:an & aduerſos ſeruos humana conſuetudo. Non enim tantopere gaudent ſerui ſi accipiũt q̃ ſi participes. fiant:qd menſam ſibi cum dominis quodãmodo cõiugatum eſſe putant. An quod nihil ſacrum inane ac uacuum negligere oporteat menſa uero ſacra eſt.

Meſa flumen eſt notum:fluit maxime per Leodium & per Brabantiam uſque Maſtrech: & deinde etiam per Brabantiam & Gellerẽ: & demum ibi ſe coniungit cum flumĩe rheno:& efficit inſulam: quæ hodie appellatur Vatuana in qua eſt oppidum quod uocatur Annelonge: a mari circa milia paſſus. lxxx. Strabo.

Meſſana dictus a deuicta meſſana. Caſ.

Meſſenii Pyliique terras colunt & ipſa pelago pylos adiacet. Cyllene calipolis patriæ oram illam tenet:in quam Thelonates & raaxos excurrunt. Sed Cyllene quod Mercuriũ ibi natum arbitrantur inſignis. Pom.

Miſererur & miſeratur inter ſe diſtãt. Eſt enĩ miſerari flere ac delamentari. Miſereri autẽ miſericordiã aliẽis caſibus exhibere; & actio primo affectui:paſſio ad ſecundũ. Vir. vi. æn. Nec minus Aeneas caſu pcuſſus iniquo Perſequitur lachrymans & miſeratus euntẽ eſt. Idẽ ſecũdo ænei. Miſerere labo℞ tanto℞:miſerere animi non digna ferentis. Ser.

Meſapia Apulia eſt a Meſapo rege appellata. Feſtus Pom.

Meſſana ciuitas Siciliæ ꝓpe pelo℞.

Meſius lingua Oſca menſis maius. Oſci enim a regione campaniæquæ eſt Oſca uocati ſũt. Feſtus.

Meſopotamia regio ĩter euphratem & tigrim unde nomen in maiori Aſia.
Meſonyction media nox.
Meſpila genus arboris notiſſimæ.
Meſſala orator ſtemãtis domeſtici ſtudioſiſſimus:magnificas habuit ædes: quæ cũ domo Licinii Craſſi certabant ſitu uetuſtate:infra de eodẽ marmora meſſalæ ſindit caprificus.
Meſſalina a meſſala cognomẽ.Claudii cui ſeni puella nupſit libidini ſũmæ : de qua Sueto. & Plini.x.Cornelius Tacitus.C.Syliũ amauit noĩe matrimõii & nuptiis ſibi iũxit opa'nar ciſſi liberti ĩterempta eſt a tribuno.Tor.
Meſami ſine n ſcribi uult. Var. Et dictum qđ in medio ponatur.Ser.in arte.
Meſſanius qui meſſanam in Sicilia cõdidit:fuit regnoꝝ tyrannus.Ma.
Meſſena urbs græciæ propeplum: quam amyſus interfluit.
Meſſem ĩ urbe Roma & locis plærıſq; ut ſtramentum mediũ ſubſecent manu ſiniſtra ſũmum præhendunt a quo medio meſſem dictam puto infra manum ſtramentum quod terra hæret: poſtea ſubſecatur contra quod ſpica ſtramentum hæret cordibus in areã fertur:ibi diſcedit ın aperto loco palã a quo põt nominata eſſe palea.Varro.
Meſſis eſt cum ipſa meſſio tũ ſeges iam matura:ſementis uero eſt ſatio ſiue(ut ſic dicam) ſeminatio.Lau.
Meſſim.Nec uidet uindemiam in cella neque ın granario meſſim.Var.
Meſtitudo ꝑ meſticia.Acti.in thele. Quẽ ubi aſpexi uiꝝ memorabilem ĩtui uiderer ni ueſtitus tæter meſtitudo uaſtitudo ꝑdicarent hominẽ eiſe.Plau.in aul.Qui tanta mala meſtitudo obtigit.No.
Meſtiter ꝑ meſte.Plau.in ruden. Sed unde uero ſcire cum unius de ueſte dicã obſecro tã meſtiter ueſte ueſtitus.No.
Meſtiter ꝑ meſte.Pri.
Meſthles dux in auxiliũ troianoꝝ.Tor.
Met Parelcon ẽ.nã met:piam:te:ut egomet qſpiam:tute ornatus cauſa aduerbia ſũt. Quicquid enĩ ab illis ſeptẽ receſſerit ꝑtibus aduerbium eſſe neceſſe eſt.Ser.in arte.
Mœta eſt inferior pars molæ:Catillus ſupior.
Metis Oceani & Thetyos filia.Tor.
Metalli dicũtur in re militari quaſi mercenarii Actius in anna. Colones famuliq; metalliq; caulæq;:a quo genere hominũ.Ceciliæ famılæ cognomen putaẗ dictũ.Fe.
Metallum ꝑſcrutatũ metalloꝝ ꝑſcrutator.
Metalla ſunt uenæ tam lapidis q̃ æris & aliaꝝ reꝝ.Plinius.Et ubicũq; una inuenta eſt non ꝑcul inuenitur alia hoc quidem & in omni fere materia unde metalla græci uidentur dixiſſe:nã metallao ſignificat ĩndago.
Methodium forum : quod poſtea Traiani dictum eſt.
Methorne oppidum.
Methodium auri ĩueſtigatio & inquiſitio uel ars & methodus uia breuis.
Metoſcopi qui frõnte inſpecta futura prædicunt.
Metonymia eſt nominis tropus nomine poſito cuius uis eſt pro eo quod dicitur cauſam ꝑpter quam dicitur ponere Quĩtilianus cuius plures ſunt ſpecies.
Metaphora tranſlatio:de qua Quintilia.
Metaplaſmus transformatio:trãſlatio recti ſermonis in alteram ſpeciem:cuius. plures ſpecies ſunt.Tor.
Metalepſis figura. de qua Quintilianus tertio Nos nunc tranſlatiuam:nunc tranſumptiuã nunc tranſpoſitiuam dicimus : ut mea retra uidere nuta.
Methateſſis tranſpoſitio:ut tymbrẽ pro tymber.Vir.Tor.
Metapontũ oppidum ĩn ſinu tarenti
Metare parare.unde & metatores.Vir.geor.li.ii.Si pinguis agros metabere campi denſa ſere.Ceci.annali.li.vi.Oẽs ſimul terrã cũ claſſi accedũt nauibus atq; ſcaphis egrediũtur caſtrametati ſigna ſtatuunt unde hodie quoq; metatores dicimus.No.
Metagonium eſt numidaꝝ gens.Stra.
Metagonium promontorium Aphricã a Numidia diuidens.
Metaurus Vmbriæ fluuius in adriaticũ ſinũ haud longe a phaneſtri Colonia uerſus Senogalliã:clarus uictoria Saliatoris Liuii & Claudii Neronis cæde Haſdrubalis.
Metaurus fluuius picenæ ꝑuĩciæ in Flaminiã decurrens: quæ regis Gallia dicebatur : ubi Claudius Nero cõſul cum Salinatore collega Haſdrubalem interfecit.A.Ge.
Metata menſura diſpoſita.nam metati dicebãtur raſtrati. Hora.lib.car.Nulla decempedis metata priuatis.Acron.
Metamorphoſis trãſformatio:opus.Oui.
Metelli fuerunt enim tẽpore Ciceronis plures Quin.metelli ex quibus duo conſulares:Pius & Creticus.A.Ge.
Methodus doctrina uia & ratio.
Methodus uia quæ ꝑ ratione ſumiẗ.Tor.
Methona urbs peloponenſi littoralis.Tor.
Methymna urbs Leſbi habens bonũ uinũ.
Methymna urbs fuit in Leſbo patria Arionis Terpandri muſici Helanici hiſtoriarum ſcriptoris Thaliæ:qui Alcœum & Sapphõ eſt interpræetatus nomen accæpit a methymna filia Leſbi qui inſulã tenuit:mariſiæ methymnæo gauiſus Arion delphin.

Metia tribus a quodã caſtro ſic appellat᷑.Fe.
Metiri eſt trãſmeare.Lucil.li.xxx.Virgil.male metitus negociũ eſt fluctibus traddit. Vir. geor.libro quarto.Inuito lapidũ curſu metitur equo℞.No.
Meticuloſus qui timidus ẽ:a meticulo magis q̃ a metu.Lauré.
Meticuloſus a metu.Plau.ĩ muſtella.Neſcis q̃ meticuloſa res ſit ire ad iudicẽ.P.
Metiochus melciadis athenienſis filius ex priore uxore quẽ a phoenicibus Dario traditã multis rebus & uxore Darius donauit.
Meto meſſui.Cato ſecũdo ori.In cãpo tyburti ubi ordeũ demeſſuit.P.
Metuor actiue & paſſiue.Hora.ii.car.Nulla decempedis metata priuatis opacã porticus excipiebat arcton.P.
Metoſcopi ſunt qui futurã hominũ fortunam illos inſpicientes præſciũt & prædicũt: dicti a σκοπέω.i.cõſidero.Sueto.lib.xi. Quo qui dẽ tẽpore aiũt metoſcõpũ a Narciſſo Claudii liberto adhibitũ ut britannicũ inſpiceret cõſtantiſſime affirmaſſe illũ qñdẽ nullo modo cæte℞.Titũ qui tunc pro ſe aſtabat utiq͙ imperato℞.
Metrodorus menſuræ donũ:atheni.pictor & philoſophus:de quo Plinius.xxxv. quẽ athen.miſerunt.L.Paulo uicto per ſe cum peteret probatiſſimum philoſophum ad erudiẽendos liberos.
Metrocles philoſophus matõites frater hipparchiæ cratetis leuir ſe ſuffocauit.Tor.
Metropolis matricia ciuitas: inde metropolites qui ſacerdotio præeſt.Tor.
Met℞ menſura.unde ꝑ uerſu de quo Auguſtinus in muſica.
Metuo a mota quodãmodo mente uel metui ſti admouiſti.quod frigidus timor timuiſti Varro.
Metuere a quodã metu animi cũ id qđ malũ caſu℞ putat refugit mens.Var.
Metuere & timere in hoc differũt ꝙ metuo illũ dico q̃ mihi ipſi aliqd facturus eſt.Timeo ab illo cuius cauſa poſſim aliqd mali pati ẽt ſi ipſe in me nihil mali conſulat.& ſic uariamus caſus:& dicimus metuo illum & timeo ab illo:& metuimus eos qui nos amãt.Timemus etiam inimicos.Te.in an.metui a Cryſide.Donatus.
Metus noue & eleganter poſitũ.Salu.hi.li.i.Id bellũ excitabat metus Põpeii uictoris:hoc ẽ ꝙ de põpeio meturent᷑.A.Gel.
Metus dicit᷑ ſicuti plæ℞q͙ timor.Virg.li.ii.Et metus & mala ſuada fames.No.
Metus religio.Vir.lib.vii.æne.multo ſq͙ metu ſeruata ꝑ ãnos.Ea.n.nata ẽ ex timore.S
Metus & iniuria atq͙ alia quædam id genus ſi utroq͙ uerſũ dici poſſit:& ꝑ eo q timet & q timetur:& ꝑ eo qui iniuriam facit:& q patit᷑ nam metus hoſtiũ recte dicitur cũ timẽt hoſtes & cum timentur.A.Ge.
Metus quaſi corpus brutũ quod cũ molimine mouet᷑.Te.in an. Spans iam amoto metu & ſemp in metu ẽ præſaga mali mens.Do.
Metus eſt quẽ habent timẽtes.Ser.
Metus ẽ iſantis uel futuri piculi cã trepidatio.
Metũ:timorẽ formidinẽ pauorẽ.Ci.diſcernit ĩ v.tuſ.in qõne autẽ metus:ĩ eũ timiditas: formido pauor ignauia.No.
Metulum oppidum eſt hiapedum.Strabo.
Meus ſum.i.meæ poteſtatis.ſic tuus pſius:Vindicta poſtq̃ meus a ꝑtore receſſi. Te. i phor: Eho meo℞ ſolus ſum meus.P.
Meus carnifex.i.in me carnifex qui me torſerit.Te.in an.meus carnifex.Do.
Meum ius meã libertatẽ:meã uindictã:nã ut illa iniuria eſt quæ fit ĩnoxio:ita ius uĩdictaq͙ redditur reo.Terẽ.in adel. Ego meum ius ꝑſequar.Do.
Meuania in Vmbria patria Propertii: clitũno fluuio clara:cuius aqua pota cãdidos boues reddit.Pli.hũc ĩ faliſcis eẽ putat. Vir.Syllius.
Micare eſt ſortiri digitis.M.T.de offi.li.iii. Dignũ eſſe dicũt q cum ĩ tenebris mices & eos quas ipſe quaſi forte aut micando nictus altericedet.Var.in parmenone. micandum erit cum græco:ut℞ ergo illius numerũ an ille meum ſequatur.No.
Micare eſt per uices ſine ordine mouere. Vir. li.iii.micat auribus & tremit artus. Idẽ lib.x. Semianimiſq͙ micant digiti ferrumq͙ retractant.Et geor.li.iii Et linguis micat ore triſulcis.Luc.li.xxx.Oia cõmendo mucro uideas feruente micare.No.
Micare fulgere. Virgi.ænei.li.i. micat ignibus æther.Et li.ii.Ardentes clypeos atq͙ æra micantia cerno.No.
Micana ſylua in gallia ciſalpina ubi Luciũ poſtumiũ conſulẽ Ro.trucidauerũt.
Micaleſos promontorium ciuitatis Oncheſte in græcia.
Micaleſſus regio Boetiæ ut depræhẽdi poteſt ab Homero.
Mycalæ urbs patria:& aliquando in ſingulari ut urbe mycenæ.
Michale urbs Ioniæ: ut ſcribũt Herodotus & Strabo ubi eſt panionius.
Mycenæ urbs Arcadiæ & regiũcula Agamemnonis patria.& aliquando in ſingulari:ut urbe mycenæ.
Mycenæ ſunt intellectu ſingularia: uoce pluralia:ut thebæ.moenala:gargara:tartara:didymia:bactra. Inueniuntur etiam ſingulariter prolata: ut Virgili. texto. Argolicoue mari

depræhenſus & urbe mycena.
Mycerinus filius Cleobis regis Aegypti & rex Herodotus.
Mezabolizi ſacerdotes eunuchi dicebantur quos cum quibuſdam uirginibus uel aliquibus ſacris eſſe oportebat:ut ſcribit.Stra.
Meciosa uel liciosa olim ſylua in campo Sabino ubi Tullius Hoſtilius ro.rex aduerſus ſabinos pugnauit.
Mycythus uerna Anaxilei procuratoris regiorum cauſa cladis tarentinorum.
Mycone inſula uicina delo ex cicladibus quæ delo reuincta eſt.
Mycoſtillus.i.mixtus:ubi & poeta & pſonæ introductæ loquũtur ut eſt in æneide.Ser.
Mycrologus paruus ſermo uel ratio.
Micropſychos puſillanimus.
Microcoſmus minor mũdus.
Myctilis paupercula pulmentaria.Lu.libro.ii. Pulmentaria utentibus aut aliqđ genus herbæ & ius habet bene ſe myctilis hoc eſt moeri.Seruius.
Mi uocatiuus eſt cuius nominatiuum mius quidam dixerunt: quod Cariſius & Celſus oſtendit.
Mydas uel da.gordiæ bubulci filius rex Phrygum ditiſſimus:de quo Hero. Apollinem aſini auribus deturpatus eſt:quod ſignificat hebes ingenium.
Myda rex phygum ditiſſimus fuit.
Myda habuit aures aſini cũ electus iudex mar ſyam phœbo prætuliſſet de eo ſcripſit Hero dotus in primo & Trogus.
Mydon auriga Pylemenis quẽ Antiochus Neſtoris filius interemit:T.
Mygdonia regio macedoniæ littoralis in qua Niobe in ſaxũ uerſa ẽ:unde ſappho mygdonii marmoris inſtar erant.
Mygdonus frater Otre: filius Cyſſei: & ambo fratres:Hecubæ: reges in Thracia .patrueles Polymneſtoris:cuius filius Chorebus.unde mygdonides.
Migrare quære in uerbo diſcedo.L.
Mihipte Cato mihi ipſi poſuit.Fe.
Milan fluuius eſt Siciliæ inter ſyracuſas & Leontinum.
Miles uel a militia id eſt duritia quam pro uobis ſuſtinent:aut a multitudine:aut malo qđ arcent milites ſolent:aut a numero mille hominum dictum.nam græci mille hominum multitudinem uocãt quaſi milleſimũ quæqз dictum.
Miletus urbs Ioniæ & caput ubi lana optima unde mileſia uellera:alia in Creta:alia in Leſbo:quidã ab hac uellera.
Militta aſſyria lingua Venus.Hero.
Militum tria ſunt genera.Euocati qui nõ milites ſed pro milite ſunt.Saluſtius.Ab his omnes euocatos centuriones.Tumultuarii qui ad unũ militant bellum. Sacramento rogati qui poſt electionẽ in rẽpublicã iurant. Et hi ſunt qui habent plenam militiã.nam.xxv.annis tenentur.Hæc tria apud Virgiliũ ſunt ſacramento eni in ſecundo æneid. Phas mihi graiorum ſacrata reſoluere iura. Tumultuarii ſimul oẽ tumultu cõiurat trepido latiũ.Euocati mittitur & magni uenulus diomedis ad urbẽ.Seruius.
Milites qđ duũ miliũ primũ legio fiebat atqз ſingulis tribus Ticienſiũ Ramnũ Lucerium mille militũ mittebat.Vir.
Milites ærarii ab ære quo ſtipendia faciunt. Varro.
Milites ſtipendii ideo quod iam ſtipẽ pendebant.ab eo etiã Enni.ſcribit pœni ſtipendia pendent.Varro.
Milites ueteres poetæ nonnunquã milites appellant latrones quod itẽ ut milites cũ ferro aut ꝙ latent ad inſidias faciendas.V.
Miliæ locus in Aſia ante ſolyma dicta quẽ Lycii incolunt.
Militẽ a malicie per antiphraſim:eo ꝙ uel molle:ſed potius aſperum quid gerat: ſic ludũ etiã quo minime ludit.Fe.
Militon mons ſyrorum.
Militabitur bellũ inquit.Hora.ſicut pugna pugnã:& ſeruio ſeruitutẽ.Acron.
Mille ſingularis eſt numeri: ut inquit Varro. item mille hominum & hominibus & homines.Eſt eni adiectiuũ milia hominũ non homines.eſt enim ſubſtãtiuum.dicitur præterea bis mille:termille:uel duo milia:triamilia.ſic bis centum:ter centum.Virgi.Ter centum niuei tondẽt dumeta iuuenci. Dicimus interdum decem milia quingenti pedites ſine quingentis dicemus decem milia peditum.Laurentius.
Mille.Virgilius.Illa uiam celerãs per mille coloribus arcum.i.per arcum mille colorum. Macrobius.
Mille. Quadrigarius in tertio annali. Ita ſcripſit ibi occiditur mille hominũ:occidit̃ inqt non occiduntur.Item Lucil.in tertio ſat.Ad portam mille eſt:a porta exinde ſalernũ mille inquit eſt:non mille ſunt.Varro in.xiii.humanarum: Ad Remuli initium plus mille & centum annorum eſt.Cato in primo origi.Inde eſt ferme mille paſſus.A.Ge.
Millus collare canum uenaticorum factũ ex corio confixumque clauis ferreis eminentibus aduerſus impetum luporum.Scipio Aemilianus ad populum: Vobis inquit reipublicæ præſidio eritis quaſi millus cani. Feſtus Pom.

Minas.primū leges tulit ægyptiis quas a mercurio datas finxit ut minos cretenſibus a Ioue: Lycurgus lacedæmoniis ab Apollie. Diodo.& Atraſlies Arianeis getis etamolixis ueſtam præferens leges tulit: iudæis moyſes ab Ieo quem deum uocant ſiue ꝙ diuinos putabant ſiue ut magis ſeruarentur.

Mimallones dicuntur miniſtræ liberi patris a ἀπὸ τῆς mimeſeos id eſt a furore dictæ: unde & maniam dicimus & compoſitionem eumenes nominamus. mimallones autẽ dictæ ἀπὸ τῆς mimeſeos quod imitarentur furorem liberi dicũtur enim & bombilonæ & mimallones.

Mimmi poemata ſunt ex quibus ſolus riſus quæritur: tantæ olim auctoritatis in ludis ut cunq̃ Laberius poeta bene egiſſet mimmũ ſuũ donatus ſit a nullo autore. & ductus ſeſſum in quatuordecim ordinibus autor Trãquillus Macro. meminit appoſitis etiam uerſibus Laberii ex ꝓhœmio mimi: philiſto in hoc genere magnam laudem eſt conſecutus: claruit temporibus Auguſti autore Euſebio is mimum edidit qui inſcriptus eſt philogalon: v. ſtudioſus riſus adeoq̃ inotuiſſe dicit ut ſunt plura apud græcos a pluribus memorata.

Minturnæ poſt lirim fomiæ fũdi terracina circes domus aliquando Circæs antrũ amphrodiſium ardea laurentum Laurentium oſtia citra thyberim in hoc latere ſunt. Pom.

Minoẽ Quid ita morem hunc habent boeci eorum puellæ ſaltantes ut dicant eamus Athenas cretas ferunt cum uouiſſent hominum primitias delphos miſiſſe: eos autem q miſſi eſſent ubi nullam facultatem aut copiam uidiſſent: inde profectos primum Iapigiam incoluiſſe deinde mixtis athenienſibus hunc in thracia quem nunc habent locum occupaſſe. non enim uериſimile minoen athenienſium iuuenes tributi nomine quot annis ad ſe miſſos occidiſſe. ſed i miniſterio potius & ſeruitio habere maluiſſe. Ex is igitur nati quidem & cretenſes habiti delphos miſſi ſunt. ex quo boeci eorum filiæ generis ſui memoria colentes diebus feſtis canebant eamus athenas. Plu.

Milium ſemen quoddam a græco: nam id medie. Varro.

Milium unde aduectum eſt & quæ ſit natura ſerendi. Plini. libro. xviii.

Mihi hiatus eã ſupſit aſpiratione q̃ naturaliter carebat. nam ut grũs mei ſine aſpiratione ita datiuus erat mii & accuſatiuus mee cum duplici e: ut Quītilianus refert. poſtea uero hiatus cauſa id eſt ne eadem litteræ cõcurreret interiecta eſt aſpiratio. Quintilianus tamen circa tempora Catulli dicit nimium aſpirandi uſum erupiſſe atque inde durare ut uæhementer compræhendere & mihi aſpiratione habere. ſed ad nihil nihilum redeam patres noſtri præter omnem rationem c litteram i terpoſuerunt nichil nichilumque pronunciantes & ſcribentes qui quidem abuſus eſt.

Militum nomina: legio militum ſex milia ſexcentum ſexaginta ſex: cohors militum ſexcẽti: manipulus militum centum: cidiarcha prīceps mille equitum: cuneus non certo numero: ſed in formam cunei ſtruitur. Rorarii primi congreſſores ad bellum: anteſignani ſcuta præferentes: ferentarii leuis armaturæ: fũditores a fundis dicti: Argyraſpides cataphracti lucidis armis equites armati.

Mimallones miniſtræ bacchi a ἀπὸ τῆς mimeſeos idem a furore dictæ unde eumenes.

Miletum urbem quondam Ioniæ totius belli paciſq̃ artibus principem patriam Thaletis aſtrologi & Timothei muſici & Anaximãdri phyſici aliorumque ciuium inclytis ingeniis merito inclytam ut cunque Ioniam uocant urbem.

Milo crotonienſis athleta: de quo Ci.& Ge. xv Et uale. de mortibus non uult.

Mimas mons minoris Aſiæ: a quo bacchãtes mimalonides: de quo Oui.

Minanta locus. ody. tertio.

Minanta mons præruptus contra chion.

Mimus qui uel intra uel extra ſcænam geſticulationes quaſdam exercet imitaturq̃ mores hominũ & naturas præſerti obſcœne a quodam thuſco accæptũ. hiſtrio qui perſonatus i ſcœna tragœdias agit comœdiaſq̃ uoce & corporis geſtu. L.

Mimus effictor uel imitator.

Minirexiones auiũ minoꝝ cantus. Fe.

Nequinates narnienſes.Fe.
Nequitia blanditiæ laſciuiores.
Nequitiam plærũq; non dici audio pro ſolertia aſtutiaq;.ſed ueterum hominum auctoritas qui proprie atque integre locuti ſunt:nequam dixerunt homines nullius rei atq; frugis.Au.Gel.
Nequitia proprie libidinoſa inertia dicta eſt: quod nihil queat:nullique rei apta ſit. unde & nugæ quod nihil agant:uel a non agendo Terentius in adel.Etiam cum ad nequitiam adducere.Do.
Nequitia uitium eſt contrarium frugalitati.Cicero.tuſcu.
Ne quid nimis ſententia permulgata cui deeſt agas ut ſit ne quid nimis agas.Ter.in an. Nã id arbitror in uita apprime eẽ utile ut ne q̃d nimis.Do.
Nequum non eũ.
Nequid & nequiter idem.Pri.
Nereus Oceani & Tethyos filius Doridis ſororis maritus ex qua plures nymphas genuit:quæ Orpheus omniũ antiquiſſimũ dixit.
Nereides fundum maris tenent in ſpecu habitantes apud Nereũ patrem.
Nereides patronymicũ.Fe.
Neritos mons in Ithaca in Acarnania: poſtea dictus leucas.
Nerio nomen fictum eſt nerius quidam mortę coniugium locupletatus fœnerator factuſ eſt notiſſimus:de hoc Horatius ait ſcribit decem a nerio.
Nerio ſiue nerienes uerbum ſabinum eſt: eo quod ſignificatur uirtus & fortitudo.itaque ex claudiis quos a ſabinis oriundos accæpimus qui erant egregia & præſtanti fortitudĩne Nerio eſt appellatus. ſed id ſabini a græcis accæpiſſe membrorum neria dicunt unde nos quoque latine neruos appellamus. Au.Gel.
Nerium promontorium eſt occidentalis & aqlonaris lateris finis.Stra.
Nerua a fortitudine ueſtigii.
Neruii populi inter belgas maxime feri atrebatibus:ambianis:aduaticis:morinis:uelloca ſibus:ueromãduis ac treueris finitimi.A bellouacis longe abſunt:quos ſabis & ſcaloé flumina irrigant:ad quos mercatores nulli cõmeabant nihil uini reliquarumq; rerum ad luxuriam pertinentium patiebantur inferri: ne eorum animi elangueſcerẽt uirt uſque remitteretur magnæ uirtutis homineſ ubi magno cum periculo a Cæſare pugnatum fuit: nũc tornacenſes dicti in prouincia rhenenſi & limitibus francoꝝ regni ſita. hos memorat Lucanus in primo.
Neruii contigui ſunt treuſgris. ſunt autem & natio germanica & in occaſu ſua habent domicilia:ſunt autem neruii qui tornacũ incolũt tornacenſes.Stra.
Nerio quaſi ſine ira & cũ placiditate ut eo nomine mitem inquit Ser.Claudius: fuit enim uxor Martis:aut nerio martis uis & potẽtia & maieſtas quædam demonſtratur. Plau.in trucu.Mars pegre aduenięns ſalutat Nerionem uxorem ſuam.
Neſea in italicis partibus ad ſaliorum gentem pertinens & ligures alpium incolas: & diſtat a uaro fluuio ſta.xx.& ſecundũ huius tẽporis deſignatum terminũ ad italiã pertinet: licet iure maſſilienſiũ ſit qui ædificauerũt nimiꝝ ꝓuincia exiſtit.Stra.
Neſtor Nelei filius ex Chlori: qui ſecundum Ouidium.ccc.anno contra Troiam ꝓfectus eſt cũ.xxx.nauibus.
Neſtos fluit ultra abderem interq; eũ & ſtrymona urbes ſunt philippia:apollõia:amphipolis ĩter ſtrymona & athon turris calemea & portus caprullo.n urbs acantos & echina Int̃ athõ & pallenen cleona & olynthos ſtrymon:ſicut diximus amnis eſt longeq; ortus & tenuis:alienis ſubinde aquis fit amplior; & ubi non longe a mari lacum fecit:maiorẽ q̃ uenerat alueo erũpit.Pom.
Neſſis prætermiſſa a coſmographis a Lucano cõmemorata tali ſpiramie neſſis emittit ſtygiũ nebuloſa aera ſaxis.
Neuernenſis urbs dicit̃ coniuers.Stra.
Neutique non nimis.Teren.in hac.Vſq; illud uiſum eſt Pamphilo neutique graue.Et nõ eſt omnino negatiuum:ſed aliquid aſſentiõis

habet.Dio.
Neuult pro non uult.Titin.in ſecina. Ipſius q dem hercle ducem ſane ne uult. Plautus in trinūmo.Filiam meam tibi deſponſatam eē audio niſi tu neuis.No.
Neuū ꝓ ſigno quod in ore naſci ſolet.
Nex inquit Cicero pro Milone.Inſidiatori uero & latroni quæ poteſt inferri iniuſta nex. Priſcianus.
Nex pro nece.Siſenna hiſto.libro tertio.Quoniam neque mea nex nec interceſſio poſſe uidetur aliorum dementem reprimere audaciam.No.
Nexo nexas & nexis. Virgi.nexantem modis: & Liuius:Nexabant multa inter ſe flexu nodorum.
Necto tamen eius primitiuum ſicut ab amplexus amplexor aris:ſic a participio nexus nexo:necto nexui & nexi plærique dixerunt. Priſcianus.
Ni & niſi ſubiūctiua dictio:nōnunq̄ & finitiuo iūgitur.Ser.in ar.
Ni pro ne.Plau.in mala inſtulta. Et Virgilius Ni teneant curſus uerſus certum eſt dare lintea retrſt.Ser.
Nicander poeta græ. quem Didymus fabuloſum dicit qui fabulas inquit ſi credere dignū eſt.Torte.
Nicanor Seleuci macedoniæ regis filius.
Niciarchus pictor eximius.
Niceteria ornamenta quædam uictoriæ a nice:ut ſylacteria frabateria.
Nico Tarentinus tempore Hannibalis.
Nicos ciuitas Aſiæ.
Nicomachus bello uictor pater Ariſtotelis medicus & Amyntæ regis medicus: patris Philippi. Alius Ariſtotelis filius cuius æthicam Alius pictor nobilis.Pli.xxxv.
Nicomedes rex Bithyniæ.
Neapolis uerſus Hieruſalem dicebatur:olim Samaria cum terra Sebaſten & Carie ciuitas hoc nomen habens.
Nicopolis in paleſtina olim Hemaus uocabat
Nicopolis urbs uictoriæ monumentum meminerūt Virgi.Strabo:Plinius.
Nicopolis ciuitas uictoriæ quam Cæſar Auguſtus ædificauit:nomenq; indidit ob uictoriā qua ſuperauit.M. Antonium Cleopatrā: ubi portus in ſinu ambracio.Sue.li.ſecūdo quoq; actiacæ uictoriæ memoria celebratior & in poſterum eſſet urbē nicopolim apud Actiū condidit.
Nicophantes pictor ætate ſua eximius.
Nicoſtrata uictorioſus exercitus mater Euandri uates.quæ a carminibus Carmētæ dicta eſt uel a carpento.
Nictare eſt oculorum & aliorum membrorū niſu conari:unde nictus dicitur. Cecili.Hūc tremulis palpebris percutere nictu. Plinius. Nec genæ quidem omnibus unde neque nictatio.Papinius nictationes dixit & quidem prima breui.
Nicea tangit alpes:tangit oppidum detiacum: tangit Antipolis.Pom.
Niceteria inſignia uictoriæ pugilum q ī gymnaſio alios uiiſſent a νικη quod ſignificat uictoriam.
Nyctileus cognomen bacchi a ſacris eius nocturnis quaſi nocturnus.
Nyctimene puella quæ cum patre concubuit: quæ pudore aufugit & nocte uolat.
Nycticorax uel nocticorax nocturnus coruus
Nyctotris regina Babyloniæ quæ ſola regnauit fœmina poſt Semiramim.Hero.
Nictere eſt oculorum & aliorum membrorū niſu ſuper ali quid conari dicimus & nictationem & nictum.Ce.Hunc tremulis palpebris pcutere nictu.Fe.
Nictit canis ut odorandis feraꝝ ueſtigiis leuiter ganniens.En.Fe.
Nidus ꝓ poculo.Var.in qnquatribus. Quam nympham melius e lacuna fontium ablata nidos ꝓtuli permiſceat.No.
Nidulāter.Varro in prohebdomadon. Prima dies deinde quibus illos alcyones hyeme in qua nidulanter eos quoque lentem dixit eſſe. Nonius.
Nidos non ſolū domicilia auiū: ſed ueneráda uirgo incorrupta & fœtus eaꝝ. Vir.auc.appellauerūt: uel ducere poſſumus in geor. li. quarto.Ipſaq; uolantis ore fere ducere nidis minutibus eſcam.Noni.
Nigret pro nigra fit.Pacu.in cri. Solis quæ exortura poſſit candorem occaſu nigret.Acti.ī bachide.Splendet ſæpe nymbis interdum nigret.Nonius.
Nihil pro non.Terentius.nihil circuitiōe uſus es.Donatus.
Nihil quantitatem notat:ut nihil hominis hilū:ut Var.ait.Eſt inteſtinum tenuiſſimū:unde fit nihilū & aſpiratur.Ser.
Nihil qui nec hili quidem eſt.Fe.
Nihil nihilum non tam hiatus cauſa aſpirationem receperunt:q̄ traxerunt ab eo quod ē nilum.eſt enim nihilum ne nihilum. nihil autem fit ab eo quod eſt nihilum abiectis ul timis litteris ut lac ab eo quod erat lacte.
Nihilum ex non & hilum quod nomē eſt qđ ullum ſignificat:ut Lu.licet hoc inq̄ alueolum quæ putare & calces delectes te hilo nō rectus uiuas.Cicero tuſcu.i.Illud ſaxū quod ſiſiphus ſudans portat nec proficit hilum. & per apocopen dicitur nihil & nil aduerbiū & nomen eſſe poteſt.Pri.

Nilus a Nileo rege.Diodorus.
Nilus efficit amnium in noſtrũ mare per Meantium maximus.hic ex deſertis Africæ miſſus:nec ſtatim nauigari facilis:nec ſtatim Nilus eſt:&cum diu ſimplex ſæuuſque deſcendit circa Maroen late patentem inſulam in Aethiopiam diffunditur:alteraque ex parte Aſtabores altera Aſtape dictus eſt ubi rurſus coit ibi nauigia patiens in immanem lacum deuenit.ex quo præcipiti impetu egreſſus & Talenſo alteram inſulam amplexus uſque ad Elephantilem urbem Aegyptiacam atrox adhuc feruenſque decurrit. Tum demum placidior & iam pene nauigabilis primum iuxta Certaſorum oppidum triplex eẽ incipit.deinde iterumque diuiſus ad Deltã & ad Melim id per omnem Aegyptum uagus atque diſperſus ſeptemque in orã ſe ſcindens:ſingulis tamen grandis euoluitur: non pererrat autem tantum eam:ſed æſtiuo ſidere ex undis etiam irrigat:adeo efficacibus aquis ad generandum alendum:ut præterquã quod ſcatet piſcibus ꝙ Hippopotamos Crocodilloſque uaſtas beluas gignit glæbis etiã infundit animas ex ipſaque humo uitalia effingat. hoc eo manifeſtum eſt quod ubi ſedauit diluuia ac ſe ſibi reddidit per humentes campos quædam nondum perfecta animalia.Sed tum primum accipientia ſpiritũ & ex parte iam formata ex parte adhuc terrea uiſuntur creſcit porro ſiue quod ſolute magnis æſtibus niues ex immanibus Aethiopiæ iugis largius q̃ ripis accipi queãt defluunt:ſiue quod ſol hieme terris propior & ob id fontem eius minuens tunc altius abit ſinitque integrũ:& ut eſt pleniſſimus ſurgere: ſiue quod per ea tempora flãtes æthefiæ aut actas a ſeptentrione in meridiem nubes ſuper principia eius imbre præcipitãte aut uenienti obuiæ aduerſo ſpiritu curſum deſcendentes impediunt aut harenis:quas cum fluctibus littori applicant hoſtia obducũt: fitq; maior uel quod nihil ex ſemet amittit: uel quod plus q̃ ſolet accipit:uel quod minus q̃ debet emittit. Quod ſi eſt alter orbis ſuntq; oppoſiti nobis a meridie anthitones:ne illud quidem a uero nimium abſceſſerit in illis terris ortum amnem ubi ſubter maria cæco alueo penetrauere in noſtris rurſus emergere:& hac re ſolſtitio accreſcere quod tum hiems ſit:unde oritur.
Nilus quare inundet tres cauſas affert Herodotus inundationis quas refellit hæc ſũt:uel quia Ethefiæ uenti contra fluminis impetũ flant retardantque curſum & aquas tumeſcere cogunt.uel quod ad eius fontes niues liquefactæ fluuium augent:ue:quod fluit ex oceano cuius æſtu ipſe quoq; æſtuat.
Nilus fluuius ægypti ſic a fœcunditate dictus dicitur enim a neos & ilis quaſi nouum limum trahens. Virgilius hoc affirmat: aut pĩgui.flumine nilus:cum refluit campis.Et alibi. Viridem ægyptum nigra fœcundat harena.Seruius.
Nilus a neos & ilis limus ſcilicet tempore inundationis primus Melo qui inundat ægyptum.Ser.
Nilus in extremis mauritaniæ partibus oritur ut Iuba rex depræhendit in monte ſuperioris mauritaniæ in lacu quem Nilidem uocat ubi natant piſces alabate coracini ſiluri crocodili quæ genera in Nilo præterea tantũ.
Nili hoſtia peluſium Arabiæ ipſas oras ſecat: Canopicum:Volbiticum:Seueniticũ:Pathameticum:Mendeſium: Cataptiſcum : Peluſiacum.
Nili hoſtia ad orientem uergentem Peluſiacũ Panticum:Mendeſium:Fatracticum : Seueniticum:Babitinum:canobicum ſiue herculeum.Diodorus: quem naſo ex fontibus dicunt Volgi ꝓpopuli trogloditarum. Sacerdotes ægyptii ex oceano meroes icolæ uſcopõ uocant.i.ex tenebris ortum quaſi incertum: Herodotus ex ſtagno.
Nimbo rubro uaſe illo fundente crocum mixtum uino.
Nimbus dictio omnino latina.Tor.
Nimbi proprie dicuntur repentinæ ac præcipites pluuiæ.plærunque tamen uentos ſignificat:plærũq; nubes.ergo ꝓut fuerit locus intelligendũ eſt.Ser.
Nimirum & pro confirmatione accipi poteſt: ut ſit ſine dubio pro certo.uel ſolue nimirũ erit non eſt mirum.nam ni ne ſignificat : & ne non.Plautus.Ne uult inquit pro nõ uult Donatus.
Nimium malũ miſeꝝ eſt iuxta illam ſentẽtiã ne quid nimis.Do.
Nimis & nimium dicimus nomen loco aduerbii.Priſcia.
Nimiꝝ quære in uerbo certe.
Nympha ſponſa:ſed putarunt nymphas aquarum deas quaſi lympharum numina. Varro nymphas quas muſas dixit cũ aquæ motus muſicam faciat:unde tres muſas dixit.unam ex aquæ motu.alteram ex aere ꝑcuſſo:tertiã ex mera uoce:unde nymphæ noſter amor q̃ ſi muſæ.
Niobe filia Tãtali ſoror Pelopis uxor Amphionis:quæ in ſaxum uerſa de quo plura apud Au.Gel.legas.
Niobes Amphiõis uxor quæ quattuordecim filiis fœcunda thebanas mulieres Latonæ ſacrificantes redarguit: iuſſitque ſibi exhiberi

ſacra quoniam eſſet anteponenda Latoæ Diana & Apollo iniuria matris commoti filios confixere ad unum ſagittis: quo dolo mater in Siphylum ſaxũ uerſa eſt Gellius de numero filiorum Niobes uarias affert ſententias. Macro.

Nion mons eſt apud erithreũ portum.

Niphates armeniæ mons eſt.

Niphates armeniæ mons inter eos qui gordiei appellantur:ut ſcribit Strabo eiuſdem nominis fluuius. Lucanus. Armenuſque tenens uoluentem ſaxap nihatem populos ut circios rapiros amardos.

Nireus pulcherrimus omnium græcorum q ad Troiam uentarũt.

Niſa urbs hellados & fœmina in Damone. Virgilius.

Nyſa urbs fœlicis Arabiæ in monte propinqua ægypto:a qua & Ioue patre bacchũ Dionyſium græci uocant:ubi inuenit uinum Dionyſius:quem græci bacchum ægyptii Oſirim uocãt.unde unus e collibus duobus parnaſi nyſa dicitur alio noie citheron.

Niſa mons eſt phocidis in India ſeu uertex alter parnaſi montis in quo pridem colebatur bacchus & ibi nutritus.

Niſa Arabiæ fœlicis antrum ubi Bacchus eſt educatus: Sophocles in india ſcribit Niſam quam corniger Bacchus ſibi obſtetricem colit:ubi ales non clangit Homerus qui quondam altricem Bacchi ſacrumque ruebant p niſam. Niſa itẽ in Aſia iuxta Trales. Niſei uero equi qui uelociſſimi erãt.ut meminit Plato & Strabo nõ hinc ſunt appellati.

Nyſæa ſecundum Herodotum & Curtiũ urbs clariſſima in India a Libano patre condita ſub radicibus montis quem Meron uocant a conditore nomen ſortita quam ægyptii ſecũdum Diodoꝝ Oſirim qui Dionyſius ẽ cõdidiſſe dicunt.

Niſeæ nympha. Vir. qnto.

Niſeus locus medoꝝ ubi magni equi.

Niſyris inſula quam circa Coũ dicunt ubi optimum uinũ. Tor.

Niſi in principio ſententiæ indicatiuum deſiderat:alias etiam ſubiũctiuum:ut uapulabis niſi caues uel caueas. Lau.

Niſis inſula eſt Campaniæ cuius meminerunt Papinius & Lucanus nis eidem ſiue niſidem dixerunt Syllam poeiæ Ouidius in remediis: Præterita cantus Niſeide nauita gaudẽt Tu loca quæ nimium grata fuere caue ut legere poſſis niſides matres id ẽ ſiculæ media ſyllaba per ſynereſim producta. Neſa præter ea regio eſt iuxta Aetnam mõtana:ut Strabo ſcribit.

Nyſus Hyrcani filius.

Nyſus Bacchus a Nyſa.

Niſus mons megarenſium a Niſo qui purpureum habuit crinem:a megarẽſium rege ibidem ſepulto dictus.

Niſus quid eſt quod a megarenſibus aphauroma dicitur a quo Niſea appellata eſt cum regnum obtineret abronem Oncheſtris filiam ex Boetia uxorem duxit:quæ cum Megarei ſoror eſſet ſingulari prudentia ac modeſtia prædita erat: mortuam deinde megarenſes ſponta luxerunt:& Niſus immortalem uxoris memoriam efficere uolens iuſſit oſſa ferre quam illa ferre ueſtem conſueuerat: & ueſte aphauroma propter illam appellauit. uidetur autem mulieris gloriæ & deus fauiſſe nam cum megarenſes mulieres ueſtem mutare inſtituerẽt oraculo ſæpe prohibuit. Plutarchus.

Niſus Pandionis regis athenarum ut Pauſanias tradit: & Strabo ante docuerat quattuor filii fuerunt:Degeus:Lycus:Pallas:Niſus: diſtributo regno a patre Megara obuenerunt Niſo:& ex Iſthmo uſque Ithiũ: ut Philochorus ſcribit.ut uero Andron tradit Eleuſinẽ uſque ad campum triaſium: hic habuit crinem purpureum fatalem a filia decerptum & traditum Minoi.nota fabula uel ſolo Ouidii carmine:Saucia decerpto crine a filia.

Niſi ciuitatum Indiæ clariſſima & maxima. Pomponius.

Nitela maſculino genere uſus eſt. Pli.

Nitibriges populi inter celtas proximi rhutenis & gaballis ac narbonenſibus galliæ:quæ ꝓinciæ romanoꝝ in buturicenſi ꝓuincia francoꝝ regno ſiti.

Nitiditate ꝓ nitore. Actius in bachiis. Formæ figuræ nitiditatem hoſpes regis. No.

Nitidant abluunt dictum nomen. Ennius in creſponte:Opice eam ſecum aduocant eunt ac fontem:nitidant corpora. Actius ĩ thebaide. Quin íccirco fontem aduenĩũt mũdulæ nitidantur:uulgo quæ præpedantur ſonipedum. Nonius.

Niti eſt conari ſuo onere. Virgili. tertio geor. Poſt ualidos nitens ſub põdere phaginis axis increpat. Cicero tuſcu. li. quarto. Tum illud quod ſiſyphus uerſat ſaxum ſudans nitendo nõ ꝓficit hilum. No.

Niti fultum eſſe. Lu. libro. xxvi. Sumi niti naturæ opibus:at ego contra ut diſſimilis ſim. Nonius.

Niti eſt incumbere. Virgilius libro ſexto. Ille uides pura iuuenis qui nititur haſta. Nonius Marcellus.

Niti rurſum ambulare. Pacu. in periboea: Ardua per loca agreſti hac trepidãnte gradum nituntur. Virgilius libro ſecũdo. Preſſit hu-

mi nitens.No.

Niti uolare. Virgilius æneí.libro quarto. Hic primum paribus nitens cyllenius alis conſtitit.Nonius.

Niti & obniti cum ex uno ſit intellectus: accepitis tamen præpoſitionibus fit diuerſum. niti enim poteſt uideri aut honorem: aut utilitatem:ærumnoſe intendere ſine labore quãq̃ in aliquibus grauius audiatur ut ſint enixæ pariendi labore:inniti autem incumbere manifeſtum eſt. Virgilius in ſeptimo. Ille uides pura iuuenis qui nititur haſta. Obniti uero eſt contra aduerſa obluctari. Virgilius.Sæpe uſque adeo obnixe non cedere.Terentius in andria:Pedibuſque manibuſque obnixe omnia factuꝝ.No.

Nitor niſum & nixum.Pri.

Nitor niſus & ueteres niſſus declinant:ut Virgili. Conniſſus ab aggere dextra. Idem. Magnis adniſſus uiribus haſta: & obniſſus latis humeris & adniſſus acuto detrudunt naues ſcopulo.melius autem dicimus niſſus a nitẽdo & niſſa.Dio.

Niuarium colum erat ſacratus ex numine pãno ue unde uinum aut aqua decocta attenuabat ut etiam frigidior de hoc plura in diſtichis Pli.Hi niues illi glaciem potant pœnaſque montium in uoluptate gulæ uertũt ſeruaſ algor æſtibus & cogitatur ut alienis mẽſibus nix algeat decoquũt alias quas mox illas hieniãt.

Nitella erat mica pulueris auri inter harenas hoc uerbo uſus eſt Solinus ĩ collectaneis ut dicas puellam uiciſſe colorem harenæ Rheni crinibus quæ harena eſt auri fera.

Niuem interpretatur nouum ex græco quod νεον illi dicũt.Fe.

Nix ninguis antiq protulerunt.Apuleius hermagore aſpera hyems & omnia ningue canebant.Priſcianus.

Nixus & connixus:dicimus etiam adnixus & cõniſus.Ser.

Nixurire nixi uelle.Nigidius in cõmẽto grãmatico libro.xxv.Nixurit qui niti uult & in conatu ſæpius aliqua repellit.No.

Nixidi quos putabant præſidere parientiũ nixibus.Feſtus.

Noba eſt urbs hiberniæ.Strabo.

Nobilitas enim cognomine agnomine & nomine deſignabatur:ut.C.Iulius Cæſar. Poſſidonius ſcribit cognomen & agnomen mulieribus nõ datũ fuiſſe.

Nobilitate qui præſtare uidẽtur quid ẽ quod lunulas in calceis ferunt: an ut dicit Caſtor ſignum eſt eius quæ in luna eſſe dicitur habitationis & quod poſt mortem ãni rurſus lunam ſub pedibus habebunt:an quod antiquiſſimis præcipuum fuit qui fuerunt archades ab Euandro proclines appellati:an ſicut alia multa:ſic & hoc elatos homines ac ſuperbos admonentes rerum humanarum inſtabilitatis cuius rei luna exemplo ſit quæ ab obſcuro primum prodit tum progrediẽs luce ac ſplendore os ſuum complet: & cum clariſſima facta ſit rurſus defloreſcit & ad nihilum redit:an hoc potius modeſtiæ & obedientiæ diſciplina quædam erat ut dicto audientes eſſe:& imperium æquo animo ferre condiſcerent:& quemadmodum luna meliori obſequi & ſolem ut inquit Parmenides ſemper intueri ſolet:ſic homines ſecundum locos tenere contenti duci primas partes relinquere ut honore & poteſtate p illum fruerentur.

Nobilis dicitur notus.M.Tullius de offi.libro ſecundo. Teſtis eſt phalaris cuius eſt præter cæteros nobilitata crudelitas. Lucil.ſaty. libro ſeptimo.Phirne nobilis illa ubi amatorem Probius quem Actius in Diomede.Mearbos referam quoniam hic ſuam nobilis necui cognoſcat noto. Terentius in heauton. Mea eſt potens magnifica ſũptuoſa nobilis. Virgilius libro.viii. Eſt locus italiæ medio ſub montibus altis nobilis. M.T.in Verrem actione.ii.Oppidum eſt in Helleſponto lampſacum id imprimis Aſiæ prouinciæ clarũ & nobile.Lucil.li.xxx.Tum illud epifoni qđ & notum nobile eſt unde ut nobilitarent notificarent dictum eſt:magiſque fame obiectarent ne eam maledictis nobilitarent. Actius in thelephona.Is demum miſerem cuius nobilitas miſeriam debilitat.Pacu.in doloreſte Hiccine is eſt quem famæ gratia ante omneſ nobilitat uiros.No.

Nobilem antiqui pro noto peregrina facies atque ignobilis.Fe.

Nobile ad dignitatem generis refertur. Sal.in Catili.nobili genere natus fuit.No.

Nobilitarint actiuæ uocis ſi numerare uelim q̃multi magniſque auctores muræuas e freto ſiculo nobilitarint longum fiat. Liui.primo libro:Illam alterã admutatio uiri pauorque præſens nobilitauit.Ma.

Nobiſcum dicimus:nam cum nobis obſcœnius cõcurrerent litteræ:& ex eo eſt mecum tecũ ſecũ.Ci.in ora.

Nobiſcũ mecum tecũ ſecũ cæteraq; ſimilia p anaſtrophẽ cacephati cã ãtiq utꝑq; dicebãt.

Nocens a nefario impio diſtare:uti nocens leuius uideri poſſit. M.T.de offi.lib.ii. Voluit non tamẽ ut hoc fugiendũ ẽ ita habendẽ religione nocentẽ aliquando modo nefarium impiumq; defendere.No.

Nocte nomẽ eſt cum noctu aduerbium ſicut

& diu ut Salu. Diu noctuque laborare feſtinare. Seruius.
Noctu temporis eſt aduerbium nocte nomen ē noctu dicimus cænaui hac nocte nihil breuius.
Noctiluca uenus Ariſtophanes poeta Venerē αφροΔιτην appellat putans eandem marem eſſe & fœminam. Leuinus ſic etiam ait Venerem igitur almum adorans ſiue fœmina ſiue mas eſt: ita ut alma noctiluca eſt. Philochorus quoq; in atride eandē affirmat eſſe lunā & ei facrificiū facere uiros cū ueſte muliebri. mulieres aūt uirili ꝙ eadem & mas exiſtimatur & fœmina. Macro.
Nocticuba qui foris dormit.
Noctiluca luna dicta ī palatio: nam ibi noctu lucet templū hāc ut ſolem Apollinē qdā Dianam uocāt. Var.
Noctilucus canis quod in cuſtodia in uenando ſignum uoce dat canis dictus noctilucus Varro.
Noctefcere cæcare. Furius in poematis: Et ſi ē auctoritatis certæ omnia noteſcūt tenebris caliginis acri. No.
Noctilucam. L. dixit quem obſcœnum ſignificat. Feſtus.
Noctua a tempore noctis dicta quo canit uel uolat. Feſtus.
Noctu futura & nocte futura dicebant antiq. Macrobius.
Noctiuago curru. Virgilius imitatione igni dixit. Macro.
Nodus denſa peditum multitudo ſicut turma equitum ut in diſciplina militari rectum eſt Seruius.
Noegeum adminiculi genus. Fe.
Noegeum candidū. Liuius. Lachrymas de ore noegeo deterſit. i. cādido. Fe.
Noenum pro nō. Luc. libro. xxx. Sed tamē hoc dicas ſi noenum quidem moleſtū eſt. Varro in epiſtola ad Suſiū. Si hodie noenum ueneris quidem ſi ueneris meridiē die natali forte fortuna. No.
Noes diſſyllabum fluuius Thraciæ in iſtrum. Herodotus.
Nola ciuitas eſt ī cāpania. Stra.
Nolitote ꝓ nolite. Siſen. hi. li. tertio. Nolitote mirari quem deſperata uolūtate ad unā belli faciēdi uiam. No.
Nolito pro noli. Lucil. lib. xxx. nolito tibi me me maledicere poſſe putare auxiliū egerim. Pacu. in periboea. Aut q̄ egi ago auſim erue rūcem. No.
Nomen dictum quaſi notamē quod noticiam facit. Feſtus.
Nomen eſt proprium uocabulum ſingulorū Virgilius libro ſeptimo. Cui nomina mille mille nocēdi artes & ut nomen aui referens Priamus. No.
Nomē decus dignitas. Virgi. ænei. libro ſecūdo. Auulſumque humeris caput & ſine noīe corpus. No.
Nomen generoſitas. Virgilius ſecūdo georgi. Aut pomis ſua nomina ſeruant. & ſecundo ænei. Et nos aliquod nomenque decuſque geſſimus. Ser.
Nonaria meretrix: quia apud ueteres a nona hora proſtrabāt meretrices ne mane omiſſa exercitatione militari illo irent adoleſcentes Strabo.
Nomina ſunt credita quæ fœneramus: quoniam nomina eorum qui uſuris ſolituri ſūt in Kalendario fœneratoris ſcribunt: q̄ ita Iuſtinianus ſcis: Iuſtinianus ēt exponit libro tertio inſtitutionū ſcripti fiebat obligatio quæ nominibus fieri dicebatur: quæ hodie nomina nō ſunt in uſu & tamē libro. xxvi. dig. ſæpe legimus noīa.
Nominum propriorum quattuor ſūt ſpecies ut inquit Diomedes: prænomen: nomen: cognomen: & agnomen. Prænomen eſt quod nominibus gentilitiis præponitur: ut ē Marcus Publius. Nomen proprium eſt gentiliciū idem quod originem gentis uel familiæ declarat: ut Porcius Cornelius. Cognomen eſt uniuſcuiuſq; ē proprium & nominibus gentilitiis ſubiungitur: ut Cato Scipio ordinatur ſic Marcus Portius Cato Publius Cornelius Scipio. Agnomen eſt extrinſecus cognomentum acquiri ſolet ex aliqua ratione. uel dicitur quæſitum: & eſt Africanus numantinus & ſimilia. Seruius ſuper donatum proprium nomen in quattuor diuiditur partes: prænomen: nomen: cognomen: & agnomē. Prænomen eſt quod in loco præponimus: ut Publius. Nomen commune familiæ: ut Cornelius Cognomen eſt proprium uocabulum: ut Scipio. Agnomē eſt quod extrinſecus ſimiliter uel a uirtutibus ut africanus: uel a uiciis ut gurges Strabo. L. V. Agnomē dicitur frequētius: ut Scipio cui africanus fuit cognomen: q̄q̄ Iulius paris ait autore q̄nto ſcæuola olī ea quæ nunc cognomina ſunt fuiſſe prænomina.
Nondina eſt romanorum dea a nono die naſcentium qui luſtricus dicitur. Eſt autem luſtricus dies quo infantes luſtrantur & nomē accipiunt: ſed is maribus nonus octauus eſt fœminis.
Nomades uagi populi poſt baſilidios pecorū pubula ſequuntur: atq; ut illa pecoꝝ durant ita diu ſtatam ſedem agūt colūt. gæorgi exercentq; agros.
Norina nomen uiri a mediocritate.

Noméculatorem qui nominatim ſingulos citabat dictus q̃ſi nominis calator .i. uocator. Sueto.libro ſecundo ad extremum Telephi mulieris ſerui nomeculatoris.hunc antiqui uiatorem appellabant:ut Cicero in Catone: ex quo qui eos arceſſebant uiatores nominati ſunt.dicimus & nomenculaturam pro nominatione. Plinius libro tertio. Iouem q̃dé aut Mercurium aliter ue alios inter ſe uocari & eſſe cæleſtis noméculaturæ.

Nomentum oppidum eſt in ſabinis a Tyberi ſta.M.diſtans.Stra.

Nominatiuus pro datiuo.Neuius in agricola. Lectiete duo uerbis in primo & poſtremo. Plautus in aulularia.Credo ego illum iam in audiuiſſe mihi eſſe theſaurum domi id ni ad iuuet.Cicero tuſcula. libro primo. Multaq; ſæcula poſtea uiguit pythagoreorum nomẽ. Varro de re ruſtica libro primo. Centum iugeribus uinearum opus eſſe quindecim mācipia.No.

Nominatiuus pro genitiuo.Turpil.in epic.At en ſcies ea quæq; fuiſti inſcius. Terentius in phor.Ita plæriq; ingenio ſumus omnes noſtri noſmet pœnitet.ſic & potior illam rem. Pacu.in periboea regnum potior coniugem macto inferis.No.

Nominatiuus pro ablatiuo.Siſen. libro tertio hiſto.Omnia quæ diximus loca ſtatim potius.Virgi.libro.x. Saxumq; nudis imane minatur.No.

Nomina id eſt debitum uel debitores. nam tituli debitorum nomina dicuntur:quibus pecunia mutuo collocata ſit.Cicero ſecūdo topico.Non ſi uxori uir legauit omne argentū quod ſuum eſſet:iccirco quæ in nominibus fuerant legata ſunt.multum enim differt in arca ne poſitum ſit argentum an mihi tabulis debeatur.Sueto.primo. Ei quæ in ſingulos annos ſtipendii nomina impoſuit. Aſco. in uer.noīa debita inquit.

Nominis & rei appellatio ad omnem contractum & obligationem pertinet.Ser.

Nomius apollo ſic dictus νομιος id eſt paſcuis.i.logochordaꝝ.Ser.

Nomades id eſt paſtores uocantur qui e pecoribus lacteque & caſeo degunt:præſertim eq̃no theſaurizandi prorſus ignari & cauponandi cunctos æquitate ſuperātes: quorum poetæ mentionem faciunt.Homerus q̃dem de lactiphagis abiis.i.duri uictus hominibus mortalium iuſtiſſimis qui terram intueātur. Heſiodus. Quoniam uictu ſobrio & parco ſunt non quæſtuoſi inter ſe ſanctis utētes legibus omnia communia habentes.tum reliqua:tum uxores ac filios:uniuerſamque propſapiam : externis inexpugnabiles & inuicti: cum nihil poſſideant cuius rei gratia ſerui fiant.Sunt plures populi:Aſii Piſani : Techari: Sacarauli : qui Bactriam græcis abſtulere. Strabo.

Nonarum iduū Kalen.dies nuptiis alieni habentur:quoniam hi dies decreto pontificū atri iudicati ſunt:quod quotienſcunque romani milites belli gerendi gratia his duobus ſupplicauerunt male rempublicam geſſere. Feſtus Pomp.

Nonæ dictæ quaſi nonæ propter initium obſeruationis:uel quod ab eo die ſemp ad idus nouem dies putentur:ſicut apud thuſcos nonæ plures habebantur quod:hi nono quoque die regem ſuum ſalutabant: & de propriis negociis conſulebant. Macrobius de ſaturnalibus.

Noneale uocātur papillæ quæ ex faucibus capraꝝ dependent:Fe.

Non malū hercle inimica laudatio eſt.Do.

Non cauſam dico.i.non recuſo nec deprecor: Ter.in phor.Nō cauſam dico qn ꝙ meritus ſit ferat.Do.

Non:non interrogat ſed facilitatem rei oſtendit.nunq̃ plus habet aſſeuerationis & negationis q̃ non.Teren.in an. Cur non nunquā faciam. Virgi.Nunquam omnes hodie moriemur inulti.Do.

Non ad elegantiam ſermonis attinet: ſic ponit Quintilia.Quare non petit ut miſerum putetis niſi & innocens fuerit:aut per uerbū ut Ouidi.Mentior obſcurum niſi cum nox fecerit orbem.& Quintilia.Mentior niſi factum eſt.Lau.

Nō ſcire quiddā barbaꝝ uidetur:neſcire ipſū dulcius.Ci.in ora.

Nōdū plena negatio eſt.Te.in phor.Pater eius rediit an nōdum.Do.

Normam ꝓ recta uitæ uia poſuit Hor.Veteꝝque norma metaphora a fabris qui uocant normam quod opus dirigit.Acron.

Noricus ager tranſ rhenum non longe a danubio & atheſi germaniæ fluminibus intra Tridentinam & Conſtanſienſem & Turienſem dioceſes:proximus bauaris ac ſueuis qui uallis norica appellatur:in quem boii oppugnata norica tranſierant. inde Tacitus affirmat quod noricos rhetoſque Rhenus fluuius īterfluit:quibus rhetis leopontii fuere proximi.Strabo.

Norica iuxta Pānoniam chalybes in ponto.

Norici populi iuxta uindelicios mōtana exteriorā tenētes maiori ex parte cū brenſis & tenauis nōnulli norici ꝓpiores tenēt adriaticū ſinū & aquileiam.Stra.

Noricū regio macedoniæ cōtermīa dalmatiæ

Noſco noſcico & noto penultima correpta.P.

Noſtras quære in uerbo cuias.Lau.
Noſtras & ueſtras olim perfecta erant noſtratis & ueſtratis:unde manſit accentus in littera.A.Priſcia.
Noſtin in ſignificatione multorum quæ compendio facimus noſtin dicimus. Terentius in andria.Nihil hercle aut ſi adeo bidui aut tridui eſt ſolicitudo noſtin deſinet deinde. Donatus.
Nota nunc ſignificat ſignum:ut in pecoribus nunc litteras ſingulas aut binas: nunc ignominiam.Fe.
Nota dicitur probrum.Lucil.libro.xxx. Quē ſcis ſcire tuas omnes maculaſque notaſque. Nonius.
Nota ſignum.Vir.geor.li.iii. Continuo notas & nomina gentis.No.
Nota diſtinctio.Virgi.libro.v.Ceruleæ cui terga notæ.No.
Notæ uerbo etiam cicatrices continent.
Notæ ſcriptæ tabulæ continentur edicto: qa notas litteras non eſſe.Plinius libro decimo qnto ſcribit.
Notionis nominis ad eos pertinet q iuriſditionem nō habent de quis alia cauſa.
Notionem accipere poſſumus & cognitionē & iuriſditionem.
Nothum natum ex uxore non legitima dicūt qui apud nos ſpurio patre natus dicitur.Feſtus Pompe.
Nothus ut latine dicatur non habetur ſecundum Seruium in ſeptimo.
Notificem nota faciam.Pom.in atreo.Nūc te obſecro ſtirpem ut euoluas meorumq; notifices mihi.No.
Notion urbs eſt in æolia.
Notus amicus charus.Vir.vii.æn.Et notis cō pellat uocibus ultro.Ser.
Notus uentus meridionalis latine humidus.
Noualis ager noue relictus ſementi.Fe.
Noualia quæ per ſingulos annos noua proferuntur uel renouantur per ſemina etiam noualia dicuntur ubi ſyllaba tollitur.Virgilius Impius hæc tam culta noualia miles habebit.Seruius.
Nouales & noualia dicūtur. ſunt autem arua tūc primū ꝓſciſſa.Ser.
Noualis eſt terra ꝓſciſſa quæ anno ceſſat quā græ.ἀρουρᾶν appellant.Ser.
Noualis eſt terra precioſa quæ āno ceſſat quā græ.ἀρουρᾶν uocant. integra eſt autem in quo nondum paſcēdi dominus cauſa pecus immiſit.
Noualis ager a nouando.Var.
Nouacula culter raſorius.Lau.
Nouacula a nouo nouas.Pri.
Nouale eſt quod alternis annis ſeritur.Pli.
Nouale eſt ager nunc primum proſciſſus.Laurentius.
Nonacria nomen loci uel agri Archadiæ ubi Iuppiter cum Caliſtone concubuit: quidā totam arcadiam dicūt a nouem montibus:ſed conſtat plures eſſe.
Nouocomenſes appellabantur quos Comū diuus Cæſar inquilinos ad habitandum deduxit:fuerunt enim quinq; milia.hos enim ciuitate donatos in habitatorum numero deſcripſit.haud tamen ibidem domicilium habuere.ſed oppido nomen relinquentes & nouūcomū appellantes nouocomenſes oppida nos uocauere.Strabo.
Nouus qui nuper nobilitatem adepti lib.xxii. nec finem ante belli habituros q̄ conſulem uere plebeiū id eſt hominem nouū feciſſent nam plebeios nobiles iam eiuſdem iniciatoſ eſſe ſacris & contēnere plebē.
Nouatio eſt prioris debiti in aliam obligationem uel ciuilem uel naturalem transfuſio atq; trāſlatio:hoc eſt cum ex præcedēti cauſa ita noua cōſtituatur ut prior perimat. nouatio enim a nouo nomen accepit & a noua obligatione.
Nouere chariſſimum habuere. Vir.quarto georgi.Et patria ſole & certos nouere penates. Et in buco.Hic inter flumina nota:id eſt cara.Seruius.
Nouerca dicitur quam quis liberiſ ſublatis nouam uxorem ducit arcendæ familiæ gratia. Feſtus Pom.
Noueſium oppidum germaniæ nunc nuſſia dictum colonienſis dioceſis rheno fluuio & cliuenti ducatui proximum citeriores rheni ripas attingens non memorat Cæſar ſed Tacitus.
Nouendiales feriæ a numero dierum ſunt dictæ.Feſtus Pomp.Liuius libro primo. Mna ſit certe ſolēne ut quandocunq; id prodigiū nunciaretur feriæ per nouem dies agerētur quod nouendiale.
Nouendialis dicitur ſacrificium quod mortuis fit.ix.die qua ſepultus eſt.Porphi.
Nouellare eſt nouū agrū colere.Sueto. ædixit ne quis in Italia nouellaret.
Nouiodunū gallice noion.Strabo.
Nouiodunū iter belgas oppidum finitimum ſueſſiōibus & ueromāduis proximū parrhiſeis nūc ciuitas nomen ſuum retinens in ꝓuincia rhenenſi & francoꝝ regno ſita.
Nouiodunum item celtarum oppidum ultra ligerim flumi. in finibus Biturgum proximum auarico Biturigum oppido ac gēabus carnutum oppido & uelaunoduno & agendico ſenonum oppidis in regno francorum ſitum.

Nouiodunum erat oppidum in Burgundia i heduis ad ripas Lygeris fluuii: ſicut patet libro ſeptimo cōmetariorum. Sunt qui dicūt eſſe modo quoddam oppidum ruinoſum non longe ab Hedua: quod uocatur rhedon Alii dicunt eſſe quod gallice dicitur noion. Strabo.

Nouos homines appellamus eos quorū nulli maiores clari ſunt: ſed per ſeipſos cum primum magiſtratum in republica adepti ſunt huiuſmodi generis. Cicero pro Plan. eſt uſus Romæ qua minima inuidia noui homines plurimi eoſdem honores conſecuti ſūt. Huiuſmodi generis Cicero dicit. Cum ego inquit huc ante ortus & per me nixus aſcendi. Seruius.

Nouus magnus mirandus. Virg. Pollio & ipſe facit noua carmina. Ser.

Nouūcium & triuncium: quod nouem unciarum ſit ſiue trium. Fe.

Nox dicta q oculis nocet. Ser.

Nox terræ umbra eſt: cuius partes ſunt ſecundum Varronem ueſpera: crepuſculum: conticinium: intempeſtatum: gallicinium: lucifer: matutinum Diei autem ortus mane: meridies: occaſus. De crepuſculo uero quod eſt dubia lux. nam creperon dubium ſignificat licet utrique tempori iungi poſſit. uſus tamē ut matutino iungamus obtinuit: licet Lucanus dixerit longa repercuſſo nituere crepuſcula phœbo. Manum uero unde ē mane bonū ueteres dixere. Ser.

Nox furtum factum ſit & nō nocte. Ma.

Nox a græ. νυξ per conuerſionem cuius ptes ueſpa. conticiniū: intempeſtatum: gallicinū: diei lucifer: mane ortus: meridies: occaſus: crepuſculum quaſi dubium: mane a manum bonum antiquitus.

Noxa ponitur pro peccato aut peccati pœna cum lex iubet: noxæ dedere pro peccato. Fe.

Noxa peccatum leue. Vir. i. æneï. Vnius ob noxam & furias aiacis oilei.

Noxia nocentia. Virgi. in ſeptimo. Iræq & crimina noxia cordi. Tul. in hortēſio. Et certis quidem rebus quibus peccata non maxime auferunt noxias tamen inſinuat attingant. Nonius.

Noxa pœna alias culpa ab eo quod ē noxum: Te. in phor. Vide q inceptet facinus ad ſe de fendendū noxam. Do.

Noxa leuis culpæ nomen eſt: & unius q facile poſſet ignoſci & furētis ut ne culpa ſit. Vir. primo. Vnius ob noxam & furias aiacis oilei Macro. de ſa.

Noxa dānum ſignificat uel culpā. Suetu. de ui. Cæ. Spurniamq irridēs & ut falſum arguenſ q ſine ulla ſua noxa idus martii adeſſent id eſt damno. Lau.

Noxa apud antiquos damnū ſignificabat. ſed a poetis ponitur ꝓ culpa. Fe.

Noxia & noxa in hoc differūt. noxa enim pœna: noxia uero culpa. Virgilius primo æneï. Vnius ob noxam & furias aiacis oilei. quanquam pro noxa hic pōi poteſt: ſicut & apud Liuium ancilla quædam ad Marcum Fabium Maximum edili. curul. indicaturam ſe tamen publicæ peſtis profeſſa eſt ſi ab eo ſibi fides data eſſet: aut futuræ noxæ iudiciū. Seruius.

Noxitudo ꝓ noxia. Acti. in armo. iudi. Occulte noxitudo uolueret pelipadaꝶ ac per nos fateſcat genus. No.

Noxia eſt ipſū delictū: noxæ autem dedere eſt aīal tradere uiuū de numero.

Noxiæ appellatione omne delictum continet Caius de uer. ſig.

Noxius ſolutum patrari hæc ſtipulatio nō exiſtimatur ad eas noxas pertinere quæ publicani executionem & certionem capitalē habent. Ser.

Noxa ſolutus non ſit quidam aiunt ediles ſic intelligendum eſt ut non hoc debeat pronūciari: nullam eū noxam cōmiſiſſa. ſed illud noxa ſolum ē hoc eſt nō noxali iudicio ſubiectiuum nō eſſe. ergo ſi noxam cōmiſit nec pmanet noxa ſolutus uidet: noxas accipere debemus priuatas hoc eſt eas quæcunq cōmittūtur ex delictis nō publicis criminibus ex quibus agitur iudicis noxalibus denique ſpecialiter cauetur ita de capitalibus fraudibus. ex priuatis autem noxiis oritur damnū pecuniaꝶ ſi quis forte noxæ dedere uoluerit ſed litis exiſtimationem ſufferre. Vulpia. de edi. edicto.

Noxales actiones appellant ut quæ non ex cōtractu ſed ex noxa atq maleficio ſeruorum aduerſus nos inſtituūtur: quaꝶ actionū uis & poteſtas hæc eſt ut ſi damnati fuerimus liceat nobis deditionem ipſius corporis quod deliquerit euitare litis æſtimationem. Caius de uerbo. ſigni.

Nubere ueteres nō ſolum mulieres ſed etiam uiros dicebant: ita ut nunc itali dicūt. Pom. in punucratis. Sed meus frater maior poſt quam uidit me i deiectum domo nupſit poſterius dotatæ uetula uaricoſæ afræ. Nonius Marcellus.

Nubes ꝓ aere. Vir. v. æn. Iamque uolans liquidus in nubibus arſit arūdo: Nubes eni liqdæ eſſe nō poſſunt. Ser.

Nubes quod cœlum obnubūt. Var.

Nubo mulieris eſt proprium. futuo uero uiri. ſed figurate uei peruerſo naturæ ordine præpoſteræ dicūtur. Priſ.

Nubularium ædificium facere oportet ſub quo tecto tota ſũdi meſſem ſubiicere poſſis quod uocant quidam nubularium:id ſecundum aream faciendum ubi triturus ſis frumentum magnitudine pro modo fundi ex una parte apertum:& id ab area quo & ĩ tritura ꝓruere facile poſſis.& ſi nubulare cœpit inde & rurſus celeriter feneſtras habere oportet ex ea parte unde cõmodiſſime pſflari poſſit.Var.

Nucem præneſtinam cuius meminit Neuius græci ponticam appellant: ut ſcribit Macrobius:quoniam in Ponto copioſius naſcatur. Varro præneſtinam dixit.

Nuces dicũtur generaliter oĩa tecta corio duriore:ut auellana:amygdolæ: glãdes:caſtãeæ ſicut cõtra poma dicuntur omnia molliora. Seruius.

Nuces iuglandes quaſi Iouis glandes appellatæ.Eas enim in Iouis tutela poſuit antiquitas.Seruius.

Nuces flagitantur nuptiis & iaciuntur pueris ut nouæ nuptæ intranti domũ noui mariti ſecũdum fiat auſpiciũ.Fe.

Nuceria ciuitas in Vmbria ẽ.Stra.

Nuceria ciuitas in Apulia.Sueto.de uita Vitelli.Strabo.

Nuceriæ ciuitas ẽ in campania.Stra.

Nucula hic legiť in duodecima ameonianaꝶ.

Nuculas præneſtinos appellabãt quod ĩcluſi a pœnis caſi¹ini famẽ nucibus ſuſtẽtabãt: uel quod in eorum regiõe plurima nux minuta naſcitur.Fe.

Nudiuſtertius compoſitum ex nunc & die tertio.Feſtus.

Nudiuſquartus die quarto.CN.Marti.Homo impenſe doctus pro eo dicit quod nudiuſquartus nos dicimus in his uerſibus:Nuper ut die quarto:ut recordor certe aquarum urceum domi fregit:die quarto quidẽ.de præterito dicimus die quartæ:aut quarti de futuro.Au.Ge.

Nudiuſtertius nudiuſquartus tantum: ſecundus non dicitur:quia dicitur heri. Item biduo:triduo:quatriduo: binoctio: trinoctio: quatrinoctio.quãuis Cicero in philippi.dixerit nndiuſtertiuſdecimus.Plautus uero licentius progreſſus eſt. De ſequenti die cras dehinc dicimus perendie.inde dies perẽdius ab hinc tertius.Et comperendinate differre in longum.Pridie poſtridie idem ſunt quod heri & cras nõ de præſenti ſed alterius:aut præteriti:aut futuri.ut pridie q̃ ueniſſet uel q̃ uenero.uel ſine q̃:uel cum genitiuo: ut pridie eius diei.uel hodie eſt pridie ludorum circẽſium.& cras eſt poſtridie nundinarum:ſecũdo Kalendas nõ dicimus:ſed pridie Kalẽdas neque primo Kalen.ſed Kalẽ.ſed Kal. Item ex pridie pridianus ꝓ quo heſternus: poſtridianus uero non dicimus: ſed craſtinus pro eo.Laurẽtius.

Nudiuſtertius & nudiuſquartus nec ulterius. Seruius.

Nudum cõſuetudine ſine tegmine dicitur aut inſepultũ.Virg.li.v.Nudus ĩ ignota palinure iacebis harena.No.

Nudum quod nũq̃ tectũ:ut facies nudatũ:qđ tectũ eſſe cõſueuit.

Nugator nugis turbator. Lucil.lib.xxx. Quare me hoc tempore nugator cognoſcere nõ uis.No.

Nugas commune omnis generis & indeclinabile.Priſcia.

Nugæ ſunt res nullius precii.& Cicero ad Atticum: Homines nullius precii dixit nugas ut Metrodorus & reliquæ nugæ.

Nugiuendos.Pla.dici uoluit omnes qui aliqd mulieribus uẽdant.namomnia quibus matronæ utũtur nugas uoluit appellari. Plaut. ĩ aulularia.Vbi nugiuẽdis res ſoluta eſt omnibus.No.

Nullus pro minime. Terẽtius in andria.Liberatus ſum hodie Daue tua opera: at nullus quidem.Ser.

Nullus pro non & ullus. Terentius in andria. Nullus ſum:& nullus ſum plus ẽ dicere q̃ perii.nam qui perit corpus ẽ reliquum qui uero nullus ẽ ita eſt ac ſi natus non ſit.Terentius ĩ andria. Nullus ſum quid cauſæ eſt quin ĩ piſtrinũ recta proficiſcar uia.

Nullus nulli antiqui protulerunt. Plautus in truculẽto.Poteſtatẽ coloris ulli capiẽdi mala.Priſcia.

Numero dicebant ꝓ nĩmiũ.Fe.

Numerum & de his quæ nõ numerantur: ſed nectuntur dici auctoritas uoluit. Tullius de offi.libro tertio.Si exempli gratia uir bonus Alexãdria Rhodũ magnũ frumẽti numerũ aduexit.No.

Numeros modos. Vir.ĩ buc. Numeros memini ſi uerba tenerem.M.T.de offi.li.iii.Perfectũ & abſolutum eſt:ut iidem dicũt oẽs numeros habẽt.No.

Numerus ordo.M.T.de na.deo.li.ii: Nihil eſt eni ut orationẽ numero moueri poſſit ſine cõſilio ĩ quo nihil ẽ temerariũ.Vir.æneí.lib. iii.Digerit ĩ uumeꝶ.No.

Numero ſigno. Actius ĩ enomao. Numero te expurgaſti.Idem ĩ ãtigona. Ne iſtum numerum amittas ſubditũ oblatũ.Turpilius ĩ demetrio.Nũquã nimis numero queq̃ uidi facere quam facto eſt opus.Idem ĩ Lydia.Ego interim in turba fora ſubduxi cum hac me ne quis de numero mihi iubebat currere.

Quid puer togatus aut prætextatus capite annuiſſet: ut diſcedens numero uenire ait adoleſcenté. Affranius in priuigno. Numero nupſi pertimuiſti caſſam terriculam aduerſa ſari. Plautus in amphitrione. Numero mihi in mentem fuit. Marcus Cato de liberis edu cādis ut qui contra celeriter erant nati ferre numero præmuniebant: quod qui cito factu rum quis ſiue oſtēdere uolebat: ducebat nu mero id fore. No.

Numerus minor ſemper ponitur ante cētum poſt centum uero poſtponitur: ut Plato uno & octogeſimo anno anteit ut maior uiginti quinque annis. item in cæteris ut bini & ui ceni uel cētenum uicenum quinum ſine co pula maximiſ quiſque numerus præcedit cū copula uero uariatur. Dicimus tamen ſex & uiginti milia: uel uiginti ſex milia. Item ui ginti milia uel uicies mille: ſed hæc omnia ultra uiginti. Citra uero dicimus: decem & ſeptem: decem & octo: decem & nouem. Vn decim uero & duodecim & cætera compoſi ta ſunt. Item undeuiginti duodeuiginti ūde centum duodecentum & cætera ſignificant uno adempto uel duobus ſimiliter. undeui ceſimus duouiceſimus & undeuicenū duo deuicenum ſimili detractione. Lau.

Numerus par & impar quid portendant in di ctione nuptiis.

Numæ Pompilii in ianiculo eſt ſepulchrum. Feſtus Pom.

Numerius prænomen ab auo. Fe.

Numen quaſi nutus dei atq; poteſtas. Fe.

Numen apud Actiū: Multis nōmen ueſtrum numenque uendo. Numen dicūt eſſe imperi ūm maximum dictum ab nutu. Omnia ſunt equi. imperium maximum eſſe uideatur: ita que in ioue hoc: & Homerus & alii aliquoti ens. Varro.

Numella genus uinculi quo quadrupedes deli gantur. Fe.

Numellæ genus ligneum ad diſcutiendos no xios paratum quo & collum & pedes innec tunt. Plautus in aſina. Neruos cathenas carce rem numellas pedicas boicas. No.

Numen eſt imperium poteſtaſq; dei: non auté nutus aut imperium cuiuſlibet. Lau.

Numeralia ſyncopam patiuntur: ut duceni ꝓ ducenteni: treceni pro trecenteni non trece ni ſimiliter cætera. Centeni autem & milleni non ſyncopantur. triceni autem caret ſynco pa. ſed mutauit g in c ſicut uiceni pro uigeni ſicut t in d ut quadringēti pro quatriceni di cimus ſinguli: bini: terni: quaterni: deni: unde ni: uiceni: uiceni ſinguli: deinceps triceni: qua drageni: quinquageni: ſexageni: ſeptuageni: octogeni nonageni: centeni: ut quæ ſingulari ter etiam proferuntur. Plini. ſeptuageno coi tu durare libidinem tactu herbæ. Binus au tem ſignificat ſiue bini ſingulis duo. Vir. ue ro inquit grutitæ ſepteno: pro ſeptem non ꝓ ſeptenario. & Geo. Per duodena regit mun di ſol aurerus aſtra id eſt duodecim. Centena rius & ſimilia iudicant numerum aliaꝝ reꝝ quæ nō nominantur: ut lapis centenarius id eſt cētum librarum. & homo cētenarius cen tum ānorum: & grex cētenarius centum ca pitum. Rurſus: centuplum libram annumue nō aliter. dicitur tamen centenarius nume rus. item decimus uiceſimus & ſimilia id eſt qui ultimus ex decem uel uiginti aliquando dicimus hoc aurum attulit centeſimum fru ctum: id eſt cētenarii numeri uel cētuplum. ut Pli. xviii. Naſcitur qualicūque ſolo cū cen teſimo grano: nō multum ſed cētuplum ītel ligit ſiue cētenum ſiue cētenarii numeri. itē infra cētum ſyncopatur: ſupra uero non. ut uicies pro uigintïes: tricies: quatragies: quin quagies ſexagies ſeptuagies octogies nonagi gies. Cætera non ſyncopantur: ut quinquies ſexies ſepties octies nonies decies cēties du centies millies biſmillies termillies & cæte ra. Laurētius.

Numidas dicimus quos græ. nomadas ſeu q̄d id genus hominū pecoribus negociatur ſeu ꝙ herbis ut pecore alūtur. Fe.

Numidia nomades paſtores nomos græ. pabu lum. Plinius. v. ubi Hippon rhegium ruſtica. Tortelius.

Numidia nūc Barbaria.

Numidia incipiens a muluca ad rippas expoſi ta fluminis Ampſaci ſpacio quidem quem mauritania anguſtior. Verum & culta ma gis & ditior urbium quas habet maxime ſūt circa procul a mari: nūc ſucianorū Colonia quondam regum domus & ſiphacis cum fo ret opulentiſſima.

Numidica marmora quod ex Numidia libyæ M. Lepiduſ primus oium oſtēdit romæ limi na domus ex eo faciendo phrygius.

Numicius ſeu numicus fluuius laurentis agri ubi Aeneas periit: quem ueteres conſueuere in ſacris Veſtæ libare qui nuſquam nunc re peritur.

Nummus denarius argenteus: nummi primū pecus inſigne fuit unde pecunia dicta dena rii bigæ & quadrige. unde bigati & quadriga ti apud Liuium leguntur denarius dictus ꝙ decem libras æris ualeret. Iuuenalis.

Nūmi denarii. Varro.

Numiſma a græ. νομοσ lex. unde quidā nomi ſma: unde nūmus per binū m ut ſit lōga ſylla ba de nūmo. Pli. xxx.

Numitor rex albanoꝝ frater Amulii.

Numidicum mare inter mauritanum ſeu athlanticum eſt & aphrycum a Numidia regiõe cui adiacet nuncupatum.icipit autem a muluca flumine & in orientem tendens habet in littore ampſaci fluminis hoſtium & cæſaream olim Iolam Iubæ regis regiam.inde cartiniam & arſiniam oppida & latum ſinum & ſardabalis fluminis fauces quem ultra cõmune regiæ gentis monumentum ẽ:& poſt emenſum aliquãdiu littus metagonum promontorium:quod huic mari finem faciens aphrico præſtat initium.Sane & ſi in littore non ſit quia aliquando ad mare pertinuiſſe uidetur mirabile quoddam non erit incongruũ recitaſſe.eſt ergo ad intrinſeca Numidiæ locus in quo ſpinæ piſcium muricum oſtrearumque fragmenta ſaxa attrita:uti fieri ſolent aſſiduo maris conflictu infixæ.Præterea cautibus anchoræ & alia plura teſtantia ibidem iam mare & portuoſum etiã fuiſſe nil fidei minuente ſolo quum nil herbidum alet.

Nubentes ueteri lege romana aſſeſtrix ad maritum uenientes ſolebant ferre atque unum quem in manu tenerent tanq̃ emendi cauſa marito darent.Alium quoque quem in pede haberent in foco larium familiarium ponere tertium in ſacriperione condidiſſet cõpito uicinali:ſolere reſonare. Inde Virgilius geor.libro quinto.Teque ſibi generum Thethis emat omnibus undis quos ritus.Varro libro primo de uita patrum diligentiſſime percurrit.No.

Numordis mons eſt mitylenenſium.

Numularii quære in argentarii.Lau.

Nũmus ex græco nũmiſmate naſcit̃.Fe.

Num præpoſitio finito uerbo ſubiunctiuum poſtulat.Cicero.Interrogaui num dubitaret Eſt enim ſpecies relatiua.Itẽ In relatiuis quoque ut neſcio quid dixerit.ſed præpoſita finitum poſtulant uerbum:ut cur uenit. Seruius in arte.

Nunc nuper ex illis uerbis eſt quæ ueteres ꝓpter ambiguitatem cum adiectione proferebant.nam niſi adderetur nunc hoc nuper olim pridem ſignificaſſet.Teren.in eu. Idem menandri faſma nũc nuper dedit.

Nunc id eſt ſero. Vir.Nũc ſcio quid ſit amor & nunc augur Apollo.Terentius in eu. Nũc ego & illam ſceleſtam & me miſerum ſentio Donatus.

Nunc ſolet uſurpari ſine ſignificatiõe temporis:ut Ci.de ora.Nam ſi ita diceres & cætera nũc uero fateris & cætera.Lau.

Nuncius maſculini generis eſt qui nunciat qđ autem nunciatur licet neutro dicatur: tamẽ inuenitur & maſcu. Fe.

Nũcios præmittunt:an quod hoc eius eẽ cenſent qui ſe abſente uxorem nihil improbe facere ſibi perſuadeat.De repente uero & ĩopinato ſubuenire inſidiatoris: ideirco uxoris expectationi ac deſiderio bonis eas nunciis afficiendo q̃ citiſſime ſatiſfieri ſtudent: an illud potius quod ſcire nimiũ auent: ſi ſaluas domi ac ſui deſiderio affectas ſint offenſuri: an quod pluribus domi negociis in adminiſtranda re familiari abſentibus uiris uxores occupentur:& cum domeſticis plerũque diſcordent:ut his omnibus remotis iucũde ac tranq̃lle ab uxoribus excipiantur de ſuo eas aduentu prius fieri certiores uolũt.

Nundinas feriaꝝ diem eſſe uoluerunt antiq̃ qui mercandi cauſa urbem ruſtici conuenirent.Feſtus.

Nundina apud Macrobium require in annus Romulus.

Nundina dea in eodem ſacra celeritast

Nundinaꝝ originem in eodem.Macro.

Nũcius & res ipſa & nũcius dicitur.Fe.

Nunq̃ ꝓ non in maioris ſignificationis negociationis ſignificantia ſemp ponit̃.Teren.in phor.Date illi nunq̃ faceret.Do.

Nunquã & temporis & negationis eſt. Seruius in arte.

Nuo nuis:inde numen.eſt enĩ.diei nutus.Vir. Meo ſine numine uenti.i.nutu.Pri.

Nuper quaſi nouiter tãq̃ dicamus nouiſſime. Feſtus Pompeius.

Nuper pridem & iam pridem de decem aut uiginti diebus menſe uel annis pro conditiõe materiæ:dudũ nuper ſeu pridem de re ſiue actione quæ non inſiſtit: ſed ſtatim tranſit. Iãdudum iampridem de re ſiue actione quã inſiſtit & immoratur.Illa præteritum uticꝫ poſtulant hæc frequentius præſens.interdũ præteritum:ut dudum intraui:iãdudum te expecto.Sed actio intrandi non inſiſtit: ſed ſtatim deſinit.Secus de expecto ubi ſignificatur mora & nõ momentum:ut nup iuenta eſt philoſophia.Et idem Cicero.Nuper hæc diſſerere cœperunt.Iãdudum pro continuo inquit Virgi.Iãdudum ſumite pœnas. Inde nuperrime idem nuper uel nouiſſime aut ꝓxime iungitur cum non ita & quam:ut non ita primum conſtitutum eſt:ſimiliter dudũ. Laurẽtius.

Nuperum pro recenti poſitum ab eo quod ẽ nuper id eſt ante non multi temporis. Plau. in capti.Quo tu una nocte poſtulauiſti: & die recens captum hominem nuperum nouicium.Nonius.

Nuperrime a nuper:nomen enĩ in us finit nuperus teſte Capro.Plautus in capti.Captum hominem nupeꝝ & nouitium ut ſup ſupius

Liui.i odyſſea. Superiis inferis tibi fert deus funera Vlyſſes.Priſci.

Nuptam a græco dictam:illi enim nuptam appellant.Fe.

Nuptam nouam quid eſt quod ipſum limen tranſcendere nõ pmittũt:an ꝙ q primas mulieres rapuerunt ſic eas domibus intulerunt non ipſæ ingreſſæ ſunt an eo inuitæ ingredi uideri uolunt ubi pudicitiam ſunt amiſſuræ an hoc potius ſignum ipſam ſua ſponte domum exituram:nec ſuos relictura fuiſſe niſi cogeretur:quemadmodum ni coacta ingreſſa eſſet.nam apud nos quoq; in Boetia currus axem pro foribus comburuntur ſignificantes ſponſam intus manere opportere tan q̃ eo ſublato quod eã aſportatum fuerat.

Nuptis puer patrimus matrimus facem præferebat ex pinu alba:ut Plinius & Feſtus ſcribunt duo item pueri patrimi & matrimi nouam nuptam tenebant.

Nuptiis quid eſt quod propinquis & cognatis non nubent an quod neceſſitudines augeri uolũt & ultro citroq; filias dando & accipiendo multos ſibi propinquos adiungere: an quod cognatorum diſſidia inter ſe uerentur:quibus naturæ iura una cum ꝓpiquitate tollantur:an quod mulieres præter imbecillitatem multoꝝ ope & auxilio egentes ꝓpinquis.iccirco adiũgere noluerũt ut ſi q a ſuis uiris iniuria afficerẽtur cognati opem ferrẽt Plutarchus.

Nupta noua.Quid eſt noua nupta cum ĩ matrimonium datur ignem & aquam iubetur attingere:an quod ut in elementis ac principiis eorum alter maris altera fœmina locũ tenent & is principium motionis iniicit:illa uero ſubiecti ac materiæ uim habet: an qđ ignis purgat:aqua uero circunfert ac luſtrat uxorem uero purã & caſtam pmanere oportet:an illud potius quod queadmodũ ignis hũoris expers nec alit quicq̃ & ieiunus ẽ & aridus:aqua uero ſine calore ſterilis eſt & ignaua.ſic mas & fœmina niſi coeant diſiũcti langueſcant & nihil efficiant neceſſe: quorũ coniũctio in matrimonium coeuntibus coniũctum perficit qui deſerendus non ẽ & oĩs fortunæ caſus comiter ſubeũdus etiã ſi nullius boni niſi ignis & aquæ particeps iter ſe futuri ſunt.

Nupta uerba dicebantur ab antiquis quæ uirginem dicere nõ licebat.Plau.Virgo ſũ nondũ didici nupta uerba dicere.Fe.

Nupta mecum antique dictum non mihi uel nuptam mecum quaſi tectam & opertã uno cubiculo mecũ.& melius.Nubere enim eſt operire:unde & nubes dicuntur quod cœlũ ſolent regere.Do.

Nuptus ſi dicere uelimus oppugnat ipſa natura cũ ſolis fœminis accidat:niſi figurate dicamus:bonus animus uxoris eſt mihi nuptus. Plau.in caſſina.Nũquid agat ſcire nouũ nuptum:ideſt maritum.Pri.

Nuptiæ celebrãt̃ aqua & igni.

Nuptiæ ſunt cõiũctio maris & fœminæ & cõſortium omnis uitæ diuini & humani iuris cõmunicatio.

Nurus appoſitio etiam ad proprium porrigenda eſt.

Nuſticioſus qui parum uidet propter uicium oculorum:quique plus uidet ueſperi q̃ meridie.Feſtus.

Nuſq̃ & locum & tempus ſignificat: uſq̃ locũ magis.Te.in an.Nunq̃ etiam fuit nunq̃ primo nõnuſq̃ uſq̃ nuſq̃.Do.

Nutare eſt ꝓprie alicuius male ſolidatæ molis ruinam minãtis. Vacillare eſt alterno motu inconſtantem eſſe:ut naues uacuæ: & de animo quoque hæc dicuntur.Titubare eſt pedibus non ualentibus inſiſtere:ut ebrii uel infirmi lingua uel dentes etiam titubare dicũtur.Lauren.

Nutritur & nutricatur pro nutrit & nutricat. Var.de teſtamento natis quos in tupe habebis nutricata & tutores do.quod rem romanam latiumq; accreſcere uultis.Tul.de natura deoꝝ li.ii.Omnia autem rerum quæ natura adminiſtrantur ſeminator & ſator & parens ut uita dicam:atq; educator & alitor eſt mundus omniaq; ſicut membra ſua & partes nutricatur & continet Affra. nam nutricatur oliua.No.

Nutricius romanũ populum a paſtoribus eſſe ortũ quis non dicit:quis fauſtulũ neſcit paſtorem fuiſſe nutritũ ꝙ Romulũ & Remũ educauit.Var.

Nutritor ꝓ nutrito.Virg.ii.geor.Hoc pinguẽ & placidã paci nutritor oliuam.Priſ.

Nutricia ad officiũ præſidis uel prætoris ꝑtinuerũt:nãq; nutrices ob alimoniam infantiũ apud præſides ꝓuinciarum petunt quod ſibi debetur.ſed nutricia eo uſque ꝓcedemus quoad infantes uberibus certũ eſt:poſt hæc ceſſant partes prætoris uel præſidis.

Nux iuglans quaſi iuuans glans exiſtimat̃.Caius uero refert iuglans arbor dicta eſt pinde ac iouis glans.nã id arboris genus nuces habet quæ ſunt ſuauiores ſapore q̃ glans ẽ.hãc arborem dignam deo exiſtimabant.uel dicta eſt quaſi diiuglans id eſt dei glans. hanc græci βασιλικήν uocant.

Nux hæc auellana ſeu præneſtina quæ eſt eadem ex arbore quæ corylus:hanc nucẽ græci ponticam uocant:dum unaquæq; natio ĩ dicit huic nuci nomẽ ex loco in quo naſcit̃

copioſior.Macrobius de ſatur.
Nux caſtanea de qua Vir.Caſtaneaſque nuces uocatur heracleotica. Nā uir doctus Opius in lib.quē fecit de ſilueſtribus arboribus ſic ait Heracleotica.hæc nux quā quidā caſtaneam nominānt.Itēq; pōtica nux atq; etiā quæ dicūtur baſilicæ iuglandes germina atq; flores agunt ſimiliter hiſdem temporibus quibus græcæ nuces.Nunc dicendū eſt quæ ſit græca nux quæ amygdola. Nux hæc græca eſt quæ & amygdola dicit: ſed thetaſia eadē nux uocatur.Teſtis eſt Cloacius in ordinatorum græcorum li.iiii.Cum ſic ait nux græca amygdolæ.Actius nucem græcam inquit fabumq; adde quantumlibet nucem moluſcā indictā nō relinquemus.Plau.in daceolo.Sic eius meminit moluſcam nucē ſupremus dixit impendere tegulas.Ecce Plautus nomiat ſed quæ ſit moluſca nux non exprimit. Eſt autem perſica quod uulgo uocatur & moluſca dicitur ſcilicet ꝙ cæteris oībus nucibus mollior ſit. Huius rei idoneus aſſertor eſt Sueuius uir longe doctiſſimus in idilio qđ ī ſcribitur moretū.nā cum loquitur de ortulano faciente moretum inter cætera quæ eo mittit:& hoc pomū mitti ait his uerbis.Admiſce tua liba ſilicis hæc nunc partim: partim perſica quod nomen ſit denique fertur. propterea quod qui quondam cū rege ponti nomine Alexandro magno fera prælia bello in perſas tulere ſuo.poſt inde reuētu hoc genus arboris i prælatis finibus graiis diſſeruere nouos fructus mortalibus dantes.Moluſca hæc nux eſt ne quis forte neſcius erret Macro.de ſatur.
Nux tarentina ita mollis eſt ut mox attrectata frangat a tereo:quod ſabinoꝝ lingua ē mollior:unde tarentinos dictos putat. Var.
Nux pinea nobis qui appoſiti ſunt nucleos dedit.Plau.in ciſtel.qui e nuce nucleoſ eē uult frangit nucem.Macro.
O EST ADVERBIVM uocādi:ut o regina nouam cui condere Iuppiter urbem.Eſt admirādi:ut Iuue.O qualis facies:& quali digna tabella.Indignadi:ut Cicero; O tēpora:o mores.Optandi:ut Virg.Adſis o tantū.Pri.
O id eſt utinā. Vir.viii.æn.Adſis o tantū & ꝓprius tua numina firmes.Ser.in arte.
O interiectio oprantis aduētus ē:aut repēte ꝑcuſſi.Te.in an.O ſalue Pāphile.Do.
O ad omnem affectum cōuenit: uel miſerationis:uel indignationis iūgiturq; nominatiuo accuſatiuo uel ablto.Ci.O magna uis ueritatis:& o nonæ illæ decembris quæ me conſule fuiſtis:& o me miſeꝝ.Interdum tacemus ó ut Pli iunior.Hominem te patientē ac potius duꝝ ac pene crudelē.Lau.
Oaxus ciuitas cretæ:i q̄.Etearchus pater phronimæ regnauit matris bati:qui cyrenem Libyæ urbem ædificauit.Hero.
Oaxus lacus eſt Indiæ:cuius oras incolūt Bactriani atq; ex Oſtriſtæ:ex quo quidē Oaxes emittitur fluuius.
Oaxes mons eſt Scythiæ.
Ob præpoſitio alias pro circum: ut cum dicimus urbem obſideri:obſignari:obuallari:alias in uicem præpoſitiōis quæ eſt propter ut ob merita ob ſupatos hoſtes: ūde obſides ꝓ obſides qui ob patriæ fidem præſtandā dantur:alias ꝓ ad:ut En.ob Romam noctu legiones ducere cœpit.Fe.
Ob cauſalis coniūctio.Virg.x.Cuius ob auſpiciū infauſtū moreſq; ſiniſtros.in compoſitione habet uim præpoſitionis:ut idem in ſexto.Magnas obeuntia terras. pro circuneuntia.accipitur & loco coniūctionis cauſalis ut quāobrem.Priſ.
Obacerare obloqui atq; alterius ſermonē impedire:quod ſumptum uidetur a paleis quas græci uocāt. Itaq; & frumentum & panis nō ſine paleis aceroſus dicitur.Itē lutum acera tum paleis mixtum.Fe.
Obacerabat exercebat.Fe.
Obagitat ante agitat:ut obambulat.Fe.
Obambulare aduerſū alios ambulare & quaſi ambulanti ſeſe opponere.Fe.
Obba poculi genus quod nunc ubba dicitur. Var:Eſt modus matulæ nūc dolia atq; apothecas tricliniares medicas calenas obbas & cumanos calices.No.
Obdere opponere uel operire.Fe.
Obba poculi genus:uel ligneum:uel ex impare to.Var.eſt modus matulæ dolia atq; apothecas tricliniares medicas calenas obbas & cumanos calices.No.
Obdormiſco:quære inchoatiua.Lau.
Obducere operire.Lu.li.xxvii.Vos interea lumen auferre atq; aulea obducere.No.
Obducere tegere.Virg.in buc.obducit paſcua luco.Ser.
Obedire obaudire.Fe.
Obeliſcus dicit ueru iſtar colūnæ ē extructus quem guliam appellant.
Obelus ueru:unde obeliſcus qui teſte Ammiano.xvii.aſperrimus lapis eſt in figuram metæ cuiuſdam:cenſum a ꝓceritate in excelſū conſurgens & ut radium imitetur paulatim gracileſcens ſpem quadratam in uerticē productus anguſtum manu leuigatus artifici de quibus Pli.xxxvi.& de eo qui eſt in uaticano

etiam.xiii.ubi de abbute in quibus imagines uolucrum & ferarum & alias ſculpebant ſin gula nomina & quandocunque ſenſus ſignificabant per uulturem naturæ rationem qa omnes fœminæ per apem regem qui & mellis ſuauitatem & aculeum habere debet: per draconem mordentem ſibi caudam annum. Seruius.

Obeſcet oberit uel aderit.Fe.

Obeſcere herbam increſcere.Fe.

Obedibo.Affra.ī maritis.Meo ut obſequerer amori obedibo tibi.No.

Obeſus pinguis quaſi ob edendum factus.Fe.

Obeſus plus eſt q̄ pinguis craſſus.Virgi.tertio geor.Argutumque caput breuis aluus obeſaq; terga.Ser.

Obeſus in neuiano carmine obeſum notauimus ꝓprie quod magis q̄ uſitate dictū ꝓ exili atq; gracilento uel obeſum ꝓ pingui atque uberi dicit.Au.Ge.

Obeſos graciles & exiles uocamus interdum. Neuius in carmie:Corpore pectoreq; undiq; obeſo ac merito exeſo tergi ingenio ſenis.S.

Oberatus id eſt debitor quaſi ſine ære. Sueto. li.i.Tenue adhuc & oberatum.i.ære alieno aſtrictum & obligatum.

Obeo legationem: exequor munus & officiū legationis:obeo mortem exequor uel adeo. obire diem eſt mori:& obire ſine illo accuſatiuo.Item oppetit & defunctus eſt ibi mortem:hic uita quæ poſtulant ſæpe intelligendum eſt.Eſt enim oppetere frequentius mori fatali illata morte.Cicero de diui.Aequius eſſe cenſuit ſe maturam oppetere morte: defunctus quoq; quaſi pfunctus munere uiuēdi:ſic itaq; dicimus defunctus uel pfunctus officio prætorio:detulit pro accuſauit ubi itelligitur reus.

Obeſſet oberit uel aderit.Fe.

Obiices peſſuli ſeræ.Fe.

Obigitat ante agitat uel obambulat.Fe.

Obiit mortem plene dictum quod nos obiit tantum dicimus. Terētius in andria. Is obiit mortem.Do.

Obiici dicitur in utraq; partem: & ſi quos āte quis uiderit q̄ expectauerit.Ter.in adel. Diſcrucior animi hoccine mihi de iprouiſo mali obiici tantū.Dona.

Obiicio & ſubiicio in his uerbis ſecunda litte ra per duo ii non per unum i ſcribenda ē: ſic itaque ob & ſub præpoſitiones producendi naturam habent cum per ſe breues ſint. Similiter iniicio: ut Parua ſub ingēti matris ſe ſubiicit umbra.Obiicibus quoque ob longa eſt ſyllaba.Sulpitius uero breuem fecit. Aulus Gellius.

Obitus participiū ab obeo.Liuius in ꝓteſilao Cupidinis miſerulo obito.Pri.

Obitus ſignificat mors uel occaſus. Vir.geor. li.i.Nec fruſtra ſignoꝝ obitus ſpeculamen & ortus.No.

Obitus rurſus aduētus.Actius in antigona: Attat niſi me fallit in obitum ſonitus. Turpil.ī epidico.Et quis eſt qui interrumpit ſermonem nouū obitu ſuo.No.

Obitū dicebant pro aditu.Fe.

Obinūt obeūt.Fe

Obiter aduerbium compoſitum ex ob & iter Priſcianus.

Obiter id eſt interim Iuuena.Atq; obiter leget uel dormiet illic.

Obiurare iureiurando obſtringere.Fe.

Obiurgatio poſt turpe factum caſtigatio.Monitio uero eſt ante cōmiſſum.Fe.

Oblectare cum ſeptimo caſu iungitur. Ter.in eu.In me te oblectes.Do.

Oblectaneum plus eſt q̄ ſolatium quod infœliciū eſſe cōſueuit.Ser.

Obliteratur alii ad obliuionem: alii a littore quod ibi notata fluctibus æquari & tolli ſolent.Fe.

Obliterare eſt obſcure facere & in obliuionē ducere.Actius in agamēnonibus.Inimicitias pelopidaꝝ extincta tam obliteratas memoria reuocare.No.

Obliteram.Item notauimus quod obliteram gentem.Neuius pro obliteraram dixit. Aulus Gellius.

Obligatus & diſtrictus differunt. nam diſtrictus poteſt:& ſine uinculis in diuerſum manuducentium ferri:obligatus etiam in nouis uinculorum in loco intelligitur.plus ergo ē obligatū eſſe q̄ diſtrictum. A.G.

Oblitus ne ſis noſtri:nō nos.Cap.

Obligatus in bonis & ī uinculis.Diſtrictus uero ſine uinculis.A.Pe.

Obligationes autem contractu naſcuntur:aut ex maleficio:aut proprio quodam iure & uariis cauſarum figuris:obligationes ex contractu:aut re cōtrahūt: aut uerbis: aut litteris: aut conſenſu. Caius de actionibus & obligationibus.

Obliuiſcor etiam paſſiue.Vir.in buc.Nūc oblita mihi tot carmina.Priſ.

Oblucumaſſe dicebāt antiq mēte erraſſe quaſi in luco deoꝝ alicui occurriſſe.Fe.

Obmaneres pro diu maneres ut permaneres. Feſtus.

Obnarrare peruertere deprauare.

Obnaſcitur adnaſcitur.Fe.

Obnectere obligare.Fe.

Obnoxius debitor.Virg.ſecūdo geor.Iuuat arua uidere nocte raſtris hominū nōnulli obnoxia curæ.Ser.

Obnoxius pene obligatum ob delictum.Fe.
Obnubit caput operit:unde nuptiæ dictæ a capitis opertiōe.Fe.
Obnubere uelare : translatio a nubibus qbus cœlum tegitur:unde & nuptiæ dicuntur qđ ob nubentium capita uelantur. Virgilius in secundo. Arsurasque comas obnubit amictu Seruius.
Obolum est ultima nūmoꝝ significatio. Ter. in an.obolo emptos.Fe.
Obolus pondus sex continens siliquas:alio nomine scrupulus.
Ob os significat ad os.Fe.
Obprobare ꝓbꝝ obiicere.Fe.
Obpugnat uerberat:a puniendo.i.feriēdo unde pueri a puniendo coercent.i.plagis: unde & pauimenta.Fe.
Obrogare est legis prioris infirmādæ causa legem aliam ferre.Fe.
Obrupuit & obstupuit ab ruto quod antiqui pro graui interdum pro stupido dixerūt.Afranius:Non possum urbem facere obruitu Festus.
Obrutum uultis ne diem in sequentē nos nostris sobriis fabulis a primo locis in cœnæ tēpus cœnam non obrutam populis non lasciuientem ferculis:sed quæstiōibus doctis pudicam & mutuis ex lecto rationibus exigamus.Macrobius.
Obruere est operire uel aqua uel terra uel ad animū.Quintili.Tot uoluptatibus obruere possunt unū dolorē & obrutus uino : undis similibusq; dicitur & ingurgitare:& est interdum uino & cibis sicut crapulari ūde fit crapula.Laurentius.
Obsaluare salutandi gratia offerre.Fe.
Obscœnū est imundū.Vir.æneī.li.iii.Obscœnas pelagi ferro fœdare uolucres.M.T.de officiis libro primo.Alterna e libro quid est si rerum turpitudini adhibet aut uerborū obscœnitas. Varro in agathone. Pueri obscœnis uerbis nouæ nuptellæ aures restaurant. Nonius.
Obscœnum uitabile.Virgi.ænei.libro.iii. Ob scœnamque famem quæ prima pericula uito.Idem libro.xii. Ne me terret me timente obscœnæ uolucres.Cicero tus libro.iii.Vno & obscœnas uoluptates de qbus ab illis multa habet oratio.No.
Obscœnum significat & maledicum.Actius ī oenmao. Vos ite actutum atque ope magno educite per urbem:& oēs qui arcana astruq; accolūt ciues omnibus faustis angustam adhibent fauentiam ore obscœna dicta segregat.Lucil.libro.xxx. Dum rixa uertat uerba obscœna.No.
Obscœnum quod matium obscœni inter partes funestique omnes obscœnum dictum a scœna ea ut græ.σκοινη.Actius scribit scœna in pluribus uerbis a ante e.Alii ponunt o ut quod partim dicunt scæptū: alii scœptū alii fæneratricem:alii fœnerarricem: sic phæniseca & phœniseca.At rustici pappum mæsum:non mœsum: a quo Luc. scribit Cecilne rusticus fiat:quare turpe id obscœnū qđ nisi in scæna palam dici nō debet. potest uel ab eo quod pueris turpicula res in colloquēdo suspenditur ne quod obsit uerbo est scænæ causa.sceuola appellata ea dicat obscœna id est sinistra quod quæ sinistra sūt bona auspicia existimantur a quo dicuntur comitia: aliud ue quid sit dixi aut sinistra quæ nūc est id a græ.est:quod hi sinistrum uocant scæan quare quod dixi obscœnum omne est quod turpe est. Varro.
Obscœnum quære in uerbo obsoleo.Pri.
Obscœnæ leges.i.sacratæ.Fe.
Obscœnauit quasi scœnū malū omē abstulit Plau.in asina.Et uocē illic obscœnauit meæ falsæ fallaciæ.No.
Obstipo capite.i.tristi ac uero: obstipo capite figentes lumina terræ.Porphyrion.
Obscuri dicitur significare sacrum:unde leges obscitæ.i.sacratæ.Fe.
Obscuꝝ ē sine lumine.Virg.geor.li.i.Si nigrū obscuro cōpellerit aera motu.No.
Obscuꝝ ignobile.M.T.de offi.Qui magna sibi ꝑponūt obscuris orti.No.
Obscuꝝ absconditū latens.Vir.li.ii.Vidimus obscuris primū sub uallibus urbē.No.
Obsecrare est opē a sacris petere.Fe.
Obsequiū.Donatus in andria:Falsum est autē quod Cicero dixit obsequium primū dixisse Terentium cum & Plautus & Neuius ante dixerint.
Obsequium amicos ueritas odiū parit. Te.in an.Improbatur hæc sententia a sapientibus Nam obsequiū assentator debet amicus ueritatem.sed in theatro dicitur non in schola & hanc sentētiam ait Ci.magis ꝓbabilē quā necessariam ꝑaut honestam esse.Do.
Obsequiū mirandū ex uoto animi pendēs:nō expectat imperium ne uolūtati mora sit dū iubetur ut Thais.Terentius in eunucho.Rē uoluisti a me tandem quin perfeceris uoluisti dixit:non dixisti:& perfeceris nonne pōdus hoc uerbi & potentiam Phedriæ circa Thaidem:& illius obsequium uehemens & rerum difficultatem quæ exortæ sint monstrat.Do.
Obsequia non solū maiorem maioribus exhibere:sed etiam minoribus per uicē ueteꝝ excellens auctoritas uoluit.Plau.in asina. Ego sane cupio obsequi gnato meo.No.

Obſequela obſequiū.Fe.
Obſecūdantur obſequenť.Nigidius de diis li. primo.Cū aūt id quod ſit quærimus obſecū dantur mature uiuerent.No.
Obſes differt & uas.Nam uas eſt ſponſor alterius in capitis piculo:ſiue idem ſupplicii ſubditurus ſiue pecuniam ſoluturus.ut Liui.Vades dare placuit.qui unū uadū tria milia æriſ pro aliis obligauerūt:& iterum tot uadibus accuſator uadatus eſt rerum. Vadimonium eſt ſponſio ad certum diem ſiſtendi ſe in iudicio id eſt comparendi per ſe uel per aduocatos.Obſes autem qui traditur īperio alterius ea conditiōe ut ſi dator obſidis a fide recedat recipientis ſit ius in corpus & uitā obſidis.Lau.
Obſeruare ſuſpicere magnificare.M.T.de offi. li.i.Sicut aliquo honore aut īperio affectos obſeruare & colere debemus.No.
Obſeruare celare & in terra tegere.Plau.in au. Vbi is obiit mortem quid mihi id auꝝ credit:cœpi obſeruare.No.
Obſeruare cognoſcere.Vir.li.ii.Et ueſtigia retro obſeruata ſequor.No.
Obſeruare curioſe & ſuſpiciter circūaſpicere. Plau.in au.Oculos tibi ego iſtos improbe ne me obſeruare poſſis qd reꝝ gerā.No.
Obſeruare tentare.Virgi.geor.li.iiii.Quos durus arator obſeruans:nido in plumis detraxit.Lu.li.xxviii.Quod ſi obſeruans hominē qui pro cōmodo & regno gaudeat.Te.in an. Perterrefacies Dauum obſerues filium quid agat.No.
Obſeruatio in duabus rebus eſt:in obſeqo & in ſpeculando.Terē.in an. Perterrefacias Dauum obſerues.Obſeruare & ad honorem refertur:ut obſeruat regem nūc ſic Aegyptus & captare & audire ſignificat.Captare.Terentius in adelphis.Poſtquam poeta ſenſit ſcripturam ſuam ab iniquis obſeruari. Audire. Plautus. Obſeruate oro ut blande palpetur mulieri.Do.
Obſeruatio pōtificalis eſt noīa ſacroꝝ locorū ſub congrua ꝓprietate ꝓferre.Ma.
Obſeruo ueneror.Virg.quarto geor.Præterea regem non ſic ægyptus & ingens Lydia:Nec populi Parthorum:aut medus hydaſpes obſeruant.Ser.
Obſeruo callide aduerto.Teren.in an. Obſerues filium quid agat.Ser.
Obſeruant modo ſpeculanť:alias uenerantur. Vir.Præterea regē nō ſic ægyptus & ingens Lydia nec populi Parthoꝝ:aut medus hydaſpes obſeruant.Aſco.
Obſidionalis corōa dicebať quæ ei q obſeſſos liberaſſet ab hoſtibus dabať:& fiebat ex germine uiridi ex eo loco decerpto in quo erāt incluſi.quæ corona ciuica corona ſingularis ſalutis ſignū erat.Fe.
Obſidionalis uniuerſorum ciuium ſeruator. Feſtus.
Obſido & obſideo ab eo quod eſt obſido obſidere facit media ſyllaba correpta:ab obſideo autem obſidere facit media producta eadē: Terentius in adel.Certum eſt obſidere uſq; donec redierit:& conuenit irato & repēte aggreſſuro.Do.
Obſonitauere ſæpe obſonauere:ſignificat aūt cōuiuere.Fe.
Obſonium coctum exculentum:opſon græce dicitur pulpamentum & diarum ab ὁσσω id eſt uideo & inſpicio:quod cū quid coquitur aſſidue inſpicitur.
Obſorduit obſoleuit. Cec.in hipponoliſtra:ia obſorduit iam hæc in me ærūna miſeria.N.
Obſtipus inclinatus.Perſius.obſtipo capite & & figentes lumina terræ & inclinato capite.
Obſtiturum uiolatū.Fe.
Obſtitutū obliquū.Fe.
Obſeruare eſt cuſtodire uel annotare: inde obſeruatio id eſt animaduerſio & ānotatio: uel obſeruare eſt admirari & uenerari homines tantum dignitatis uel uirtutis cultu: ūde fit obſeruantia quæ eſt ueneratio honoriſque exhibitio.Lau.
Obſoleo ex obs & oleo:ſicut obſcænuſ ex obs & cauendo uel cæno.Eſt enim obſolere inquinari.Cicero de Pom.obſoleuit iam iſta oratione multomagis q̄ uerbis refutata.Idem in primo rhetoricoꝝ:hoc uero a pleriſq; eorū deſertum obſoluiſſe.Pri.
Obſoleti id eſt ſqualidi ſordidi.Hora.ſecundo carmi.Tutus caret obſoleti ſordibus tecti. Acron.
Obſtinat obfirmat.Fe.
Obſtinate facere eſt aliquid ī alterius malum cum conatu facere perſeueranter & in alterius perniciem nimis niti.Teren.in an. Ita ne obſtinate dat operam me a glycerio miſerū abſtrahat.Do.
Obſtrudant auide trudant.Fe.
Obſtetrix dicitur quæ opē detulerit.ūde parturientes ſer opem clamant.Te.in an.obſtetricem accerſo.Do.
Obſtetrix ꝓ obſtitrix.Priſ.
Obſtringilare obſtare.En.ſaty.li.ii.Reſtitāt occurrant obſtant obſtringilant ouagitāt.Varro in manio:Lex neq; inocenti ꝓpter ſimultatem obſtringilat neq; nocenti ꝓpter amicitiam ignoſcit. Idem de re ruſtica lib.v. Qui quid inuidis tamū ſcriptoris obſtringilandi cauſa ut cum præclara quædam quæ laudes Idē de uita patꝝ li.iiii.Curio cum id feciſſet dicebat amicis ut illi renūciaretur ſe obſtrin

gilatu⁊ ne triumphus decerneretur aut nē itē⁊ ferret conſul.No.
Obteſtatio eſt cū dicit᷑ in meliorē partē uocatur deteſtatio cū in deteriorē.Fe.
Obteſtor & rogo differūt.obteſtatio enim dicitur quando eū adiuramus quē rogamus. Rogamus per eas res quas rogamus.Teren. in and.Per tuam fidem per quæ huius ſolitudinem obteſtor.Do.
Obtimati ſunt ut decurionatus ſiue pontificatus.Feſtus.
Obtundere eſt ſæpius repetendo eadem dicere:tranſlatio a fabris qui ſæpe repetunt tundendo aliquid malleo & idem obtundūt & hebetant.Teren.in an.Obtūdis tam etſi intelligo.Do.
Obtrectator eſt qui facit contra recte tractantes.Feſtus Pom.
Obtrudo infligo īpingo.Ter.in an.Ea quoniā nemini obtrudi pōtitur ad me.D.
Obtrūcare ꝓprie eſt capite cedere:capitur & ꝓ occidere.Virgi.iii.æneı.Polydo⁊ obtrūcat: id eſt occidit.Ser.
Obturare ex græco trahitur ab eo σύζαϛ qđ illi hoſtias dicūt.Fe.
Obtutu quaſi obtuitu a uerbo tuor quod ſignificat uideo.Fe.
Obuaricator diceba᷑ qui cuipiam occurrebat quo minus id rectū iter cōficeret.Fe.
Obuarare puertere deprauare dictum a uaris. En.in Achil.Nā conſiliis obuarant qbus cū concedit hic ordo.No.
Obuerſo & obuerſor idem.Pri.
Obuio tibi obuius tibi fio:obuius ſū tibi:obuium me tibi fero:obuium me tibi fortuna obtulit.Lau.
Obulo ciuitas eſt ſuper Beti quæ turdeano⁊ agro adiacet.diſtat autem a Corduba ſta.circiter.xxx.Strabo.
Obumbrare tueri defendere:tranſlatio ab arboribus.Vir.in.xi.Et magnū reginæ nomē obumbrat.Ser.
Ob uos ſacro ꝓ uos obſecro ut ſub uos plico ꝓ uobis ſupplico.Fe.
Ocaleæ boetiæ ciuitas.Home.
Occaſio opportunitas temporis caſu perueniens.Feſtus.
Occaſus interitus uel ſolis ī oceano merſio. Fe.
Occaſus europa & africa terminatur.Stra.
Occare & occator ab occidendo dictū: quod grandis terræ cedat globos.Fe.
Occare eſt cum ruſtici ſatione facta bobus dimiſſis grandes glebaſque cædunt ac ligonibus frangunt: dicta occatio quod quaſi cooperiat ſæmina.
Occationem ab occecatis ſæminibus qua id efficit᷑ dicitur.M.T.uoluit de lene ſparſu ſæmen cohibet ex quo occatio quæ ad hoc eſt nominata efficit᷑.No.
Occationis ꝓprietas his indiciis aperitur.Varro de re ru.lib.i.Et poſtea occare.i.cōminuere ne ſit gleba ꝗ ita occidūt occare dictū ſerenus occatio oceecatio eſt.No.
Occaſo.Lu.ii.Quæ horis ſublata duabus oīa ſūt ſole occaſo ductoq;.Pri.
Ochefius cuius filius Periphas a matre occiſus dicitur.
Ocellam actus paruis oculis.Caſſi.
Occepſo cœpero.Plau.i am.Ne ego illi puteo ſi occepſo aiam oēm intertraxero.No.
Occentare ꝓ cōuiciū facere dicebant:ut ꝓcul exaudiri potuiſſet quod turpe habet qa non ſine cauſa fieri puta᷑ inde cantilenā dici: qa illā nō cantus iucūditatē puto.Fe.
Occea eſt uicus ſabino⁊ reati finitimus.Stra.
Oceanum hiſt⁊ꝑ hiſter:rhenū:tagū:metau⁊ hibe⁊:uulturnū neutra ꝑ maſculinis profe rūt cū ſequit᷑ dictio flumen.Pri.
Oceanus qui omnem terram cingit ingens & infinitum pelagus & magnis æſtibus concitum:ita enim motus appellantur modo inundat cāpis:modo late nudat ac refugit:nūc alios alioſq; inuicem neq; alternis acceſſibus nūc in hos:nunc in illos impetu uerſum ſed ubi in omnia littora:quis diuerſa ſint terrarum'inſularumq; ex medio pariter effuſum eſt Rurſus ab illis colligitur:in mediū & in ſemet ipm redit:tanta ui ſemper immiſſum ut uaſta etiā flumina retroagat & aut terreſtria depræhendat animalia aut marina deſtituat neq; adhuc ſatis cognitū eſt anhelitu ne ſuo id mundus efficiat:retractamq; cum ſpiritu regerat undam undiq;(ſi ut doctioribus placet)unum animal eſt:an ſint depreſſi aliq ſpecus quo reciproca maria reſidant:atq; unde ſe rurſus exuberantia attollant:an luna cauſas tantis meatibus præbeat ad ortus terræ eius occaſuſq; uariantur:neque eodem aſſiduo tempore:ſed ut illa ſurgit ac demergit᷑: ita recedere atque aduentare comperimus: huc egreſſos ſequenteſq; ea quæ ex eūtibus deſtra ſunt.Pom.
Occiſum a necato diſtinguit᷑.nam occiſum a cedendo dictū:necatū ſine ictu.Fe.
Occidamus Plautus poſuit pro concedamus. Feſtus Pom.
Occiſitantur ſæpe occidūtur.Fe.
Occidi & interfici in animantia ueteres poſuerunt.Plau.in menech.Occiſa hæc res.Virgi. libro quarto geor.Fer ſtabilis inimicū ignē atque interfice meſſes.Salu.in ſecūdo hiſto. Multique cōmeatus interierāt inſidiis latronum.Nonius.
Occiſurus.Plau.in caſſina:cū de puella loque

retur occiſuꝝ dixit non occiſuram his uerbis: Etiam ne habet caſſina gladium habet: ſed duos quorum altero te occiſurum ait & altero uillicum. A. Ge.
Occidione occiſum exercitum populi Romani inquit. A. Ge.
Occidionis templum cur apud rhodios præconi ingredi non licet: an quod Ochimus filiam cidippem occidioni collocauit: Cercaphus autem frater ochimi puellam amans præconi perſuaſit. moris enim fuerat ut ſponſæ per præconem accerſerentur cum cidippem accæpiſſet eam ad ſe deduceret: quo facto Cercaphus puellam habens aufugit qui poſtea cum frater ad ſenectutem pueniſſet reuertitur manſit autem rhodiis cõſuetudo ne præco occidionis templum ingrederetur ob iniuriæ ac flagitii illius memoriam. Plu.
Occidiſſe magnos & probatos uiros dicebãt: ut quin occidit una Sarpedon qui mea progenies. Hora. car. Multis ille bonis flebilis occidit. Acron.
Occino occinui & occano occanui. Sal. primo hiſto. Iuſſu metelli tubicines occanuerunt. Probus tamen occini dicit cum cano faciat cecini. Pri.
Occule occulta. Cicero de ora. libro. ii. Interiũcta argumentoꝝ plærunqꝫ occulas ne qs ea numerare poſſit. Virgi. geor. li. ii. Quod ſupeſt quæcunqꝫ premes uirgulta p agros. Sparge fimo pingui & multa memor occule terra. Nonius.
Occupatus impeditus: ut græce dicitur ἄσκω id eſt uacuus non eſt. Plautus in amphi. Reuiſam ſi tu occupatus. Cicero tuſc. libro primo: Vt ſi occupati profuimus: aliquid ciuibus noſtris proſimus etiam ſi poſſumus ocioſi. Nonius.
Occupatus ager qui deſertus a cultoribus propriis ab aliis occupatur. Fe.
Occupare eſt proprie præuenire. Cicero tuſculanarum libro quinto. Quod id idem melioribus uerbis Metrodorus occupauit. Titin. ĩ ueliterna. Ergo occupa foras exire uoras ut proſit linteum. Virgi. li. xi. Et uenienti obuſo plagamque ferenti. Occupat os flammis facere ultro in regem: idem per eos & niſi clamoris regem auferre ceſſo occupare & me ĩ colloquium cõferre horum. Ennius. Hectoris luſtris: Hectori ſumma armatos adducit ſotas: caſtriſqꝫ caſtra ultro ferre occupat. Pacu. in doloreſte. Is qui eſt quã ſi illum occupas læto dabis. Varro ĩ phœbo. Crede mihi plures denarios ſerui cõederũt ꝙ canes quo ſi Actæon occupaſſet & ipe prius ſuos canes comedisſet & non necauiſſet ſaltationibus ĩ theatro fieret. Idem in eumeni. Priuſq̃ reſpõderem foris neſcio quis occuparet res indicare. Nonius.
Occupare eſt rurſus detinere. Plau. in epidico ait. Non decet occupatum tibi argentũ dies. Pacu. in atalanta. Super ſatis agere ut ne in mare animum occupes. M. T. de offi. li. i. Et ĩ ea funditus delenda occupati ſunt & fuerũt. Virgi. geor. li. iiii. Maniciſqꝫ iacentem occupat. Varro in eume. Cum in eo eſſet occupatus atqꝫ in ſchola curaret: ut ſcribit Stati. Orno per dionyſia. No.
Occupare eſt etiam inuenire tenere uel poſſidere. Plau. in trinũ. familiam optimã occupauit. Vir. æneĩ. li. vi. Occupat æneas aditũ cuſtode ſepulto. M. T. philip. li. viii. agros lucani poſſeſſiones occupãt. Idẽ in hor. Et paulũ marcelli occupaſſe. No.
Occupare collocare. Põp. in pictoribus. Quæ tuleram mecum milia decem uictoria tam græca mercede ilico curam: ut occuparem. M. T. in Ver. actiõe ſecũda. Præter eas pecunias apud populos occupat ut ſyngraphas faceret. Nonius.
Occupare eſt locũ tenere ut capere uel ui: ut Li. xxxiii. Nam & ipſis uocantibus urbẽ hãc accæpi: non occupaui. Sæpe eſt etiam ãte capere: uel quod eſt in cõmune: uel in medio. unde ſchema occupatio cum quæ in nos dici poſſent præuenimus. inde occupatus q negocio detentus non põteſt alteri operam dare. Cicero: Nemo me conuenire uoluit cui eſſem occupatus: id eſt cui cauſaret me quibuſdam aliis negociis eſſe præuẽtum. unde occupatio cum præter cætera alicui rei operam nauamus. L.
Occurrere dicitur obſcuꝝ fieri. Virgi. li. vi. hic illic occurrit Tydeus. No.
Occurrere ſubuenire cõmouere. M. T. de ſuppli. occurrebat illa oratio. No.
Occulto p occulte. Ser.
Occulo occului facit.
Oceanus a uelocitate qui & amphitrites græcis eſt: a quo omnia nata dicit Heſiodus. ũde oceanumque patrem rerũ ſcindit culpæ & abila montes qui & columnæ Hercu. in mediterranea irrũpit.
Ocellum eſt in tractu ticini recta ad ocellum uia præter Padum & duriam flumen eſt ex magna parte limoſa cõplures alios habẽs fluuios: quoꝝ durentia miliaria circiter. lx. habens: hinc alpes iam & ager gallicus ad montes lunæ incũbentes. Stra.
Ocellum eſt citerioris puinciæ extremum: a quo per alpes in ulteriorem galliam centroneſqꝫ nunc tarentaſios ac garocellos: caturiges: uocuntios: & allobrogas trãſitus ẽ. Auillanæ & ſecluſæ uicis pximũ: nũc ut cõiectu-

ra eſt nouelenſium nuncupatur ſecluſa autẽ ut nõnullis placet dicitur quaſi citeriorem galliam ab ulteriori ſecludens:dioceſis ẽ tauricenſis.
Ocha ab o articulo & χὴν χῆνος anſerẽ dixerũt:quidã o in au dixerũt aucham.
Ocheſius ætolorũ dux apud Troiã mortuus:
Occipitium poſterior capitis pars. Plini.decreto prouerbio dominorum in agrorum cura frontemq; domini plus prodeſſe q̃ occipitiũ nõ mentiũtur.
Occipitium dicitur poſterior pars capitis:ſincipitium anterior pars.
Ociũ moleſtũ podagrici pedes dicunt.Ma.
Ocium omne pabulũ primũ ociũ farrago uicina nouiſſime fœnũ ocinũ dictum ex græ. uerbo ὠκυσ quod ualet cito. V:
Ocium græci & a celeritate naſcendi dictum. Feſtus Pom.
Ocius & ociſſime poſitiuũ latinũ non habent ſed ab eo ueniũt quod eſt in græ.ὠκύσ. F.
Ocius ꝓ ocriter.Lau.
Ocimũ quod ocinũ dicimus.Var.de re ru.li.i Ocimũ nouiſſime frenũ uocari ocimum dictũ a græ.uerbo ωκοσ: quod ocintos ſimiliter quod ocimũ hinc ortoni.No.
Ocimũ herba hortenſis.Pli.xix.
Ocioſus ſecurus quia negociũ ſollicitudo eſt. Te.in an.Aio ocioſo nũc eſſe ſpero:& niſi.q. ſecutus nõ eſt ocioſus.Do.
Ocrẽ montẽ confragoſũ dicebãt antiq: hic dictæ ocreæ inæqualiter tuberatæ.Fe.
Ocior a græco.Pri.
Oycalus clarus pheax tempore Alcinoi quaſi uelox ut mare.
Ocyroe oceani & thetyos filia.
Ocyron fluuius in finibus arcadiæ.
Ocyus a græco.Ser.nõ uult cõparatiuũ tamen ociore ambitu inquit.Pli.ſecũdo.& q̃ ociſſime in ſeptimo.
Ocles dictus qui unũ oculum haberet: immo cocles quaſi ocles inquit Var.
Ocnus qui & Bianor filius Martis.Vir.x.
Ocra humillima pars alpiũ eſt ubi carnis adiũgitur qua ex aquileia onera plauſtris apportãtur ſta.nõ ultra.xl.diſtat:inde per fluuios ad iſtrũ uſq; uectantur.Stra.
Ocra genus cretæ qua pictores uti dicũtur ad ducendos colores.
Ocreæ utriuſque cruris tegmen quas inuenerunt cares.
Ocriculi ſunt in Vmbria thyberi ꝓpinq. Sũt intra montes apenninos ad ipſam quidẽ uiã flaminiam.Stra.
Octaphora quibus delicati & maximi uiri utebantur hoc uerbum apud Ciceronem eſt in tranquillum in gallicula quem ſcribit adeo delicatus inceſſiſſe nonnunq̃ ut octaphoro ueheretur aliæ lecticæ exaphora dicebãtur quod a ſex ſeruis ueheretur: de quo piphraſticos Iuuenalis eſt locutus cum ait cũ iam ſexta ceruice ſecatur hinc atque inde patens id non octaphorum & hexaphorum nominatur quod ſex geſtat homines.
Octigeni ꝓ octingenteni ſyncopatur.L.
Octodorus erat uicus ueragrorũ:nũc eſt oppidũ delphinati nomine ualentia.Stra.
Octophoro lectica geſtata ab octo ſeruis.
Octopes piſcis polypus a numero pedum.
Oculiſſimum clariſſimũ.Plau.oculiſſimũ hoſtiũ amicæ.Fe.
Oculatam pro præſenti poſuit. Plau. cũ dixit oculata die.Item ipſe pluris eſt oculatus teſtis unus q̃ auriti decem:id eſt qui ſe uidiſſe dicat.Feſtus.
Oculitus quoque dicitur ut funditus penitus quo ſignificatur tam charum eſſe q̃ oculum Feſtus Pom.
Oculitns aut animitus aut medullitus. Plaut. Corui qui amant ancillam meam fœdulium oculitus.Fe.
Odi & noui neque præſens neque futurum neque participium:Oſus tamen ex quo peroſus & exoſus & noſus habent:inde oſor.Pla. in aſina. Madidũ nihil incontinentem atq; oſorem uxoris ſuæ.Pri.
Odi interdum præſentis & pro præterito ponitur.Horatius primo carminum. Odi prophanum uulgus. Acron. Id uerbum ſignificatione paſſiua aliter formari non poteſt: niſi dicas odioſum illi:& ita declinatur. Diomedes.
Odi caret infinitiuo:nam odere nõ eſt latinũ: cuius loco dicimus odiſſe.Ter.in eu. Amari odiſſe ſuſpicari.Do.
Odio inſtantia.Te.in ecy.Tũdendo atq; odio deniq; affecit:Do.
Odioſus paſſiue qui odio habetur: inuidioſus cui inuidia.Terentius.Si porro eſſe odioſi ꝑgitis:id eſt moleſti.eſt enim odium moleſtia quoque: ut Teren.Nunquam tuo odio me uinces.Laurentius.
Odius halyzonum dux ab Agamemnone interemptus.
Odyſſea melius q̃ per.x.xiiii. Horatius lib.de er.Vly.
Odor litteræ commutatione dicitur olor: hic olet & odorari & odoratur: & odoraturus. Varro.
Odor quid ſignificat notum eſt:in plurali tantum odoramenta.Lau.
Odor eſt aer uapore percuſſus.
Odos pro odor.tranſit enim r in s.Plau.in capti.Quorũ ſub baſilica nos omnes adegit in

ſorum.Priſ.
Oebades proprium/
Oebades Darii ſtabularius:cuius induſtria regnū perſaꝝ adeptus eſt.
Oebalus rex laconum filius Arguli amyclatis unde prouincia Oebalia: alius Telonis regis Carpæ filius ex Sebetride nympha: de quo Virgil.vii.qui multos in Campania ſubegit: fauit Turno:a quo urbs Calabria & regio dicta eſt. Virgilius tertio georgicorum. Nancꝫ ſub Oebaliæ.Quidam ut Seruius nulli Oebaliam in Italia eſſe dicunt:ſed quia qui habitarunt tarentum ex laconia uenerūt: ideo ita dixiſſe Vir.
Oecalia Laconiæ pars prope Theſſaliam a ciuitate eiuſdem nominis:& ciuitas a flumine oecalico qui eam præterfluit.Homerus ubi eurytus pater Iolos regnauit:qui cū iam deſponſam filiam Herculi negaſſet: filii ſuaſu ipſum & filios interemit: & urbem euertit. Tortelius.
Oecinerys argiuus qui donauit Agamemnoni thoracem eximiū.
Oeconomus diſpenſator:inde oeconomica.
Oeconomiæ Hieronymus ſuper quæſtiōibus ad algauſiam homo quidam erat diues quibus habebat uillicū ſuū diſpenſatorem hoc erat οἰκονομος. ſignificat autem uillicus ꝓprie uillæ gubernatorem bene:& a uilla uilli ci nomē accepit οἰκονομος aūt tā pecuniæ q̄ frugū & omne quod damus poſſidet ſed penſatorē bene & οἰκονομικος xenophon tis liber eſt:nō gubernatione uillæ.i.diſpenſatione domus Tullio interprætante ſignificat diſpenſationem.
Oecūenicus ab ιοκουμενη græ.uniuerſalis.
Oedipus ab ἰοδημα græce tumor & ποὺς perforatis pedibus a paſtore & ſuſpenſo a phorbante paſtore Polybii regis corinthiorum inuentus eſt qui ad Meropem uxorem ſterilem dedit oedipus podis. Plau.tamē oedipo dicit ablatiuo.
Oedanuſa urbs eſt in Hiſpania iuxta oceanum Strabo.
Oega oppidum eſt iuxta hiberos.Stra.
Ogygia uero inſula eſt quam tenuit Calypſo ī mari ionio lacinio ꝓmontorio ꝓpinqua.alii in africa putant e regione ſyrtim:Pli.eam autor ſcribit Hom.in odyſ. Callimachus uero rephenditur qui eā gaudiū putat appellari.
Oeneus Parthonis filius rex Aeroliæ: cuius urbs Calydon pater Meleagri:unde oenides dictus.
Oenigenos unogenitos.Fe.
Oenotria dicta ē Italia: uel a uino optimo qđ in italia naſcitur.i.a απο του οἰνου: uel ut Var.a oenotro rege ſabinoꝝ.S.

Oenochorū theſſaliæ flu.in peneū.
Oenocrii populi italiæ ut in Italia.
Oenochonon flumen Theſſaliæ.
Oenogarū erat garū mixto uino apitius ſpondillos ex ſimplici oenogaro factos. & alibi. Ades oenogaꝝ in tubera & pipere.
Oenomaus Martis & Aeginæ: ut alii Eſtoropis filius Piſæ Elidis tyrannus ī Pelopōneſo cum unicam haberet filiam Hippodamiam audiſſetcꝫ ex oraculo ſe perituꝝ cū nuberet fretus duoꝝ equorū celeritate Pſyllæ Harpinnæ quos habebat certamē procis propoſuit id erat eiuſmodi ſtadiū a Piſa ad arā Neptuni Iſthmū uſcꝫ patebat ipſe arietem Ioui imolabat:interea inibat curſum qui petebat filia peractis ſacris Oenomaus currentē inſequebatur Myrtillo aurigante:quem cū erat conſecutus haſta cædebat ad necem marmatas:ut ſcribit Pauſanias primus in certamen deſcendit Pelops e phrygia ueniēs oenomaū ſupauit corrupto myrtillo abduxitcꝫ puellā: is eſt qui ut ſcribit Thucidides magnitudine opū quas e Phrygia attulerat deūixit ſibi Peloponneſi incolas qui pauperes erāt aꝗeos inſulam occupauit.hæc ex Diodoro.
Oenomaus filius Martis rex Helidis & Piſæ Hippodamiæ patre:alius Pelopōneſius iter ſectus ab Hectore.
Oenos uinū:ſed tātum in compoſitis utimur: ut oenophoꝝ.
Oenops etiam pelopōneſius Home.
Oenyphile dyrrachii mons eſt.
Oeris alias moeris lacus eſt in ægypto.xx. milia paſſ.ābitus q cāpus fuit aliqndo poſtmodū lacus altior q̄ ad ferēda nauigia opus ſit.
Oeſtres & Carathes duo ualidiſſimi fluuii in Pamphilia poſt Melan Oeſtros nauigari facilis:hic qa ſe præcipitat ita dictus inter eos Perga eſt oppidū & Dianæ quam ab oppido Pergeam uocāt templum trans eoſdē mons ſardemiſos & phaſeliſām opſo condita finis Pamphiliæ.
Oeſtꝝ furor græ.uocabulo.Fe.
Oeſtꝝ quod & aſylū nomē a uoce.
Oeſtꝝ fons ē Siciliæ apud quē muſæ colunt.
Oeſtros græ.ē.i.oiſtros:lati aſylus.uulgo tabanus dr.Ex ſoni autē ſimilitudine græci ipſū cōuertūt ονομα Τοποιᾶν faciēes quocirca Vir.iii.geor. Eſt lucos ſilari circū ilicibuſcꝫ uirentē:plurimus alburnum uolitans cui nomen aſylo.Romanum ē oeſtꝝ graii uertere uocantes aſper acerba ſonans.Ser.
Oetichus faber a quo Aiacis clypeus cōtextus dicitur.
Oeta rex colcoꝝ filius Solis ex Perſa Oeani filia:frater Perſes qui in Taurica regnauit qui habuit filiā Hecatē crudeliſſimā ſupra patrē

quæ hoĩes ſagittis appetere ſolebat: faciebat uenena:iuenit prima aconitũ quo patrem in teremit:regnũ occupauit:templũ Dianæ ſta tuit ubi nauigãtes hoſpites ſacrificabat quo clarior euaderet. Nupſit oetæ patruo ex quo genuit Circem Medeam Aegialeũ. Circe in uenenis plus matre edocta nupſit Sarmatha rum regi quæ ueneno interemit:& crudelita te ſua ad Italiam pulſa eſt. Medea cum paren tes crudelitate argueret cõſeruaret hoſpites a patre in liberã cuſtodiam deſtinata fugit ad Solis templum in littore argonautis illiũ ap pellantibus conſuluit.

Oeta mons inter Theſſaliam & Macedoniam clarus morte & ſepulchro Herculis.

Oetoſycos lingua ſcythica Apollo. Hero.

Oetus græ. oitos frater Ephialtis filius Aloei pugnauit cũ diis in Creta. unde oetii cãpi.

Oethyni populi iuxta pontũ.

Offerumẽta dicebãt quæ offerebant. Fe.

Offectores coloꝝ infectores. Fe.

Offectina tribus ab offente flu. dicta eſt.

Offendices dicebãt ligaturæ nodos qbus apex retinebat id cũ peruenißet ad mentũ dicebãt offendimentũ. Fe.

Offendo offenſio. Affra. i uopi. Quoq; nũc of fendo ſæpe ꝓcul noſtra ſint mala. No.

Offendo inueni. Ter. in heau. Ipam offẽdimus mediocriter ueſtitã ueſte lugubri. S.

Offendo reqre in uerbo excogitare. Lau.

Offendere eſt pœnitere. Tur. in pacteruſa. Ca nit ut offendi adimere pol. Lucil. xxix. Dein de mittit uirile uereꝗ bicetã bolũmo. No.

Offendere lædere. M. T. d ſup. li. viii. Cum iſte cũ pallio purpureo pariq; tunica uerſaret in cõuiuiis cũ mulieribus nõ offendebãtur ho mines in eo:neq; moleſte ferebãt. Luc. libro xxvii. Nã hic qdẽ reditũ talẽ ꝓtendebãt neq; alia ui ulla offendere. No.

Offendere inuenire: Pacu. in iliona. Quos ego ita ut uolui offendo incolumis. Affra. in ho mine. Et memoriter cum uero confectã ut offendam. Quadriga. in ãna. lib. ſecũdo. Inde poſtq̃ aliquantulũ receſſit offendit mõtẽ lo ca munita res quæ omnes militibus habere opus ſunt ligna:aquam: pabulum. Teren. in eu. Offendi adueniens quendã mei loci atq; ordinis hominẽ. M. T. de ſignis. Quod nudũ ꝑfectum templũ offenderet neq; ponere po tuere. Luc. xxv. Si quod uerum inuſitatũ aut getematicum offenderem. M. T. de repu. Sed imitor Architam illum tarentinum: qui cũ ad uillam ueniſſet:& omnia aliter offẽdiſſet. Plau. in amphi. Eo more expgefactam adue nient tenebroſum offendi domi. Varro. lx. Romam ingreſſus ibi mihi offendi quod an te ãnos qnquaginta cũ primũ dormire cœ pit reliqui. No.

Offendere iuenire. Luc. li. xxvi. Hoĩes ipſi hãc ſibi moleſtiã ultro atq; erũnam offenderunt ducunt uxores. No.

Offerre dicũtur tam bona q̃ mala ſi inſperata obiiciantur aſpectibus. Teren. in ecy. Sed cõ tinuo uultum earum ſenſi ĩmutari omnium quia tam ĩcommodo illis ſors obtulerat ad uentum meum oblatum in utranq; partem quicquid expectationem peruenit ad repen tina ꝑtinet:offerimus imerenti reddimus ei qui meretur. Do.

Offerre oſtendere. Vir. li. vi. Strictamq; aciẽ ue nientibus offert. No.

Offenſio offenſiuncula format diminutiuum. Ci. ꝓ Cluen. iſta in ædilitate offenſiũcula ac cæpta eſt. Priſ.

Offenſionis mons Hieruſalẽ fere cõtinuus eſt in accubitu montis olıueti:ſic dictus eo q; ĩ eo Salomon adorauerit idolũ Maloch.

Officioſus ab officiendo ſic dictus. Fe.

Officioſus qui diligenter colit amicũ.

Officere obeſſe. M. T. de of. li. iii. Demoliri ea quoꝝ altitudo officeret auſpiciis. No.

Officiũ beneficiũ. Vir. i. æn. officio nec te cer taſſe priorẽ pœniteat. Ser.

Officium dicitur ab officiendo ab eo qđ quæ ritur qđ efficere in eo unumquemque con ueniat pro conditione perſonæ. Teren. i an. Hoccine eſt officium patris:officium quaſi efficium ab efficiendo quid unicuique perſo næ congruat Do.

Officium ad uirtutem pertinet:ius ad doctri nam. Aſco.

Officium eſt uirtutis actio uel ꝓ loco:tpe re rũq; dignitate:ſiue pro eo quod dicimus de bitum ut officii gratia id eſt honoris debiti: inde ꝓ beneficio uel obſeqo:ut Quin. Eui cerũt officia magiſtratus quoq; officium di citur ſiue honoris cauſa:ſiue ferendæ opis:ſi ue quod ius ſuũ cuiq; reddat facit: inde qđ ſuum ẽ cuiuſq; officium dicimus ut officiũ medici. Lau.

Officiũ artificio mutat:& ideo ſi ex officio qs ad artificiũ tranſierit:qdã recte putant lega tũ extingui nõ idẽ ecõtrario quõ lecticarius coquus poſtea factus eſt.

Officio officior paſſiuũ. Luc. in. ii. Quapp̃ter ſimul iter ſe retrahũtur & extra officiũt. P.

Officina quære in uerbo argẽtarii. Lau.

Offringere reqre in uerbo ſeges. Do.

Offringi terra dicitur cum iteꝝ tranſuerſo ſul co aratur. Fe.

Offucias fallacias. Fe.

Offucare aquã infantes ad ſorbẽdum dare. F.

Offulas quibus rebus dii boni quanq; exqſitis & pene incognitis delitiaꝝ quos illic piſces

quaſq; offulas nominant: & tamẽ precia illis minora conſtituit.Ma.
Ogdus ægypti res qui & uohoreus cognomia tus qui Memphim condidit.
Ogdolapis nauigabilis flu.ex alpibus flues ad urbem irrũpit.Stra.
Ogygia moenia thebana ab Ogygio condito re dicta.Fe.
Ogygia inſula foenici & ſyrii maris a rege : in qua regnauit Calypſo.
Ogygis thebáo℞ rex ſub quo primũ diluuiũ Augu.xviii.nõ illud maximum dicit:ſed ma ius q̃ ſub Deucalione.
Ogyginus mons apud thebas eſt ab ogygio re ge ſic dictus.
Oicleus oi diuiſus Antiphatis filii Menalippi filius:pater Amphiarai uatis argiui.
Oileus locro℞ rex:pater Aiacis.
Olat ꝓ oleat.Affra.in fratre.Nõ põt qn illa tã ta longeq; & multis olat.Pomp.ltileombus aleo ludã ſane olant manus.No.
Olea arbor eſt ipſa:unde deriuatiuum eſt oleũ Virgilius ſecũdo geor.Sed truncis oleæ me lius.Seruius.
Olea ab oleo:olea grandis architis ꝙ eã ãtiquo orche more hinc ad pecudis carnes peruen tum eſt:carnes paruæ.V.
Olores amycleos appellant quod biga Vene ris duobus oloribus trahitur quos amycleos perpetuo epitheto appellarũt poetæ:ex quo Iuppiter ſub forma cygni cũ læda cõcubuit nam amyclæ oppidum laconiæ patria Hele næ Caſtoris & Pollucis.
Oleanigenis coronis miniſtri triũphantiũ ute bantur ꝙ Minerua dea belli eſſe putabat̃. F.
Olea℞ genera hæc enumerant̃:affricana: albi gera:aquilia:alexãdrina:ægyptia:colũnea:cõ ditina:latiniana:arcas:oleaſter:pauſia:ſoleuti na:ſergiana:& trimutia.Ma.
Oleatoca male odoris loca.Fe.
Oleaſt℞ ciuitas eſt iuxta Saguntũ.Stra.
Oleaſt℞ olea ſilueſtris nõ diminutiuũ.L.
Oleaſter ſilueſtris oliua ẽ:nõ diminutiuũ. La.
Oleneus mons arcadiæ:q & Meneus dictus ẽ.
Olenos urbs ætoliæ iuxta quam aper calydo nius interfectus eſt. Altera ſecundũ lginũ in boetia ab oleno Vulcãi filio ubi capra amal thea nutrita.Oui.oleneũq; pecus.
Oletũ ſtercus humanũ Veranius ſacerdotula in ſacrario fecit Martiali oletũ.Fe.
Olera ab olla dicta quo℞ a genere cruda olera equis ad coquendũ.V.
Oles apud Enniũ decem coclites quas monti bus ſũmis riphenis foedere ab oculo cocles: ut oles dictus quod unum haberet oculum quo circa in gurgulione eſt de oclitum pro ſapiæ eſſe te arbitror : nam hi ſunt unoculi.
Varro.
Olentis fetenti:ut.herbas cõtũdit olẽtes. & Hor.graue olentia centaria.Acron.
Oleo es & olo is.Affra. Nõ põt qn in illa ẽ tan ta longeq; & cũctis olat.Plau.in mu.Nõ oẽs poſſunt olere unguenta exotica.eſt eni iam bus.Priſcianus
Oleo oleui & olui:& ſic redoleo:idem enim ſi gnificant.Hor.prima epiſtola. Vina fere dul ces oluerunt mane camoenæ.Caſſius ad Ty beriũ.At contra ægyptios ſacrificiũ ubi inte grũ anſerem adoluerunt inde adultus An tiaieo omnes hoſtiæ uituli.xxvii.collecti: & ita oĩa adulta ſunt.Priſ.
Oleo oles apud ueteres olant. Plau in cornicu la:olẽt res arabices perinde quaſi olo olis ſic dicendum.Dio.
Olibantũ menſa uinaria rotunda nominabat̃ ut etiam nũc in caſtris id uidetur deriuatũ a græco.Varro.
Olympos quattuor fuiſſe accepimus & Stra bo obſeruauit:quo℞ duo ſũt alter idæ phry giæ ad antãdri ora ubi Sophocles Menælaũ ita Agamẽnonem alloquentem introducit. Tu hic conſiſtens ad ideam Tellutẽ ex olym po greges cogens imolat tibyæ ſonitum al ter i Miſia quem Plinius ſcribit miſũ quoq; dictum fuiſſe & iuxta olympenam ciuitatẽ tertius in Theſſalia de quo nũc loquit̃.quar tus in Leſbo inſula.
Olympus ciuitas iuxta olympum templum ẽ in Peloponneſo:locus autẽ ubi ludi celebra bantur olympia dicebantur : nam olympus mons nõ olympus tamen procul abeſt neq; in monte hi ludi agebantur.
Olympus mons ẽ terræ iteriores macedoniæ claris locorum nominibus inſignes pene ni hil ignobile ferũt hinc non longe eſt: hic Pe lion:hic oſſa montes gygantum fabula bel lo memorari:hic muſarũ parens domuſque pieria:hic nouiſſime calcarum grato Hercu li ſolum ſaltus oeteus:hic ſacro nemore no bilia tempe:hic libethra carminumq; fontes adiacent.Pomp.
Olympus eſt mons in græcia.Stra.
Olympus mons altiſſimus inter Theſſaliã & Macedoniam:alter in Gallogræcia:alius apd Myloſ:ad cuius radices Pruſia ab Hãnibale cõdita. Quartus ad mare rub℞ in æthiopia q oriente ſole uſque ad quintã diei horã flã mas emittit.
Olympia foeminini generis locus ipſe dicitur: neutri uero generis certamina.Ser.in ar.
Olympionices q in olympo certamine uincit
Oligarchia principatus pauco℞.
Olynthus urbs Sithoniæ iuxta Atticã abAthe nienſibus deleta quod ad Philippũ defecerat

Oliuetam dicebant ab oleis: ut a uino uindemia. Feſtus.
Oliuitatem fructus olei. Varro in gloriperito. Tum denique omnes cum lucerna obuſta ē illucubrandi oliuitaſque conſumpta eſt. Idē de republica libro primo. Non modo ītegra exiui ſed etiam maior q̄ in arbore unquā pependerit: de oliuitate oleas exui optime conſcribit. Ca. N.
Olim trinam habet ſignificationem temporū meos olim ſi fiſtula dicat amores, olim temporis futuri. Virgi. æneі. li. i. Hūc tu olim cœlo ſpoliis orientis onuſtum. Accipies ſecura. Luc. ſat. libro. xviii. Sic tu illos fructus aduerſa hieme olim. Tur. in philopatro. Deinde cū a te redierit res olim poſt mortem patris. Afra. in ſuſpecta. Non amatorem olim denſare ut per eum uolet. No.
Olim tēpus præteritum ſignificat: ut olim arbor: præſens & tēporis quod fructibus. olim tūditur futuꝝ. nūc olim quocūꝗ dabunt ſe tempore uires. Ser.
Olim ꝑ nuper. Teren. in an. Alium cenſes eſſe nunc atꝗ olim cum dabā: & olim futuri tēporis. Idem in phor. olim dies iam ne ea præterit. Do.
Olim quandoque. Virgi. ii. geor. Ac iam olim feras poſuit cū uinea frondes. Ser.
Olim aduerbium eſt cuiuſlibet temporis & ſignificati quouis tempore. Virgi. ii. geor. Hic tibi præualidas olim multoſꝗ fluentes: Sufficiet baccho uites. Ser.
Olim futurum etiam ſignificat. Virgilius ī bucο. O mihi tum q̄ molliter oſſa aquieſcent. Veſtra meos olim ſi fiſtula dicat amores. S.
Olim diuerſorum temporum aduerbiū. Virgilius in quarto georgicoꝝ. Deprenſis olim ſtatio tutiſſima nautis. Pro præterito præſētis: ut idem ſecūdo georgicoꝝ. At iam olim feras poſuit cum uinea frondes. Pro futuro idem. Forſan & hæc olim meminiſſe iuuabit. Priſcianus.
Olim iam pro iam longo tempore. Quintilia. Olim iam imperator inter fulgētes uirtutes tuas liuor locū quærit. & pro futuro ut idē: Qui olim nominabuntur & pro aliquando & pro ianduddum: ut Curti. Olim enimuero mero ſenſibus uictis ex lecto ſæpe conſurgit. Diu uero ſignificat per longum tempus ut diu equitaui: ſic tandiu & iandiu: quæ abhorrent a uerbis momentaneis quæ iā pridēdem poſtulant: ut iampridem duxi uxorem. Laurentius.
Oliua arbor: & oleo fructus: oleum liquor eſt Caper.
Oliua arbor: olea fructus. Virgili. contraria poſuit. Ser.
Oliua fructus eſt: unde & oliuum dicitur legimus tamen oliuam de arbore. Virgilius ī bucο. Incumbens tereti Damon ſic cœpit oliuæ. Seruius.
Olitor ortulanus & qui olera uendit. Neuius in appella. ut illū differūt q primū olitor cœpam ꝓtulit. Ser.
Olitor eſt qui ortū oleꝝ exercet olus ē oīs herba qua ueſcimur. Lau.
Olitoriū foꝝ hoc erat antiquū macellum ubi oleꝝ copia: ea loca etiam nunc lacedæmonii uocant macellum. Var.
Olli apud Enniū. olli reſpondit ſuauis ſonus egria olli ualet dictum illi ab olla & ollo qđ alterum comicis cum recitatur a præcōe dicitur olla centuria non illa alterum apparet in funeribus indictiuis quod dicitur ollus leto datus eſt: quod græ. dicit λοιοн id eſt ob liuioni Varro.
Olli pro illi tranſit i in o.
Ollic illic. Fe.
Ombrici populi iuxta illyricos: unde carpis & alapis fluuii in iſtꝝ cadūt. Hero. iii.
Omnino quod & motum dicūt ut nec minui nec addi poſſit & ut omnino duo genera decertandi hoc tantum: non igitur recte dicitur omnino ad te ueniam: ſed certe procul dubio.
Omnis ſuperlatiuo abhorret: ſed dicimus optimus quiſꝗ. rurſus oī bonus: non aūt qſꝗ Itē alio caſu: ut quiſꝗ maximo animo diuitias contēnat dicimus. præterea quiſꝗ uel oīs pius: & quæ carent ſuperlatiuis ſicut ordinalia noīa: ut primo quoꝗ tpe: tertio quoque uerbo ſic unuſquiſꝗ ſingularis quiſꝗ quæ uim habent ſuperlatiui. Lau.
Omne caſtū ueteres īcorruptum ſub uirginis uocabulo appellauerūt. Ci. in orato. Philoſophia caſta uerecūda īcorrupta uirgo. Ser.
Omen dicitur auſpiciū ꝓſpeꝝ. Virgil. geor. li. quarto. Omine quo formans animū ſic incipit ipſa. Ser.
Omen ſignificat aduerſa. Vir. li. xi. Neue omine tanto ꝓſequere. Ser.
Omen uotū eſt mentis & uocis unde ſacrificātibus dicit̄: bona aūt oīa id eſt cum circūſtātes & bona mente uelint & rectioribus proferant. Ser.
Omen ab ore. Varro.
Omen uelut oramē quod fit ab ore auguriū quod nō auibus alioue modo fit. Fe.
Omentū require in oſſa dentes. Ma.
Ominas. Pōp. in cur. uel petitur bene eueniat: ita ſit & tibi bene qui recte ominas. Ser.
Omitte dicebant ueteres qđ nos dimitte. Vir. Omiſſos iam hinc obliuiſcere graios. Ter. in phor. Nūc dimitte quæſo hunc. Sal. Pactiōe

omiſſa publico legato.Do.
Omiſſior negligentior.Te.in adel.At eni meas ne ab re ſint omiſſiores paulo. Idem in heau.Vbi te uidi animo eſſe omiſſo:cui contrarium eſt attentior.Idē paulo poſt. Ad oīa alia ætate ſapimus rectius ſolum unum hoc uitium ſenectus affert hoibus attentiores ſumus ad rem oēs.Do.
Omonyma quæ idem nomen habent: id eſt æquiuoca.
Omphacium uinū artificio factū ab ομφαξ ομφακος id eſt uua acerba.Pli.xiiii.
Onager aſinus.Fe.
Onager aſinus ſyluester id ē ονος αγροικος Virgi.iii.geor.Sæpe etiam curſu timidos agitabis onagros.Ser.
Oncheſtius auus Hippomanes.
Oncheſtus locus in quo Neptūni templū fuiſſe Homerus refert.
Onchiſton locus in finibus Thebai.Home.
Oneratus eſt qualicunq preſſus pondere neq aſpiratione habet:quia ab onere uenit.Ser.
Oneſicritus philoſophus ſecundū quoſdā æginenſis:ſecundū alios aſtypalēſis.militauit cū Alexandro:ut Xenophon cū Cyro & Alexādri initia & laudes ſcripſit.
Onites ꝓprium uiri ſecundū Seruium.xii.Donatus gentile uel patronymicū dixit:ſed neſcire gentem.Tor.
Onyx lapis ungui ſimilis.Hora. Nardi paruus onyx metallū gēmæ ſimile:de quo parua uaſa ad unguenta fiebant.Acrō.
Onyx ſignificat lapidē coloris unguiū. Onyx enim ſignificat ampullam marmoream: ut Porphyrio interp̄tatur.
Onyx urna ex marmore onychite.Porphyrio tamen onyx ꝓ ampulla accipit.
Onychiten marmor uocat Plinius in Arabiæ montibus:nec uſq̄ alibi id naſci putarunt antiqui:colorem unguis habet unde nomē accepit:nā ονυξ ſignificat unguē apud græcos.
Onobatim quā nam apud cumeos fuiſſe dicimus:ſi qua in adulterio mulier depræhenſa fuiſſet hanc in foro deductam & ſaxo impoſitam ſpectandam omnibus proponebāt:inde ſuper aſino collocatam & circa urbem ꝑuectam in eūdem locum reſtitui oportebat: ex illo infamia notatam enobatim appellandam cenſuerūt:& ab eo tempore lapidē tāq̄ impurum ac deteſtabilē uitabant:Erat quoque apud illos magiſtratus philactum appellabant:quem qui obtineret reliquū quidem tempus carcerem ſeruabat.nocturno autem cum in ſenatu ueniens reges manu app̄henſos e curia educebat:quos tandiu detinebat donec de eorum imperio ſenatus occulte ſētentiam tuliſſe ſuffragiis: an iuſte facerent: an non.
Onoba ciuitas eſt inter ſacrum promontoriū & herculeas colūnas.Strabo.
Onomatopeia id eſt nominis fictio a nomine & ποιεω ut balatus ouiū:boū mugitus: taratātara tuba.
Onophrius ab onos aſinus.
Onolon mons eſt theſſaliæ.
Onoleus alias monoleus lacus eſt Aethiopiæ haud longe a ptolomaide epita cognominata ad uenatus elephantorum a Philadelpho condita.
Onus pōdus nimiū.Hora.i.car.Nec iam ſuſtinet onus ſyluæ laborantes.Acron.
Opaca umbroſa.Fe.
Opalia dicebantur dies feſti quibus opi ſupplicabatur.Fe.
Opalia ab ope diē tertiū poſt ſaturnalia.V.
Opalibus reqre in ſaturnalia Ma.
Opes auxilia.Hor.car.Nec priami domus perſtura pugnaces achiuos: ætoloꝝ opibus refringit.Te.Iuno lucina fer opē.Acrō.
Opem cum ſignificat auxilium nominatiuū non habet.Ser.
Opperiri expectare.Fe.per unū p opior tegor.
Opertat ſæpe operit.Fe.
Operibo ꝓ operiā.Pōpo.Profecto moꝝ pater hic eſt negabo eſſe hic me opibo caput.No.
Operari eſt deos religioſe & cū ſacrificiis ſumma cū ueneratione litare uel cōuiuari.Pōponius in p̄cone.Ad Veneris ædem ꝑfectus ē mane uetulus uotū ut ſolueret in me operatus ē.Affra.in excepto. Proficiſcor res locus tēpus ſimul ociū hortabaꝛ ut opatū illū Dianæ digererē ſanctū diē.Idē in eodem Iubeo hominē tolli & collocari & confouerı:ſoluo ſi operam Dianæ.Virg.li.i.geor.Lætus opatus in herbis.No.
Opera ꝓ pecūia uel occaſiō uel facultas.Plau. in aulu.Da mihi operā paꝝ ſi opa ē Euclio id quod te uolo.Affra.in uopi.Deinde id qđ dedita opa cōtrouerſiæ cōtinuo.No.
Opera & culpa non idem ſunt.opera enim eſt ſi ſcientes læſerimus.culpa ſi neſcientes quorum alterum ſceleris opera ſcilicet: alterum ſtulticiæ.Teren.in ecy. Non pol mea opera neq culpa euenit.D.
Opera eſt actio labor uel operatio.opus eſt finis fructuſq operæ:unde dicūtur opera auctoꝝ uel publica ædificia ueꝝ cōfundūtur ꝙ opus ꝑ arte & labore animi ſumiꝛ ut opuſ ruſticum:opus tectoriū:operas quoq perſonas quæ aliquid faciūt dicimus ſicut cuſtodia quæ cuſtodit.
Operationes ueteres ſacrificia dixerūt. Vir.lætus operatus in herbis.Hora.car.Prodeat iuſtis operata ſacris.Acron.

Operor ſacrificia pſicio. Vir.iii.æneı. Aruiſq; nouiſq; opata iuuentus.Et Iuuenalis:Et matutinis operatus feſta lucernis.Ser.
Operæpreciū dicitur de mirificis & laudibus nam ut ea quæ magna ſunt etiam ſi mala tamen mira mirarū:quia libenter audiamus & hoc preciū eſt operæ id eſt audiendi. Ter. in an. Audireq; eorū eſt operæprecium audaciam.Donatus.
Operæpreciū ab opera dicitur id eſt fructuoſum & ad rem pertinens:quia decens iucundū & glorioſum eſt.Lau.
Operarios.Caſſius ſcribit operarios parandos eſſe q laborem ferre poſſint ne minores annoꝝ.xxii.& agriculturam dociles.Var.
Operoſus q rebus agendis operā dat.Oui.Moles operoſa laborat quæ ab aliquo opata eſt nō multaꝝ operaꝝ.Lau.
Opere legato conducto his uerbis ſignificari Labeo ait: id opus quod græci το ἔργον uocant:id opere facto corpus aliquid perfectum.
Ophırus flu.eſt apud cantabros & opharitas in langoum flu.defluens.
Opheltius troianus.
Opheltes nauta tyrrhenus.
Opheleſtes troianus.
Ophiuſa inſula eſt iuxta ebuſum una cū gymneſiis.Strabo.
Ophis ſerpens.
Ophiophagi qui ſerpentes mandunt.
Ophiophagi uocātur qui partem pacahiæ habitant quos ex facto quia ſerpentibus ueſcūtur ophiophagos uocāt.Pom.
Ophites marmoris genus habens maculas ſerpentis.
Ophiulcus ſerpentarius: quem Seruius Aeſculapium dixit.xi.
Ophiogines ſerpentibus generari:de qbus Plinius ſeptimo.
Ophthalmos oculus in cōpoſitiōe utimur: ut ophthalmia & triophthalmus lapis qui tres oculos ſimul exprimit & ægophthalmus q oculum capræ.Pli.xxxvii.
Ophthalmia oculi morbus quibus pleriq; aſpirationem detrahunt.ē & cibi ſpecies apud Plautum.
Oppido ꝓ uero uel ſtatim.Plau.Reddidi omne auꝝ oppido.Ser.in ar.
Oppido ualde.Plau.in amphi. Oppido interii obſecro hercle quantus eſt q̄ ualidus.No.
Oppidum dictum quod ibi homines opes ſuas conferant.Fe.
Oppidum dicitur & locus in circo unde quadrigæ emittūtur.Fe.
Oppidum dictum eſt quod opem præbet.Fe.
Oppidum puteoli a puteis:require in puteolū Varro.
Oppidum ab opi dictum quod opis cauſa ubi & quod opus eſt ad uitam gerendam habeāt tuta oppida.Var.
Oppiter eſt cuius pater auo uiuo mortuus dicto uocabulo:aut quod obitu patris genitus ſit ꝗ auum poſt patrem habeat: id eſt ꝓ patre.Feſtus.
Opitulus Iuppiter: & opitulator dictus quaſi opis lator.Fe.
Opipaꝝ magnaꝝ opū apparatū.Fe.
Opillo genus auis.Fe.
Opigenam Iunonem matronæ colebāt quod ferre eam opem in partu laborantibus credebāt.
Opinabile. Cicero academicoꝝ libro primo. Itaq; hanc omnem artem uerum opinabile appellabat.No.
Opinio eſt fama.M.T.ad Cæſarem iuniorem libro primo:Erat opinio bona de Platio:bona de Lepido.No.
Opinio ſi opinio uocanda eſt quæ idoneis firmatur auctoribus:reqre in ſatur.Ma.
Opinio ſuſpicio.Varro in eumenidibus. Qui omnes me bima terra agitare clamantis opinionem mihi inſaniæ meæ confirmāt.Acti. in euryſace.Opinione factum eſt quanto minus ſtirpem educabant:tanto uteremur magis eos eſſe. M.Tul.de offi.libro tertio. Qui primum in hæc natura cohærentia opiniōe diſtraxiſſent.No.
Opinio ſpes:opinatio.M.T.ad Cæſarem. Poſt hac quod uoles a me fieri ſcribito unicā opinionem tuam. Idem de officiis libro tertio. Opinionem afferunt populo eorum ſimiles fore ſibi delegerint ad imitandum.Varro in eumenidibus.Sic ad uos citius opinione uetilabundus miſer decidi. Siſenna hiſtoriarū libro quarto.Popendius opinione fruſtrata. Seruius.
Opino ꝓ opinor. Plau.in bach.Præneſtinum opino eſſe ita erat glorioſus. Pacu. in criſe. Inueni opino eſſe optimū.& ꝓ uiribus ſape atq; fabulari tute nō eris.
Opitulatio eſt dicta ab ope & tollendo id ē ferendo opē:ferre dicitur in malis rebus & his qui de ſalute dubii ſunt:ut fer opē. ſerua me obſecro.Terētius ī andria. Sin opitulor eius uitæ timeo.Do.
Opificem non ex ope poſſe dici. Ci.tuſcu.lib. qnto auctor eſt aduena quidam & ignobilis uerboꝝ opifex inſinuaſſe in antiquam philoſophiam uidetur.No.
Opis pro poſſibilitate. Virgilius primo ænei. Non opis eſt noſtræ Dido.Et ꝓ auxilio.Terentius.Fer opem:ſerua me.in plurali ꝓ diuitiis.Virgilius primo æneidos. Auxilio tu-

tos dimittam opibuſque iuuabo. In plurali etiam pro auxilio ponitur:ut in epiſto.Ci.ad Quintũ fratrẽ. Nũc ita accidit ut neque pictores ſuis opibus neq; ſtudio noſtro quicq̃ ꝓficere poſſimus.Ser.

Opis nympha prima longa & urbs iuxta quã tigris ꝓfluit in mare rubꝝ.Hero.

Opici fuere Cãpaniæ populi in quibus numerabantur Baiani:Cumani:Puteolani:Neapolitani.hæ nãq; urbes opicorum dicuntur fuiſſe. Auli Gellii ex undecimo noctium atticarum uerba ſunt hæc:Percunctanti cuipiam qui & litterarum & uocum græcarum expers fuit:cuius nam liber & qua de cauſa ſcriptus eſſet:nomen quidem ſcriptoris ſtatim diximus:rem de qua ſcriptum fuit dicturi hæſimus.paulo autem poſt ſubdit:Tum ille opicus uerbis meis inchoatis & incõditis adductus hæc Gellii uerba aperte declarãt per ea tempora uocem opicus:obprobrii uim habuiſſe & in cõuitiis in illos dici ſolitam qui litteras neſcirent & incultius ineptiuſque loquerentur:idq; etiam Iuuenalis uerba indicant cum ait opice caſticat amicæ: id ẽ quæ non latine loqueretur:ſed opicæ. Et qd mirum cum ab oſcis qui fuere campaniæ populi deductum ſit nomen oſcenus .& Feſtus dicat opicũ pro oſco poni ſolitũ Cato ad filiũ de græ.nos quoq; dictitant barbaros & ſpurios:noſq; magis q̃ alios opicos appellatione fœdant.

Opimianũ uinũ:nam Lucio Opimio conſule cum Gracchus tribunus plebis interemptus eſt temperies quædam fuit:quæ coctura dicitur tanta uini fertilitate & ꝑſtantia ut quæ eo anno diffuſa ſunt in ducentiſimũ fuerint ſeruata redacta in ſpeciẽ mellis: ut ſcribit Plinius id uinũ a Mar.multis epigrãmatis celebratur idem uinum celebrat Cicero & Antianum anno autem opimii Liuius Druſus autor fuit belli ſocialis.

Opianus erat captator apud græcos poeta eſt qui de piſcibus carmine elegantiſſime ſcripſit:quem imitatus eſt Ouidius apud latios operis eodem argumento ut apud Plinium legimus.

Opimianũ uinum dictum eſt a. L.Opimio cõſule qui eo anno geſſit cõſulatum quo gracchi ſeditionibus popularibus interierunt:nã eo anno cœli temperies quæ coctura dicit̃ magna uini copia & præſtantia: quod uinũ in.cc.annos ſeruatum eſt redactum in ſpeciẽ mellis tantæ exiſtimationis ut amphora centenis nũmis ueniret. adhibebant aliis medimenta ut opimiana uiderentur alibi Martialis: fœlix autũnus opimi. Cicero in oratore & Plinius autores.

Opima ſpolia quæ dux duci detrahit.Vir.æn. x. Aut ſpoliis iani raptis laudabor opimis. S.

Opicũ dicitur quaſi ꝓ oſco. ſic iuenimus.oſcis.n.frequẽtiſſimus fuit uſus libidinũ ſpurcaꝝ.unde & uerba impudentia appellantur oſcena.Titin.oſce & uolſce fabulantur:nam latine ſeruiũt.Fe.

Opites argiuus q̃dã ab Hectore interfectus.

Opiternũ oppidulũ ex inundatiõe rauenẽſiũ paludiũ mari uicina.Stra.

Opicilini Campaniã habitant ut Antiochus ſcriptũ reliquit.opicii aũt auſonii appellabãtur.cæterũ Polybius duos hos fuiſſe populos oſtendit.nam opicos & auſonios agrum circum crateram icoluiſſe memoriæ ꝓdidit Alii aſſerũt opicos prius & auſones habitaſſe q̃dẽ gentẽ oſcã illos poſteriori tẽpore ſub iugaſſe:hanc ipſam a cumanis eiectã:illos ab thuſcis expulſos.cãpeſtria eni illa ꝓ loci uirtutẽ ꝑ auiditatẽ bella cõcitaſſe: cũ urbes.xii. populoſæ forent capuã perinde ac illarũ caput dominãtur.Stra.

Opicus macedoniæ mons eſt.

Opobalſamũ ſuccus collectus ex arbore.nam ὀπὸς dicitur ſuccus.Ser.

Opobalſamũ ſuccus balſami & pro unguento odorifero.Ser.

Opportune dicit̃ ab eo ꝙ nauigãtibus maxĩe utiles optatiq; ſũt portus.Fe.

Opportune & in ipſo tẽpore nõ eſt idẽ. & eni opportũe dicimus cũ uerbi gratia iuitati ad ipſum tempus incipiẽtis prandii uenimus i ipſo tempore cũ iam prandiũ appoſitum ẽ. Te.in ecy.Opportune te mihi Phidippe atq; adeo in ipſo tpe oſtendis.D.

Oporteo & oportet.Ceci.Morboſũ factum & ea quæ oportuerit facta nõ ſint.

Oportet legere libros uel expedit uel utile eſt uel operæpreciũ uel neceſſe uel conducibile ꝑ paſſiuũ quoq;:ſed potius ad normã grammaticoꝝ:ut oportet legi libros.in præterito uero magis ꝑ paſſiuũ uſurpãt auctores. Ci.i Ver.Tamẽ id factum nõ oportuit.Lau.

Opoſcicella urbs eſt in Hiſpania:quã Antenoris comites & filioꝝ habitauerũt cum in Italiam curſum tenuerũt quam & lactiſſimam uocant.Stra.

Oportebit uerbum tam præſens q̃ futuꝝ tẽpus ſignificat.

Oportere uerbũ nõ ad facultatẽ iudicis pertinet qui poteſt uel pluris uel minoris cõdemnare:ſed ad ueritatẽ refertur.

Opon promontoriũ Cretæ inſulæ in occidentem uergens.

Oppetere occũbere:mori.Virgi.æn.li.i. Quis ante ora patrũ Troiæ ſub mœnibus altis cõtigit oppetere.No.

Oppetere incidere.Plau.in aſi.Atqꝫ illa uiua ui uus ut peſtem oppetas.No.
Oppido ualde multum. ortum eſt autem hoc uerbum ex ſermone inter ſe confabulantiũ quãtum quiſq; frugum faceret ut quæ multitudo ſignificaretur ſæpe reſpondebaẽ quantum:ut oppido ſatis eſſet hinc in cõſuetudinem uenit ut diceretur oppido ꝓ ualde multum atque ſequi in aliis rebus eo utũtur: ut puta ſi quis dicit oppido didici:ſpectaui: ambulaui:errant qui nulli eoꝝ ſubiici põt uel quod ſatis eſt.Fe.
Oppido aduerbium ꝓ ualde poſitũ frequens eſt.Ter.in phor.Vide pater adoleſcentis uenit cunque hoc animo iniquo oppido ferre aiũt.Ser.
Oppido ualde tranſlatio a ruſticis qui interrogati quemadmodũ fruges uenirent reſpõdebant oppido.i.quæ ſibi & oppido ſufficere potuiſſent.Ter.in ecy.Enim eam laſſam cã oppido tum agebãt.Do.
Oppidum ab ope dicitur eius cauſa neceſſaria ſint conſtituta.Ser.
Oppidum ꝙ primũ conditum in latio ſtirpis romanæ lauiniũ.nam ibi dii penates noſtri hoc a Latini filia quæ coniuncta Aeneæ lauinia appellatũ.hinc poſt.xxx.an.oppidũ alteꝝ cõdiẽ alba:id ab Sue alba denoĩatũ.hæc & naui Aeneæ uecta cũ fuiſſet lauiniũ.xxx. parit porcos ex hoc urbs facta ꝓdigio poſt lauinium conditum annis.xxx.hæc & ꝓpter colorẽ ſuis & loci naturam alba longa dicta hinc mater Romuli Rhea:ex hac Romulus hinc Roma.Var.
Oppidum ab ope dictũ:quod eius rei cã mœnia ſunt conſtituta.
Oppida condebant in latio hetruſco ritu multi & iunctis bobus tauro & bacca : interiore aratro circũagebant ſulcos hoc faciebant religionis cauſa die auſpicato ut foſſa & muro eſſent munita.Varro.
Oppidum omnis urbs eſt præter Romã: quæ peculiari nomine urbs dicta fecit cætera nominentur oppida:uicus pars urbis e:uilla uero extra urbem frequens domibus inſtar uici.uicus uocatur qui muris caret:aliter caſtellum dicitur a caſtro deriuatum. Eſt enim locus muris munitus. Caſtra uero ubi milites tentoria finxerũt.Suburbana quidẽ: quæ iuxta urbem ueꝝ in ſingulari eſt prædium in ſuburbanis:ut cumãnum:tuſculanum:uicina non tam homines qui eundẽ incolunt uicum:q̃ qui ꝓpe domum tuam habitant.uicinitas aũt ꝓpinquitas uicinoꝝ eſt:dicitur & cæteraꝝ reꝝ.Laurẽ.
Opprobriũ eſt frequentius uerbo:aliquãdo facto.Quin.Modo maledictis opprobriiſque uulgi id eſt cõuiciis & exprobrationibus ꝓbrum q̃ hoc idem.Ci.ad Acticum:Epiſtolas mihi legerũt plenas omniũ ꝓbroꝝ. Eſt etiã ꝓbꝝ dedecus & crimen.Quin.Pudet dicere in quæ ꝓbra nephandi homines iſto cedẽdi iure abutantur.& ꝓ ignominia.ut Li.v.His freti occurſant partis ingerũt ꝓbra. inde exprobro ꝓ impropero qualẽcũqꝫ culpam etiã benefacta cauſa ingratitudinis:ut Teren.Nã iſtæc cõmemoratio quaſi exprobratio ẽ im. b.imputare uero eſt citra repræhenſionem. Quin.Imputas nobis propicios uentos.uel computare:ut Ca.Imputantur res quas iure hæreditario capit. Reputare quoque idem. Vul.Sumptus litis tutor reputabit & uiatica.Laurẽtius.
Opprimere & extĩguere.Tul.de amici.Differre uoluit ut ſit maius opprimere q̃ extinguere:q̃obrem primũ danda eſt opa ne qua amicoꝝ excidia fiãt : ſin aliquid tale euenerit ut extinctæ potius amicitiæ q̃ oppreſſæ uideãẽ quaſi quod extinguiẽ poſſit inflãmari quod opprimitur non queat.No.
Oppuniat uerberat a puniendo ideſt feriendo unde pueri a puniendo coercẽtur.i.plagis unde & pauimenta.Fe.
Oppugnare & ꝓdere differunt.nam peius ꝓdere q̃ oppugnare:ꝓpterea quod oppugnare inimici & hoſtis officiũ eſt.Prodere grauius ẽ: cum ad eos qui amici debent eſſe referẽ hoc uerbum.Aſc.
Ops antiqui dicebant opulentũ:unde econtrario inops.Fe.
Ops terra:require in Iuppiter.Var.
Ops dicta eſt coniũx Saturni per quam uoluerunt terram ſignificare:quia omnes opes humano generi terra tribuit: unde & opulenti terreſtribus rebus copioſi & hoſtiæ optimæ præcipue pingues & opima & ampla ſpolia. Feſtus.
Ops opis mater deũ cuius nomĩatiuus in uſu frequenti nõ eſt. compoſita ſunt tamen oĩs generis.Inops antiqui tamẽ dixerunt oĩs generis ops & cops pro opulentus & copioſus Actius de Her.Quoꝝ genitor fertur:eẽ ops gentibus ꝓ opem ferens.Pri.
Ops filia Cœli ex Veſta Saturni uxor : quæ & Rhea dicitur.
Ops ꝓ copia nõ niſi in cõpoſitiõe inops: licet Caper dicat antiquiſſimos hic & hæc & hoc ops & cops dixiſſe.
Opſoniũ qcqd addiẽ pani & uino in comedẽdo:& uerbum opſono neutrum & obſonor deponens.
Optare eſt precibus a diis aliqd poſtulare.Virgi.æn.lib.vii.Et reor ſiquid ueri mens augurat opto.No.

Optare eligere. Lucil. ſaty. libro. xxix. Auꝝ uis hominem habeas hominem quid ad aurum quare ut dicimus non eſt uideo hic qđ magnopere optem. Sal. hi. lib. iii. Atq; cũ cupio lauta tamẽ acceſũ quæ præmioꝝ ſpes qbus cũ optauiſſet ire iuuet. Vir. æn. li. iii. Optauit q; locũ regno. M. T. de offi. li. i. Quæq; maiori pti pulcherrima uideantur ea maxiẽ optãt Teren. in eunu. Hoc ſi feceris quod uis præmium a me optato. Var. in mar. Et diogenes qui amicos qui ab Alexandro rege iuſſus qd uellet ſe factuꝝ. No.

Optare eſt unũ de duobus eligere. Virgi. Pars optare locum tecto. Te. in an. Quæ ſeſe ĩhoneſte optauit parare hic diuitias potius q̃ in patria honeſte uiuere. Do.

Opterus auis uidetur. Iuue. ſingnare cũ inquit Et fœnix opterus ingens.

Optumatus ſicut ut decuriatus ſiue pontificatus dicitur. Fe.

Optiones in cohortibus qui ſunt honeſti gradus: ut optatos quod ẽ electos & adoptatos quotquot aſſcitos. Var. de ui. pa. li. iiii. Exiſtimauit appellatos qui referentibus centuriõibus in cohortes adoptati: ſubeant ut ſemper plene eſſent legiones: a quo optiones in turmis decurionum & in cohortibus centurionũ appellati. No.

Optimitas ab optimo. Plau. in aſina. Maximas optimitates & gaudio offertiſſimas. idẽ ĩ capti. Maxiaſq; optimitates opiparaſq; offert mihi. No.

Optones regre in turma. Var.

Opto eligo. Virg. i. æneí. Tuus o regina qd optes explorare labor. & alibi. Pars optare locũ tecto. Ser.

Optimus uti maximus quiſq; ẽ illa uerba: uel in eũ cadere poſſunt q ſolus ẽ: & ſic circa edi tũ prætoris ſupremæ tabulæ habenť & ſolæ Proculus de uerbo ligni.

Optimus uti maximus eſt hæc adiectio nõ tã tũ in traditionibus: ſed & in emptionibus & ſtipulationibus & teſtamentis hoc ſignificat ut libertus præſteť prædiũ: nõ ut etiam ſerui tutes ei debeantur. Pau. eo. ti.

Optimus uti maximus ſi legem ita dixi cũ fũdum tibi darem & adieci ius fundi deterius factum non eſſe per dominum præſtabitur amplius eo præſtabitur nihil etiam ſi prior pars qua ſcriptũ eſt ubi optimus maximuſq; ſit liberum eſſe ſignificat: Eoque ſi poſterior pars adiecta non eſſet liberum præſtare debere tamen inferiori parte me ſatis liberatũ puto quod ad iura attinet: nequid aliud præſtare debeam: quãuis fundi per dominũ deterius factum nõ eſſet. Pompo. eo. ti.

Opiculo q; opinionis genus cantu imitať. Fe.

Opulentitas pro opulentia. Plautus in milite: Quas quæ eius opulentitate uerearis. Cecil. in pharo. Opulentitate noſtra ſibi iniuriam faciam. No.

Opuliſcere ab opulento dictum decore. Furius in poema. Quo magis in campis poſſunt opuliſcere campis. No.

Opus eſt illam rem: pro opus eſt illa re. Plaut. in ciſtel. Malum aufer bonum mihi opus eſt. Et in cap. lã maritimos omnes milites opus eſt. Donatus.

Opus eſt illam rem: non opus eſt illa re. Terentius in an. Quia ſi forte opus eſt ad herũ iuſiurandum mihi non appoſuiſſe ut liquido poſſim. Do.

Opus tunc dicimus ut opera quando negociũ ipſum quod geriť ſignificať. Si aũt fœminino genere dixerimus operas ipſas quæ aliqd faciũt ſignificamus. Ser.

Opus eſt mihi moneta dicimus. ſed ueteres p incuſatiuum hæc idiomata ſæpiſſime qdem extulerũt: opus eſt mihi hanc rem. Sed apud ueteres iuenimus hoc dici per omnes caſus præter uocatiuum: opus ẽ mihi hæc res: huius rei: hanc rem: & hac re. nos per ablatiuũ ſolum. Diome.

Opus nouum facere uidetur qui aut ædificando: aut detrahendo aliquid priſtinam faciẽ operis mutat. Si quis autem beneficium uetus fulcitat: opus nouum non facit: ſed ueteri ſubſtruendo remedium adhiberet. Vulpianus de ope.

Opulentus ab ope & optime. Var.

Opulus genus uineæ eſt ubi traduces poſſunt fieri uitiũ: ut Mediolanenſes faciunt in arboribus quas uocant opulos. Var.

Opuntia oppidũ locridis eſt. Por.

Opũtii ab Oponte oppido Patrocli patria.

Opuntius ſinus ẽ in ægeo mari: ab Opũtio ciuitate denominatus: Termopilis ꝓximus.

Ocquiniſcere ẽ ꝓprie inclinare. Pom. in poſtribulo: Vt nullum ciuem per crimen pedicaui niſi ipſius orans ultro qui ocquiniſceret. Idẽ in piſtore: Niſi nunc aliquis ſubito obuiã occurrit nihil qui ocquiniſcar qua compingã terminũ in tuũ locũ. No.

Ora eſt extremitas. Vir. ix. ænei. Et uictum in gentis oras euoluite belli. Ser.

Oratores ex græco dicti q; niſi ad reges natio neſq; deos ſolent teſtari. Hi modo appellanť legati. Fe.

Orare & obſecrare rogare & ſupplicare differunt. Oramus. n. quæ bona ſũt. Supplicamus in aduerſis malis uel cũ lachrymis. Te. in an. Ipſum hunc orabo huic ſupplicabo. Et orare eſt placidos petere: obſecrare iratos rogare: unde plus facit obſecrans q̃ orans. Cicero

orare & rogare. Te. in adel. Vbi ſcit factū ad matrē uirginis uenit ipſius ultro lachrymās orans obſecrans. Do.

Orare antiq dixerūt ꝑ agere: unde & oratores cauſaꝝ auctores & oratores qui nunc legati ꝙ reip. mandata pagerent. Fe.

Orare eſt precibus poſcere. M. T. de diuinatione. Orare & rogare ne eos ſupplices aſpernētur. Nonius.

Orare agere. M. T. de ſup. li. iii. Vt ueram amici cauſam eſſe malit ut orandæ litis tēpus q; ꝑ lege liceat accōmodet. No.

Orare eſt petere. Virg. orantes ueniā. Te. in an. Gnatā ut det oro uixq; id exoro:

Oraculum a certitudine quod Apollinis ore ꝓbatum nihil fallat: & omne ueriſſimū uerbū inde dicitur: ut Pli. Ac primo omniū oraculis maiore ex parte agemus quæ non in alio uitæ genere plura certiora uc ſunt. cur enim non uideant oracula a certiſſimo die maximeq; ueridico uſu ꝑfecta.

Oratorem audire oportet ius gentiū eſt: oratorem non licet iniuriam pati. Plautus. Impia ſecrete oratorem uerberas. Teren. in ecy. orator ad uos uenio: ſinite exorator ſim. Orator eſt dum rogat: exorator dum impetrauerit. ita illud dicentis. Hoc iam effectus ſignificationem habet: ut orator eſt cui cauſa defendenda madatur. Do.

Orata genus piſcis a colore auri dicta: qđ ruſtici dicebant ut auricalcas. Fe.

Oratio & ſtilus differūt. Oratio enim in ſenſu eſt: ſtilus in uerbis. Te. in an. Non ita diſſimilitudo oratione ſūt ac ſtilo. Oratio ad res refertur: ſtilus ad uerba. Stilus nō eſt in tpe ſed in ꝓlata oratiōe. Oratio aūt & in cogitatiōe eſt & in ꝓlatu. Orationē in ſententiis dicunt eſſe: ſtilum in uerbis: argumentum in rebus. ergo & poema oratio.

Oratoꝝ ſignificantia manifeſta eſt oratores legatos. Vir. æn. li. xi. Centū oratores prima de gente latina: ire placet. No.

Orator apud En. orator ſine pace redit regiq; refert rem. orator dictus ab oratione: q enim uerba haberet orationū publice aduerſus eū quo legebatur ab oratore: orator dictus cū res maiore ratione legebant potiſſimū q cās cōmodiſſime orare poterāt. itaq; En. ait: oratores doctiloqui. V.

Orator eſt uir bonus dicendi pitus: qui in cauſis publicis & priuatis plena & pfecta utitur eloquentia: etiā dicebatur. Pri.

Orator hæc eſt de philoſophiæ uirtutibus: qa cum orator non aliter niſi orando probetur philoſophus non minus tacendo quā loquēdo philoſophatur. Ma.

Orationem ueteres etiā pauca uerba dicebant Te. in an. Hæc oratio me miſeram exanimauit metu. Do.

Orator qui cauſas orat: uel in iudiciis: uel in contiōibus. Rhetor eſt profeſſor rhetoricæ uel orator declamator eſt: rhetor uel q apud rhetorem ſtudet: quique in conuentu ſcholaſticorum fictam cauſam orat ut ueris ſit eruditus. Laurentius.

Orba ſignificat apud poetas priuata aliqua ꝑſona chara. Fe.

Orba eſt quæ patrem aut filios quaſi lumen amittit. Feſtus.

Orbes menſæ rotundæ dicuntur: quoniam ex orbibus dimidiatis fiebant tanto artificio ut ne cōmiſſura quidem cerni poſſit in his mēſis utebantur romani pedibus eburneis propterea dentes elephantini tale habent diſtichon: Grandia tantoꝝ portant qui corpora quærūt An libycas poſſint ſubſtiuiſſe trabeſ id eſt menſas citreas.

Orbes appellabant mēſas citreas quæ dimidiatis orbibus fiebant ut orbes a Martiale ſæpe appellātur ut mauruſiacis ſubſtentent dentibus orbes.

Orbis quem mundū ſiue cœlum dicimus a rotūditatis figura: ut Pli. nomē in primis & cōſenſus in eo mortalium orbem appellantiū. Sed & argumenta rerum docent non ſolum quia talis figura omnibus ſuis partibus uergitur in ſeſe ac ſibi ipſa toleranda eſt: ſeq; includit & continet nullarum egens compaginum: nec finem aut initium ullis ſui ptibus ſenēſ. ii. libro.

Orbitudinis ꝑ orbitate. Ac. in am. Miſeret lachrymaꝝ luctuum orbitudinis. Pac. in dolore. Vel cum illū uideas ſollicitum orbitudini Turpil. in tranſiliōe: hoc te oro ut illius cōmiſereſcas miſerere orbitudini. No.

Orbitū dictum ꝑ orbe. Var. in gnothiſeauton Vt ſidera cœli diuū ea cū terra atq; axē quæ uoluūtur motu orbito. No.

Orbita duas res ſignificat: nam orbita ipſa rota intelligitur & ueſtigium rotæ in molli ſolo. Aſco.

Orbus qui re cara priuatus eſt: ut parens amiſſis liberis: & orbus ꝑ orphano. Ter. orbe qui ꝓximi ſūt uxorē ducant. inde orbitas ꝑ illa qualitate uel ꝑ quaſi orphanitate. Ci. Deplorauit enī cauſam atq; orbitatem ſenatus cælebs q caret uxore: inde cælibatus.

Orca græ. marinæ belluæ maximæ ad cuius ſimilitudinem uaſa ficaria orcæ dicuntur. ſūt teretes atq; uniformi ſpecie. Fe.

Orcas. Varro de re ru. Sæpe tibi conditū uinū nouū orcæ in Hiſpania feruere uini ruptæ. Nonius Mar.

Orchades inſulæ ultra britanniā citra thylem

numero.xxiii.tantū habitatur.T.
Orchades triginta ſunt inſulæ in mari britannico anguſtis iter ſe ductæ ſpatiis.Pom.
Orchites genus oliuaꝝ a teſticulis ad ſimilitudinem.Tor.
Orcheſtra locus in theatro e quo ſpectabāt nobiles quod ſignificat Iunenalis cum ait:inter Orcheſtram & populū. Victruuius quoque de eadem ait in orcheſtra aūt ſenatoriū ſūt ſedibus loca deſignata & eius pulpiti ſit ne plus quinq; pedum græci dicunt hornome a uerbo ορχοῦμαι qd̄ ſignificat ſalto. Sunt tamen qui opinentur orcheſtram dictam ab urgendo ut orchus & orcheus quod urgeat id eſt capiat ſpectatores:quod ſi eſt aſpiratione carebit mea ſententia orcheſtra.
Orcheſtra:in orcheſtra autem ſenatoꝝ ſunt ſedibus loca deſignata.Sueto.lib.i.Seſſū i.xiiii. ſcœna per ſolium orcheſtram trāſiit.Vitruuius.
Orcheſtra locus in theatro ubi ſaltabatur ūde orchiſtria ſaltatrix ponitur & ꝓ toto theatro & ſæpe ꝓ loco eminentiore & ꝓ magiſtratu Iuuenalis:Similefq; uidebis illic orcheſtram & populum ορχισ ſaltatio.
Orcheſtra locus in ſcæna.Fe.
Orcheſtra publicū erat uelis ubi ſaltator agere poſſet:aut duo inter ſe diſputarent: ibi.n. poetæ comœdi & tragœdi ad certamen conſcenderāt:hiſq; carētibus alii geſtus edebant
Orca eſt amphoræ ſpecies.
Orchys græce eſt teſticulus.
Orchytis genus oleæ ex græco dictum ꝙ magnitudine ſit inſtar teſticuloꝝ.Fe.
Orceum.Cn.matius homo īpenſe doctus nuper die quarto:ut recordor:& certe aquariū orceū iuncū domi fregi.Ma.
Orchomon oppidum quod ante Minyeum poſt Boetiū uocatū eſt.
Orchomenus urbs boetiæ ubi fons gratiis ſacer & ueneri ſecundū Iginū in aſtronomia.
Orchites oleas ex ui optime condi ſcribit Cato orchites piſeas aridas uel uirides in amurca uel lentiſco contuſas:orchites nigras ſale ſi ſint confricatæ dies quinque: & cum ſale excuſſo biduum ſi in ſole poſitæ fuerūt manere idoneas ſolere eaſdem ſine ſale in defruto condire.V.
Orchus ab urgendo mortē dictus.C.enim ꝓ g frequenter ponebant antiqui.Fe.
Orchus require in duonis.Var.
Orchus cognomen fluuius infernalis ab orchos iuramentū:quia dii per ſtygem iurabāt a qua ꝓfluit teſte Homero:qui Theſſaliæ dicit ab ſtyge in peneū defluere & tanq̄ oleum ſupnatare:& eſſe ſanctiſſimū apud deos iuſiurandum dicit.Ter.
Ordeo quis apud opontios critholog⁹ pleriq; græcoꝝ ciuibus primitias offerentibus in uetuſtiſſimis ſacrificiis ordeo uti ſolebāt: Magiſtratum igitur qui huiuſmodi ſacrificiis præerat & primitias colligebat Critholoqum nominabant:duo aūt erant apud eos ſacerdotoꝝ:quoꝝ alter deoꝝ:alter dæmonū ſacrificia curabat.
Ordea Seruius per bucolica uſurpatiue metricam dixit:nam triticum ordeum uinū mel numeri tamen ſingularis ſunt:unde plurali i proſa uti non poſſumus:uina tantum poſſumus dicere Ciceronis exemplo:qui ait ī prætura uina cæteraq; quæ ex Aſia facile cōparantur.Et ſup georgica muſtum nouum tātum ſingulari dicimus:ſicut uinū licet Oui. abuſiue dixerit muſta:ſed hoc ille plus fecit ꝙ & muſtis dixit:cum ut diximus:de his omnibus tres tantum cauſas uſurpari conſueuerint.
Ordeū primū plærūq; e terra exit diebus.vii. nec multo poſt triticū:legumina fere quatri duo aut quinque diebus præter q̄ faba eteni ſeruius aliquanto.V.
Ordinarius homo ſcurra & improbus qui aſſidue in litibus moratur ob eamq; cauſam in ordinem ſtat prætorem adeuntium:ſiue dictus per contrarietatem quia minime ordīe uiuit.Feſtus.
Ordiri eſt ponere incipere. Actius in amphit. Non paruam rem ordior ne retice obſecro. Affra.in ſuſpecta: Tamen animo ordiri me oportet paula paulum.No.
Ordo ꝓ multitudine:Vir.ii.æneī. Et uictū in gentis oras euoluite belli.
Ordo eſt digeſtio & in ſuo cuiuſq; loco collocatio uelut in atie fit ubi pedites ubi alæ ubi cætera uel in ciuitatibus:ut ordo ſenatorius equeſtris:accipiturq; ꝓ ipſis hominibus.Ci. Qui apud omnes ordines eſſet gratioſus:ſeries eſt quædam reꝝ continuata ꝓgreſſio ut ſeries orationis.i.cōtextus cōtinuatus. Lau.
Ordolucas populos in anglia arduis mōtibus ꝓximos:apud quos hoſtorius dux romanus Caratarcū ī anglia imperantē ꝓſtrauit: non memorat Cæſar:ſed Tacitus.
Ordeſſus primus ſcythaꝝ fluuius in iſtꝛ. T.
Ordior orſus orſum facit:& tam incipientem ſignificat ut Vir.ſic orſus ab alto q̄ deſinētē ut idem:ſic orſus Apollo Mortalis uiſus medio ſermone reliquit.Dio.
Ordia oppidum eſt ex inūdatione rauennēſiū paludum mari uicina.Stra.
Oreæ freni ꝙ ore inferant dicti.Fe.
Oreus Liber pater:& oreades nymphæ a mōtibus appellantur.Fe.
Oreades nymphæ montium ἀπο των ορων

mõtibus dictæ: ſiluaꝝ dryades quæ cum ſil/uis naſcuntur amadryades nymphæ fonti/um.napææ uel naiades fluuioꝝ:nereides uero maris.Seruius.

Oreſtes a mõte propter magnitudiné Agamé/nonis & Clytenneſtræ filius:qui paruus Her mioné deſpõſauit qué Electræ ſororis opera aſtrophilo phocéſi patre Pyladis a matris & ægiſchi manibus liberaẽ quos poſtea intere mit ut iudicium ariopagitaꝝ uenit liberatus etiam diuina ſentẽtia.inde Pyrrum iteremit. idé in inſaniá uerſus matris furiis agitatus ĩ tauricá ad Dianæ tẽplum a pylade ductus:é comitibus etiá ſecundũ quoſdá Hermiõe & electra ubi captus ab Iphigenia ſorore agni/tus eſt:liberatur inſania.

Orexis græ.appetitio.Iuue.ꝓuomitu latine ab oris exitu.corripit primam non ergo ab oris exitu ſed grecum eſt.

Oretani in hiſpania populi ſupra mõtes ſupra claſtoné ſunt maxime uergunt in meridié ꝑ uenientes uſque ad maritimá intra colũnas & nouam Carthaginé & aliqua ex ꝑte extra colũnas ſunt poſt celtiberos ad auſtrum fer/me uſque malacam.Stra.

Oreni populi ſũt celtiberis proximi ab auſtro Strabo.

Oretus ſiciliæ fluuius eſt apud panormum.

Orgia apud græcos dicunẽ ſacra omnia ſicut apud latinos cærimoniæ.Ser.

Orgia Bacchi ſacra apud thrachas primũ ab Orpheo ĩſtituta & a ſolis mẽſtruoſi celebra ri ut diuerteret tunc a uiris.deide & aliis per miſſa dicebãẽ etiá orgia oĩa ſacra apud græ. ut cærimõiæ apud nos:ſed dicta ſunt uel ab ορι τ ξω furior uel ab mõtibus ubi fiebãt in duebanẽ damaꝝ pellibus quæ græ.nebrides & furiis & cymbalis paſſis crinibus agitabã/tur unde mænades.ideſt furioſæ.neque lice/bat uiris adire.

Oriá dicunt nauicellá piſcatoriam. Plau.malo hunc alligari ad oriam ut ſemper piſcetur & ſi ſit tempeſtas maxima.Ful.

Oriri naſci uel ſurgere.Feſtus.

Oriona apud Pla.neque iugula neque ueſperu go neque uergiliæ occidũt. Iugula ſignũ qđ Actius appellat oriona cũ ait.Citius oriõ pa/teſcit.Huius ſigni caput diciẽ ex ſtellis quat/tuor quas ĩfra duæ claræ q̃s appellat Home. inter quas quia uideẽ iugulũ iugula dcá. V.

Oriõis ortus & occaſus tẽpeſtuoſi ſũt ideo cõi té eius notum uentum dixit Horat.me quo que deuexi rapidus comes orionis.

Oricus ciuitas ſiciliæ.Acron.

Origanum herba eſt quæ poſt uiginti dies pul lulat in uno menſe dabatur.

Origé feram appellant ægyptii quá in exortũ canis cõtriſtare & conueniri tradit ac uelut adorare cũ ſternuerit higinnus hũc fuiſſe ca né tradit cuſtodé europæ uel icarii.

Oreades quæ dictæ ſunt ab o quod é oros ore os ideſt mons.

Oricum urbiũ prima eſt apud Illyricos ſecũda durachiũ epidános ante erat:Romani nomé mutauere:quia uelut indánũ ituriſontem id diuiſum eſt ultra ſunt apollonia ſalona iade ra.nona. tragurium. ſinus polaticus & pola quondá a cholchis ut ferũt. habita inquátũ res tranſeũt nũc romana colonia armes auté æas:& nar'dáubius q iam dictus eſt iſter ſed æas ſecũdum apolloniam.nar interræos & li burnos ꝑ iſtros iſter mittiẽ. Põ.

Oriõ auis ĩdica canora ut ſcribit clitarcus eiuſ dé nominis qui ex deoꝝ urina natus dicitur ut Ouidius in faſtis canit.

Orithyá uno & ſeptuageſimo die poſt brumá aduẽtu auium flantem ꝑ dies noué.Pli.li.ii.

Orithiæ uẽti qui ſpirát a bruma leuioribus & paucis diebus.Pli.li.ii.

Oriam ueteres dixerunt naui piſcatoriam ut Plautus in rudente Mea opera laborare rete & oria cui debeat aſpirari nec ne affirmare nõ auſim.ná ſi latina uox eſt aſpiratiõe care/bit ſit.n. ab ora oræ cuius uocis ſignificatio manifeſta eſt ut ora maritima: & oro ueſtis ideſt extremitas:é ét ora fũis quo naues ligá tur in portu ut apud Quintilianũ Oram ſol uẽtibus bene ꝑcemur ſin aũt ſit a uerbo græ co opεo quod ſignificat moueo & excita carebit etiá aſpiratione quod ſi forte deduce re eá uolueris ab illa uoce hornos quæ eſt ꝑs portus. Vnde hod.e a nautis dicitur hormi/zo aſpirationem exigit.

Ormeni lyrus ẽptus alaerte ĩ agro magna fide fuit ĩ aduẽtũ uſq; uliſſis qué unicediligebat.

Orior oreris & oriris ortum: ꝑticipium tamé oriturus eſt & ortus Hora.ii.epi.nil oriturũ alias nil ortum tale ferentes.Pri.

Oriés occidés maſcu.ſunt ſubſtátiua ꝓfluens ꝓ flumĩe.cõfluẽs quo duo flũina conueniũt Cõtinés fœmi.eſt ꝓpterea quæ non eſt inſu la.pregnans quoque fœmi.Lau.

Oriũdus qui originé trahit alicunde.ortus ue ro ex loco ꝑſonaue ꝑſenti ut Liui.li.viii.pa/læpolis fuit haud procul inde:ubi nũc Nea/polis ſita eſt duabus urbibus idemque popu lus habitabat. cumis erant oriundi uel nati carthagine oriundi a ſyracuſis.Lau.

Orichalcum au in o breuem:quod Seruius in duodecimo precioſius.

Orithya diphthongo græ.ſcribiẽ.ui. filia Eri/thei Athen. regis quá boreas rapuit cũ ſibi negareẽ in thraciá ex qua genuit Rhethum & Calaim.alia regina amazonum poſt Mar/

peſſimam matrem.Iuſti.ſecundo.
Orithos urbs Macedoniæ.
Orchos urbs inter macedoniam & epirū ubi terebinthus naſcitur.
Oryx fera quæ contrario pilo naſcitur. Plini. octauo & ſecūdo.
Oria excellētiſſima oretaniæ ciuitas.Stra.
Orion Neptūni filius ex Euryale Minois filia uel mutata u in o ex urina iouis & mercurii in corio bouis immolari ab Hiero thebano orāte hæredem:de quo Ouidi.quinto faſtorum.comes Dianæ qui cū ſe omne animal ſuperaturum iactaret immiſſo ſcorpione interiit & uterque in cœlum tranſlati uoluit Peliades uiciare ac etiam dianam quæ eum ſagittis confixit ſecundum Callimachum. Ser.aliter dicit in.x.habet aliquando duas primas longas:aliquādo breues.Tor.
Orion a calypſo adamatus in ortigia & interemptus a Diana ody.quinto.
Ornatus ornati etiā dicebatur.Pri.
Ornatus genitiuo ornati.ſenatus ti:antiqui dicebant:ornatus eſt autem κόσμον id eſt cōmune ad decus & ad turpitudinem.Te.i eu. Quid iſtuc inquam ornati ē.Do.
Ornatus quaſi ab ore natus.Var.
Ornatus dicitur & bonis artibus inſtructus & honores adeptus:appellaturque ornatus cultus ipſe quo quis ornatur.Fe.
Ornamentum ex ore.Var.
Ornamenta muliebria ſunt quibus mulier ornatur:ueluti inaures armillæ & uiriolæ anuli præter ſignatorios & omnia que ad aliam rē ullam parantur niſi corporis ornandi cauſa:quo ex nūero & hæc ſūt aurum gemmæ lapilli qui nullam ī ſe utilitatem habēt Item ornamentorum hæc ſunt uittæ mitræ ſemimitræ clauitica acus cū margarita quā mulieres habere ſolēt reticula crochi finitia ſic & mulier poteſt eſſe munda: non tamen ornata ut ſolet contingere in his que ſe emūdauerūt lotæ in balneo: nec ſe ornauerūt & cōtra eſt aliqua ex ſōno ſtatim ornata:nō tamen mundata.margaritæ ſi non ſolutæ ſunt uel qui alii lapides ſiquidem exemptiles ſūt dicendum eſt ornamentoꝝ loco haberi.ſed ſi in hoc ſunt reſoluti ut componanť ornamētoꝝ loco ſunt.ꝙ ſi adhuc ſint rubētes lapilli uel margaritæ uel gemmæ ornamētoꝝ loco nō erunt:niſi alia mens fuit teſtantis ꝙ hoc quoqꝫ quæ ad ornāenta parauerat:ornamentorum loco & appellatione compræhēdi uoluit.Pom.de au.& ar.lega.
Ornamentoꝝ appellatione ueſtem muliebrē non cōtineri nec errorē hæredis ius mutaſſe reſpondit.Pau.eo.ti.
Ornithones ad claudium oppium acceſſimus qui anxius ſubridens recipis nos inquit in tuū ornithonem ubi cædes inter ciues. Varro.
Ornithones dico omniū alituū quæ intra parietes uillæ ſolent paſci.Var.
Orodes ꝓprium montanus interꝑtať.
Oroetes perſa ſardiū præfectus qui Polycratē ſamioꝝ tyrannū dolo captum ſuſpēdit qui opa Darii & Aſtubagei ſardis occiſus eſt. Terentius.
Oroſpeda reliquis & duobus montibus mediterraneum agrum inter pyrreneos mōtes latuſqꝫ ſeptentrionale uſqꝫ ſatyros terminantibus. Iſte autem a medio ī occaſum permeat deflexus in auſtrum & littus a columnis prætendens per ſpartariū excurrens campum applicatur autem ſiluæ ſuper nouam Carthaginem & malacæ regiōem.oroſpedam autem habitantes montani ſunt poſt celtiberos ad auſtrum Stra.
Orphæum poetam Ariſtoteles nunꝗ fuiſſe & orphaicum carmen pythagori ferunt cuiuſdam fuiſſe Critonis.Ci.de na.deoꝝ.
Orphæum alii a mulieribus ciconum necatū dianæ alii fulminati ob tradita myſteria:alii mortua uxore eurydice extinctum ad auernum theſprotidis autor pauſanias
Orphanus qui caret patre præſidioqꝫ paterno: quiqꝫ ſummopere deſiderat illius opem eſt græcum. Pupillus eſt qui caret quidem matre ſed tantiſper dum eſt in ætate cui debeť tutor.Lau.
Orphanus quidam pupillum dicunt.alii pupillum qui caret patre & habet tutorem.
Orphæus œagri filius ſextus ab atlante undecim ſæculis ante bellum troianum fuiſſe dicitur multaqꝫ ſcripſit.
Orphæus thrax fuit œagri filius qui muſicæ arte ōnes ſuperauit ut ſcribit Diodorus edidit poema mira ſuauitate refertum in ægyptum nauigauit unde cerimoniaꝝ uſum ad traces detulit inter argonautas cecinit hiſtoriam de chao & exordio mundi ut eſt apud Apollonium nunꝗ fuiſſe Orphæum ſcribit Cicero in diuinatione. Greci uero quinqꝫ orphæos fuiſſe contendunt.
Orphæus thrax theologus & poeta œagri fluuii filius.alii apollinis ex calliopæ exceſſis omnes melodia & poeſi a patre cytharam accepit quam in formam teſtudinis Mercurius Apollini dederat dono interfectus a ſpretis ciconibus caput & cithara in œagrum proiecta leſbum peruenerunt ꝙ caput cum ſerpēs ædere uellet in ſaxum uerſus eſt ab Apolline Laertius fulmine periiſſe dicit ſepultus a muſis Orphæus etiam adiectiuum ſed tū triſſyllabum eſt.

Orſilochus qui ab eo flumine genus duxit.
Orſus icœpit Vir.primo æne.ueneris contra ſic filius orſus plerunque finit ut ſic Iuppiter orſus Seruius.
Orthœpia ſine dipthongo recta & ſuauis uocū expreſſio.
Orthogonius angulus rectus.
Orthos ſub urbe colere late expedit ſicut olearia ac roſaria Varo.
Orthos rctus in compoſitione tantum orthographia.
Orthigia eadē delos quod ορτυξ ορτυγοσ .i.coturnix in ea primū uiſa ſit: licet fabula canat ſororem aſteriem uerſam incoturnicem in ea inſula.
Ortigia delos inſula.Feſt.
Ortus in quo omnia oriantur conſuetudo cū aſpiratione hortus uſurpauit.Ser.
Oropygrum ſiue melius uropygrum pluma ē in uolucrū anus uertice ſurrecta ab una cauda & pyge anus.
Ortodorus alias octodorus uicus ueragrorum hodie dicit̄ ſancti mauricii extra celtas belgas:& aquitanos in ſabbudia inter ſedunos antuates & allobrogas in ualle non magna adiecta planiciæ altiſſimis montibus undiq; continetur in duas partes rhodano flu.diuiſus dioceſis ſedunenſis.
Orthographiam id eſt formulam rationemque grammatices inſtitutam non adeo cuſtodit ac uidetur eorum potius ſequi rationem qui perinde ſcribendum ac loquamur exiſtimāt:nā ꝙ ſæpe nō litteras mō ſed ſillabas aut permutat aut preterit cōmunis hominum error eſt hæc ego ideo tamen nihil mirum uideretur tradidiſſe aliquos legato cum conſulari ſucceſſorem dediſſe ut rudi & indocto cuius manu ixi pro pſi ſcriptum animaduertit.
Ortona pelignorum urbs ad adriaticum.
Orthogonium rectiangulus triangulus.
Orthodoxus recte opinionis.
Orthoepeia emēdata cū ſuauitate uocum explanatio.Quintilianus.
Orthocorybantii populi ſcytiæ in Aſia.
Ortonum petram piratarum eſſe cōſtat in ferentanis ortenum & amitrinum ſagnis amnis excurrit.Strabo.
Orus iſidis filius tiphonem & alios paternæ cedis conſcios interemit quem appollinem dicunt edolum medendi artem a matre & uaticinandi.Diodorus.
Oſa ſum pro odi.Plau.in amph.Inimicos ſemper oſa ſum obtuerier.No.
Os faciem hominum tantum dici putāt. Virgilius in.undecimo.Donec rutuli clamantis in ore condidit aduerſo. Idem libro primo. os humeroſque deo ſimilis. Sed auctoritate ueterum & pecudum & ferarum dici poteſt in umdecima ora citatorum dextra detorſit in omnes.Etiam alicuius rei omne patens dici poteſt. Virg. in.iii. georgico.Quē ſi quis ferro potuit reſcindere ſummum ulceris os.No.
Os oſſis & hoc oſſu & oſſum dixerunt. Pacuuius Oſſum ihumatū æſtiuoſam aureē & ē correptū.os uero productū oris facit.Pri.
Oſci autem aſonii appellabantur:ſicut opici cæterum Polybius duos os fuiſſe populos oſtendit. Nam oſcos & auſonios agrum circum cratera incoluiſſe memoriæ prodidit alii aſſerunt opicos prius & auſones habitaſſe quidem gentem oſcam illos poſteriori tēpore ſubiugaſſe: hanc ipſam a cumanis eiectam illos ab thuſcis expulſos.campeſtria enim illa propter loci uirtutem per auiditatem bella concitaſſe cum urbes duodecim populoſæ forent Capuam perinde ac illarū caput nominauerunt.oſcorum enim & ſamnitum montes pariter in circuitu campāiæ iacent:ſunt enim oſci poſt pometios & campaniæ partem obtinent.hoc autem tempore cuncta uſque Sinueſſam ut diximus tenent. oſcis quippiam & auſoniæ gentis proprium obrigit.nam cum oſcorū gēs defecerit quorum lingua romana ſalua manet ut more quodam patrio ſcripta poetica in ſcenicum certamen proueniant hiſtrioneſque pronuncient.Strabo.
Oſcitat ore laſat.
Oſcilis fictilibus require ī ſaturnalia. Macro.
Oſcinum augurium a cantu auium.Fe.
Oſcines aues auſpicium ore fatentes.Fe.
Oſcines uerbū ꝙ ex ore primū elatū eſt. Var.
Oſcilla pelaſgi capita regi inferno Herculem ferunt poſtea cum gerionis pecore per Italiam reuertēte ſuaſiſſe illorum poſteris ut fauſtis ſacrificiis infauſta mutarent inferentes dici non hominum capita:ſed oſcilla ad humanam effigiem arte ſimulata & aras non mactando uiros:ſed accenſis luminibus excolentes quia non ſolum uirum ſed & lumina foca ſignificat. Inde mos per ſaturnalia miſſitādis cæreis cœpit.alii cæreos mitti putant non ob aliud quam ꝙ hoc principe:ab incomi & tenebroſa uita quaſi ad lucem & bonarum artiū ſcientia editi ſumus.Macro.
Oſcitatio eſt animi ocium & ſecuritas: dicta ab ore ciendo: oſcitantes ſecuri ideſt nihil prouiden tes Te. in and. Sperans iam amoto metu inter oſcitantes opprimi Do.
Oſculum & ſuauium intellectibus his diſcernuntur ꝙ ab ore oſculum ſuauium a ſuauitate dicitur. Va.de ui.pa.Ideo ab ore dicitur

oſculum non a ſuauitate unde ſuauium ꝙ ſi
mul ſit ſuauitati No.
Oſculum. Titin.Illa rubra laudo ꝙ oſcula ui
pingue caput.Nonius.
Oſculum religionis eſt Vir.primo æne.oſcula
libauit natæ.Ser.
Oſculum ab ore. Varro.
Oſculum diminutiuum ab ore..Pri.
Oſcines dicunť aues quæ uoce auguriũ faci-
unt.præpetes uolatu.Vir. Qui uolucrũ lin-
guas & præpetis oĩa pennæ.Hora.Oſcinẽ co
rũ præce ſuſcitabo ſolis ab ortu.
Oſitet quis eſt apud delphos:& quare menſiũ
quẽdã biſiũ uocãt.Oſiotera quidẽ eũ uocãt
q hoſtiã imolat cũ ſacer declaratus ẽ qnq; ãt
ſacri ſunt p oẽm uitã:hi aũt multa unã cũ ꝓ
phetis agunt ii ſimul i iiſdẽ ſacris operãtur.
Quippe q a deucalione originẽ ducere ſe ar
bitranť.beriſius ãt ut multi putãt phiſius ẽ
multa eni:tunc tẽporis naſcuntur & germi-
nant. Verũ nõ ita eſt.non eni.φ.τῶ.β. Sed
utuntur delphi ſicut macedones ιλιππον
& ἀλέκρον & εὐρολίνηυ dicẽtes ſed loco
π.nã τοπατεῖν ἀτειν & τοπικρον ικρον
plane dicunt:eſt igiť phiſius.biſius:i quo de
um interrogant:nã ſubintelligere patriũ eſt
hoc.n.mẽſe oraculũ edebať ſeptimũ quoq;
huius diẽ apollinis natalem & πολύφθοον
on appellãt non qđ ea die φθοισ .i. liba ſeu
placentas coquerent:ſed quod multis ad ora
culũ accederẽt:multis oracula ederenť nupi
me.n.oracula ſingulis menſibus rogãtibus
cõceſſa ſunt ac remiſſa:an ſemel oĩo pychia
hoc ipſo die in anno reſpondebat ſic eni cali
ſtenes & anaxãdrides ſcriptũ reliquerũt.
Oſcito & oſcitor idem.Pri.
Oſcorus ſcytharum eſt fluuius.
Oſi aduerbiũ optandi.Vir.vi.Si nunc ſe nobis
ille aureus.utinã ab ut cõponitur inde ut ꝓ
utinam.Hora.ii.ſer.O pater & rex Iupiter ut
pereat poſitum rubigine ferrum.Pri.
Oſi ſunt & peroſi ſunt dicebatur.Feſtus.
Oſirim ægyptii ut ſolẽ eſſe aſſerunt quotiens
hieroclipicis litteris ſuis inſculpere uolũt in
ſculpũt:ſceptron.inque eo ſpeciem oculi ex
primãt.& hoc ſigno oſirim monſtrãt ſigni-
ficantes hunc deum ſolẽ eſſe regalique pote
ſtate ſublimẽ cuncta diſpicere. quia ſolẽ Io-
uis oculum appellat antiquitas.Ma.
Oſiris Iouis filius ex niobe filia Phoronei ſuc-
ceſſit Phoroneo i regnũ argiuorum fratrem
Aegialiũ regno achaiæ præfecit & ad ægip-
tios trãſfretauit.Iſidẽ duxit uxorẽ ægiptii lit
teras didicere.ipſe docuit aratra facere & agri
culturã:quare ut deus honoratus eſt. tãdem
a ſityphone ægyptio:uel ut Ser.a Typhone
fratre clam occiſus.ab iſide diu quæſitus eſt
tandẽ apud phylas iuxta ſyenem laceratus-
copertus eſt in inſula abaton in palude iux-
ta mẽphim ſepeliri cũ iſis curauit & paludẽ
ſtygem ideſt mœrorẽ appellauit nec niſi cer-
tis diebus & mitratos eo accedere uoluit ſi
quis i ea palude periiſſet:neq; reperiretur ca
dauer centũ annis quædã illi officia ſoluebã
tur.unde centum errãt ãnos.Sed cũ aparuiſ-
ſet ægyptiis deĩde bos quidã oſirim putarũt
& adorarunt ut deum uocaruntque apim.i.
bouem eoꝝ lingua.de qua Pli.viii. detinent
illũ per annũ ſecundũ alios per decẽnium in
ſtatuto die ſacerdotes eũ ſacro fõte ſubmer-
gũt:mox alter publico luctu iſtar iſidis quæ
ritur donec inueniant quem cõpertũ centũ
antiſtites cum pueroꝝ regibus & populo &
muſicis memphim proſequuntur:& ſic ſem
per perditur & inuenitur magna omniũ læ-
ticia & plauſu.Inde Pli.in octauo & Seruius
in quarto Lactan.primo diuinoꝝ inſtitutio
nũ dicit iſidis ſacra eẽ quia filiũ amiſit Oſiri
& inuenit.Nam primo ſacerdotes eius degla
brato corpore pectora tundunt lamentãtur
Prouinciæ porro uel procul a uincendo dictæ
acquiſitæ enim bello longe ab Italia regiōes
prouinciæ dictæ ſunt: in quas prætores: quia
cum officio mittebātur officia quoque pro
uinciæ nominabantur. Teren. in phor. O ge
ta prouinciam cœpiſti duram. Do.

Prouincia conſularis. africa erat una e prouin
tiis conſularibus.

Prouoco in malū: etiā in bonum. Cice. tuis lit-
teris amantiſſimis ſum prouocatus. Laceſſo
plærūque in malū. ut idē. ſed iuſticiæ primū
munus eſt: ne cui quis noceat niſi laceſſitus
iniuria. In bonum quoque tuis me amantiſſi
mis litteris laceſſiſti. Lau.

Poconeſos inſula habitatur tantum in propū
tide. Pom.

Propēticōe carmē eſt quo habeūtes ꝓſeq̄mur.

Prudens & ſciens differunt. prudens eſt qui in
telligentia ſua aliquid ſentit. ſciens qui ali-
cuius iudicio rem cognoſcit. ergo prudens
per ſe: ſciens per alios. Terentius in andria. &
prudens ſciens unius uidenſque pereo. Pru-
dentia naturalis eſt. gnaritas extrinſecus ue-
nit imprudens per ſe: ignarus per alios. Terē
tius in heautō. Imprudens harum rem. igna
ruſque omnium. hoc eſt qui nec ſuſpicatus
ſit: nec ex alio audierit. Do.

Prudentia ſentētiæ compenſat importunitas
reſpōdendi. Teren. in and. Soſia ſeruus cum
intempeſtiue hero Simoni reſpondiſſet non
iniuria nō adiecit: nā i uita id arbitror appri-
me eſſe utile: ut ne quid nimis. Do.

Prudentiam a prouidendo dict dilucide oſtē
dit. Mar. Tul. in hortenſio. id enim eſt ſapi
entis prouidere ex quo ſapientia eſt appella-
ta prouidentia. Et de ſenectute. Quid plura.
ſic mihi perſuaſi cum tanta celeritas animo
rum ſit: tanta memoria præteritorum futu-
rorumque prouidētia. Et de republica libro
ſexto. Totam igitur expectas prudentiam
huius rectoris: quæ ipſum nomē hoc nacta
eſt ex prouidendo. No.

Pruna & coctona fructus ſūt peculiares ſyriæ
ut ſcribit Plinius coctona non fici minores
erant ut idem eſt autor. Mar. ſi maiora fo-
rent coctana ficus erant.

Prurigo uocata eſt a pruriendo & ardendo.

Prugnū pro aprinum. Feſtus.

Pruina dicta ꝙ fruges ac uirgulta perurat. Fe.

Pruina eſt proprie matutini tēporis frigus. S.

Pruna diſtat a carbone: illa enim q̄diu ardet
pruna dicitur. carbo autem nominatur cum
extincta fuerit. Terentius. tam excoctam at-
que atram reddam q̄ carbo eſt. pruna autem
a perurendo dicta eſt. Ser.

Proxeneta a προξενίζω hoſpitio coapto iam
apud nos qui medius eſt: ut res uendantur
& emantur.

Proximior a prope propior proximus quod
pro cognato ui habet poſitiui: inde compa
ratur Vlpianus i libro trigeſimo. Ad ædictū
ſi quis proximor naſceretur cognatus. & ue
getius. & proximior dextera ſit quæ plagam
poſſit inferri. Priſ

Prox bona nox: ut exiſtimo quaſi ꝓbata nox.
Feſtus pompeus.

Proximi ideſt proximo. Cato contra furium
die proximi hic dicit. Sed ea declinatiōe a ue
teribus & craſtini & priſtini dictum. No.

Pſaltrum quod uulgo canticum dicitur in al-
terius infamiam compoſitum & præſēte cā-
tatum tam i eos qui præſentes cantauerunt
q̄ in eos qui compoſuerint ex ordine uindi-
cantur. Paulus in ſententiis.

Proximus carus beniuolus. unde & proximi & propinqui dicuntur.qui nobis cari eſſe debent. Terentius in an.proximus egomet ſū mihi & proxima nobis aut præterita:aut futura ſunt nam præſentia ea ſunt in quibus ſumus.Te.in heauton.ſex menſibus non uidiſſe proximis ideſt præteritis.Do.

Pſamniticus qui fuit ægyptorū rex.

Pſitium paſſi genus eſt quod ſuum ſeruat potius ſaporem q̄ uini.

Pſilli qui morſibus ſerpentum mederi ſolent carminibus ſerpentes ſiſtunt.Pli.

Pſilocithariſte tenuiter & leni uoce cithra canentes.

Pſilon græci nos tenuem dicimus.

Pſitacus eſt auis indiæ ī partibus quæ gignit̃ uiridi colore corporeq; pumicato grandi lingua & cæteris auibus grandiore & leuiore.

Pſallo pſalli.Baſſus.ii.lyricorum. calliope princeps ſapienti pſallerat ore. Priſ.

Pſamate fons eſt apud thebas.

Pſalmus canticum unde pſalterium.

Pſaltria quæ ſequebatur & amabat hiſtriones a ψαλλω: græ.canto.amabat enim qui cātabant quottidie in ſcæna.

Pſammius mons ægypti.

Pſammis Neci ægypti regis filius & ſucceſſor. Seruius.

Pſammenitus Amaſis filius ægypti rex a Cambyſe ſuperatus apud Memphim Herodotus tertio.

Pſammeticus antiquus ægypti rex:ante quem ægyptii ſe primos hominum eſſe putabant ſed huius induſtria didicerunt. phrygas primos ſe uero ſecundos.Hero.iiii.

Pſeudus falſus .inde pſeudo propheta.

Pſilotrum unguentum erat ad depilandū corpus ex uariis rebus fiebat modo ex thinni ſāguine felle & iecore modo ex ſanguiſugis coctis ī uaſe fictili & illittis aceto modo ex aliis tamen ut ſcribit Pli.euellebantur pili.

Pſilotrum adhibebatur ne pulularent.

Pſyria inſula.Ody.iii.

Pſylli populi libyæ prope garamantas & naſamones contra uirus muniti. Hero. quarto. & Gel. decimoſexto.Luci.nono.

Pſitacus auis ex India de qua.Pli.decimo.

Pſythium genus paſſi:ut in ſurrhento.

Pſora ſcabies.

Phthia aliquando hom.phthia theſſaliæ regio patria Achillis.

Phthia urbs ſeu regius in qua Achilles phthius q̄q̄ multi aſpirationem tollunt & pthius dicunt.

Ptyſis exulceratio pulmonis ex humorum cōcurſu.

Ptyſis ſpuitio a πτύω ideſt ſpuo.Tor.

Pteria locus Cappadociæ apud ſynopem ubi Crœſus primum cum Cyro pugnauit.

Ptolemaeus a πτόλεμω æolice πολεμω attice & omnia nomina in eus a uerbis circunflexis ae diphthongon habent ut τιμω græce timaeus:nomen reguni ægyptiorum. lacus primus.Gregarii militis filius poſt Alexandri mortem ægyptum aphricam & magnam arabiæ partem occupauit: & ſplendore ſuo ſucceſſoribus nomen dedit. regnauit quadraginta annos.reliquit filios.Ptolemaeum Ceramium Philadelphum:qui ei ſucceſſit.uir doctiſſimus: qui Bibliothecam fecit Stratonis diſcipulus: regnauit trigintaocto annos.ſucceſſit Ptolemaeo Euergetes qui regnauit uigintiſex annis.ſucceſſit Ptolemæo Philopater inde Epiphanes uigintiquattuor inde Philomen trigintaquinque annis. inde Euergetes nouem.inde Phython qui & ſoter.xvii.inde Alexander decem.inde Dionyſius adoleſcens qui Pompeium interimi fecit.hic ultimus & omnes ptolemæi dicti fuerūt & alii ut filius Pyrrhi & quidam rex Cypri:qui romāum ditauit ærariū.fuit & aſtrologus in ægypto:non ex ſtirpe regia:quæ ante longe defecerat.fuit & Pheludienſis temporibus Traiani & Hadriani:ut ipſe teſtatur in.v.ix.& x.maioris ſui operis.

Publicitus & publice inuenitur.Ser.

Pubes cum lanuginem ſignificat barbæ pubis facit.ſin autem iuuentutē puberis nec tamē adiecta præpoſitiōe dicimus īpuberis ſed impubis ut apud.Vir.impubis uili.Ser.

Pubes iuuentus.Hor.car. Lætaque pubes hedera uirenti gaudeat.Acron.

Publipor a puero publiporis: ſicut marcipor marciporis ideſt publii puer uel marci. Priſcianus.

Puber.beris teſte cæſare.ꝓbus uero pubes puberis.inde impubes.be.bis.Virgilius.v.impubis uili.& Hora.in epodo.īpube corpus.Ci. quarto inuecti.filiumque eius impuberē legatum a patre miſſum.Pri.

Pubes adoleſcens quin etiam plurium numerus eiuſdem ætatis.Fe.

Pubes puer qui iam generare poteſt.is incipit eſſe ab annis.xiiii.fœmina uiri potens a duodecimo.Feſtus.

Pube præſente eſt populo: præſēte ab his qui puberes ſint omnem populum ſignificans. Feſtus.

Publica ſacra quæ pro populo fiebant priuata quæ pro ſingulis hominibus & familiis appellabant.Feſtus.

Publicitus publica cura atque conſilio.Teren. in phor.Nonne hoc publicitus ſcelus deportarier in ſolas terras.Do.

Publicitus pro publice Lucil.ſaty.xii.huc homine quæſtore aliquo eſſe opus.atque corago publicitus qui mihi atque opifici præbeat aurũ.Idẽ in.xvi.Publicitus uendit:tamẽ atque extrema ligurit.Plau.in amphi.hoſpitio publicitus accipiar.Cecil.ĩ plocio.Ibo domũ ad plebem pergitur publicitus defendendũ eſt.Pomponius in campanis. Dat ordo ſenino & fullonibus publicitus cibaria.No.

Publicanum appellamus eum qui uectigal populi romani conductum habet.Ser.

Puditũ·Plau.inqt ĩ bachidibus.neq; tui te ĩtus puditum eſt factis quæ facis.Priſ.

Pudenda erubeſcenda.Ho.ca.ſic lucro auerſam potuiſſe naſci matre pudenda.Ac.

Pudor uerecundia.Hora.Car. O pudor o magna carthago ꝓbroſis altior ruinis.Acron.

Pudet & piget: in eo differunt ꝙ pudet in his quæ turpiter fiũt. piget in his quæ cũ dãno ac malo.pudere etiam ad dedecus pigere ad dolorẽ refertur pudet quod turpe eſt. piget quod dolet.Ter.in adel.Fratris mei me quidem pudet pigetque.Do.

Pudet & piget hoc diſtãt.pudere enim uerecũdiæ eſt:pigere pœnitentiæ.Plautus in pſeudulo.Nimis id quod pudet facilius fertur q̃ illud quod piget.non dediſſe iſtũ pudet me quia non accepi piget.Saluſtius in iugurtha. nam poſtea quæ fecerit incertum habeo pudeat:an pigeat magis diſſerere.No.

Pudicitiæ ſignum romæ colebatur qđ nephas erat attigi.niſi ab ea quæ ſemel nupſiſſet.Fe.

Pudor & uerecundia differunt pudor eſt male facti:uerecundia recti & honeſti. Ter.in an. nihil pudet.Et pudet duo ſignificat ſiue ille peccare quẽ pudet. ſiue ille cuius pudet. Idẽ in hecy.pudet philomenæ me.Do.

Pudori colorem.In Neuiano carmine Ruminabamur quod rubẽtem aurorẽ pudori colorem & mennonẽ nocticolorem.A.gel.

Puelli pueri per diminutionẽ Enni. & pœnis ſolitis uos ſacrificare puellos.Feſtus.

Puellos pueros.Varro in teſtamẽto. ſic ille puellus ueneris repente uado occidit cruentus olim.Luc.li.iiii. Cumque hic tam formoſus tibi ac te dignus puellus. Lucillus.nos tamẽ ũde puellũ ſuſcipere & partus poſſet ditiſcere dulcius.Enni.ſic mos ille ſuis diuis ſacrificare puellos.Var.in marcipore. Peliã me & permiſiſſe:ut ſeu elunium degluberet dum madore addere puellum.Idem.x.ultra inter pecus dormitio uigilabis:quæ me puellũ impuberem cœpiſti.No.

Pueri liberi quondam tribus his artibus litteris palæſtra muſica erudiebantur. Hinc Ter. in heau.fac periculũ ĩ litteris: fac in palæſtra in muſicis quæ liberũ eſt æquũ ſcire adoleſcentem ſolertem dabo.Do.

Puerili ætate qui eſſent cenitabant foris cur ꝑter hos nemo:an lygurgus ut modeſte non intẽperãter & belluarũ more hoc pacto quoque pueros ĩſtituit ad philitia deducens: ſed uerecũde ac pudentis uoluptates attingerẽt cũ maiores natu ſpectatores ac magiſtros haberent nec quoq; hoc minoris faciundũ qđ in liberorũ conſpectu uerecundiores multo parentes ſe exhibent & modeſtiores:nã quẽ admodũ ꝓclare a Platone ſcriptũ eſt ubi ſenes impudentes ſint adoleſcentes quoq; turpiſſimos eſſe neceſſe eſt.

Publicola qui quoniã a populo colebatur.

Pubertatẽ ueteres quidem nõ ſolum ex annis ſed etiã ex habitu corporis uolebãt & inguinibus eſtimari uoluerunt ut Iuſtinia. tradit.

Pudoris templum eſt frons.

Puerpera dicebãt antiqui.unde puerpera quæ puerũ & pueram parit.Et diminutiuũ puella inde puellaris.re.Inueniunt etiã antiqui ꝓtuliſſe puella & puellus & puerus.Priſ.

Puer apud maiores cõmunis generis erat unde in Ody.legitur mea puer. Ser.

Puerpera eſt omnis quæ peperit & non quod puerũ.ſed qđ filium pariat puerpera dicta.ut apud ueteres puer puellus: puera puella uocabantur.Donatus.

Puer qui obſcœne ab aliquo amabatur eius a quo amatus eſſet pullus uocabatur. Vnde Qu.Fabius.cui eburtio cognomen erat: ꝑp candorem quod eius natis fulmine icta eſſet pullus iouis appellatus eſt. Feſtus.

Puer filius.Vir.ii.æn.aſcaniuſque puer.Et Hora.puerosque.lede.nam παῖδας & ad filios referunt & ad ætatẽ.Ser.

Puerræ ꝓ puellæ.Varro de uita patrum ꝓperate uiuere pueræ:quas ſinit ætatula ludere ẽe amara & ueneris tenere bigas.Idẽ de uita pa. lib.ii. ſic in priuatis domibus pueri libere & puere miniſtrabant.No.

Pueritia pueritas. Var. rerũ diuinaꝝ.li.i. Qui pueritia eſt infrequens polluta.No.

Pueri appellatio tres ſignificatiões habet. Vnã cum oẽs ſeruos pueros appellamus:ut Te.in an.Etiã puerũ ide abiens cõueni cremis. Alterã cũ puerum cõtrario noĩe puellæ dicere mus.Tertiã cũ ætatẽ puerilẽ demõſtrãus. S.

Puer filius Virgi.iiii.æn.ægregiã uero laudem & ſpolia ampla refertis.tuque puerque tuus more græco dictũ eſt παῖς.Ser.

Puellaſcere effœminari uel reuirdeſcere. Var. in bais.ꝙ non ſolũ in nube fiũt cõmuni ſed etiam ueteres puellaſcunt.No.

Pueros ꝓ ſeruis.Var.in eu.Vix uulgus cõfluit nõ puellaꝝ.ſed pueroꝝ atq; ãcillarum. No.

Pugillares tabellæ aut parui libelli:qa pugno

queant contineri. Plinius ſecundus in epiſto la ad Cornelium tacitum. Ad retia ſedebam erant in proximo non uenabulum ſed ſtilus & pugillares. meditabar aliquid & notabam ut ſi manus uacuas. plenas tamē ceras reportarem. Seruius.

Pugillares maſculine & pluraliter tantū inuenit: tamē hoc pugillare & hæc pugillaria. S.

Pugno pugnam noue dicitur: ſicut ſeruio ſeruitutem. Acron.

Pugillares tabellæ cereæ ſiue ligneæ uel alteri us materiæ in quibus ſtilo ſcribimus unum pugillarē nos dicimus. Lau.

Pugna quære in bellū. Lau.

Pugil dictus eſt a pugna: & pugna a pugno. ueteres nāque ante uſum ferri & armorum pugnis & calcibus & morſibus corporumque luctatione certabant. Terentius in hecy. pugillū gloria. Donatus.

Pugil uocabulum apertū eſt. Varro.

Pugiles a pugnando. Varro.

Pugnus a punctione ideſt percuſſione dicit. F.

Pullariā. Plau. dixit manum dextram. Fe.

Pulchralibus pro pulchris. Fe.

Pulchritas pro pulchritudo. Cecil. in harpaio me ne dii boni qd illud eſt pulchritatis. No.

pulcher pro fortis & fortis ꝓ pulchro poſitū eſt. Vir. Satus hercule pulchro pulcher auentinus. Nam niſi de hercule dicatur pulcher pro forti ſatis eſt incongruum epitheton. ſicut. Plautus de muliere. Quid nam fortis eſt ideſt pulchra. uirtus enim & pulchritudo ꝓ ſe inuicem ponuntur: ſicut contra malitiā aut uitium pro deformitate: hinc eſt apud Virg. haud illo ſegnior ibat æneas. i. non deformior. Nam ad pulchritudinem ea tendit comparatio cū de amato dicat ænea Ser.

Pulchre fortiter ac nimis. Teren. in heau. quā uidebar pulchre mihi ſobrius. Do.

Pulmentum a pulte. ut Plau. Varro.

Pulmētarium dictum hoc primum debuit paſtoribus. Varro.

Puls potiſſimum dabatur pullis ī auſpiciis qa ex ea neceſſe erat aliquid decidere ꝙ tripudium faceret. i. terripudium. Fe.

Pulſatum percuſſum. Vir. in vi. pulſatuſque parens aut fraus innexa clienti. No.

Pulſatum. Vir. in. xii. pulſatos referens infecto fœdere diuos. No.

Pulſare uiolare lædere. Virgilius. x. æne. fugit ipſe latinus pulſatos referens infecto fœdere diuos. Seruius.

Puls uictus antiquiſſimus appellata uel ꝙ ita græci. uel ab eo uti ſcribit Appollodorus ꝙ ita ſonet cum aqua feruēter aſpergitur. Var.

Pulpam non modo carnē ſine oſſibus ſed etiā ſine pingui ut Liuius. xxxxviii. Miximiſſe uicti ab eo annos habentes nonaginta duos & ſine pulpamine mandere & guſtare panem tantum ſolitos. Mar.

Puls ex farina halicæ oleo & aliis rebus ut docet aptius in quinto erant autem pultes ſuis appellationibus diſtinctæ.

Pullū non album. Virg. geor. li. iii. Ne maculis infuſcet. uellera pullis. No.

Pullum eſt ætatis nouellæ. Virgilius georgicorum libro tertio. Continuo pecoris generoſi pullus in aruis. No.

Pluuinaria ꝓ templis ponimus: cum ſint proprie lectuli qui ſterni in templis ſuperuenietibus plæriſque conſueuerunt. Ser.

Pulla columella libro primo nigram terram quam uocant Plinius ad celerem libro decimo. tunc commutata non plurima: ſed omnia cupis utque ſalacior ſcena & corona diffuſior nam illos quoque ſordidos pullatoſqꝫ reueremur.

Puluinar apparatus erat ī deorum templis ad aras quo quaſi & ipſi uenturi eſſent ad diem feſtū: & epulas īuitabant pōtificū cerimōiis.

Pulucatū genus culturæ uocatur: quo minutæ glebæ uitibus applicantur. Ser.

Pulchritudo eſt quædam apta figura menbrorum cū coloris quadam ſuauitate. Ci. tu. iiii. pulcher dicit quaſi ſpulcher. i. aſpera cutis.

Puluis & puluer dicitur. Pri.

Puluinaria dicebantur aut lecticæ diuorū: aut tabulata in quibus ſtabant numina ut eminentiora uiderentur. Hor. car. Nunc ſaliaribus ornare puluinar deorum. Ac.

Puluinus quaſi pulminus uel a pullo: eo ꝙ plumis pullorū fiat. Puluinar. i. ceruical regū eſt puluinus priuatorū. ūde puluillus & puluillulus diminutiua ſunt. & puluinaria lecti ſternia. ſeu lectuli in templis ſtrati unde puluinaria feſta. Puluinus etiā eſt machina qua naues in portum ſubducuntur. Ouid. collaque puluino noſtra ferenda dedi.

Puluis tātū ſigulariter: ut inqt Do. legitur apd Hor. nouēdiales diſſipare pulueres. Ser. ī do.

Pulmētū & pulmētariū dictum qa cum pulte fit. Seruius in arte.

Pulcrū ſepulcrū lacrimor aſpiratū inuenies catulli enim ueronenſis at ciceronis temporibus erupit abuſus quidam aſpirandi nam & pconem & chenturionem chēturiā & chorona quidam malebāt cuius. n. rei ēt meminit Quin. idqꝫ dānaſſe catullū ſuo quodam epigrāmate tradit: quod & ſi integrū apud nos hodie nō extat ex uno tamen atqꝫ altero illius uerſiculo facile pōt intelligi repræhēdit qdam qui chomoda dixerat iā mirifice ſperabat ſe eſſe locutum cum quantum poterat dixerat hinſidias.

Pulchrū aſpirari debere Varro negat. ne duabus conſonantibus intercedat aſpiratio: qđ minime rectum antiquis uidebatur unde & ſepulchrum hodieque manet cum ſit ſeorſum a pulchro propter recordationem doloris.aliis placet ſepulchrum compoſitum a ſemis & pulchro: quia pulchrum ſuperficie intus oſſibus plenum.Ser.in arte.

Puluis mutato genere facit puluiſculum apud Hieronymum Apuleius uero maſculinum protulit.niſi ut petiſti mundicias dētium ni telas oris ex arabicis frugibus tenuem candi ficum nobilem puluiſculum.Lau.

Pullaſtra apud Varro.eſt gallina adhuc adoleſcens maiuſcula q̄ pulla imitationem ſignificat.Lauren.

Pulli quære in catuli.Lau.

Pulſo quære in uerbero.Lau.

Pomiliones & nani uocantur breui atque humili corpore homines paulum ſupra terram extantes.Aulus gel.

Pumilios.Apuleius in aſino aureo inducit ſorores pſyches maritis detrahētis quouis puero pumiliones & cucurbita. glabriones. pumilios .n.dicit molles atque imberbes glabrum uero lentum atque imberbem. Ful.

Punius punior format comparatiuum.quāuis gentile ideſt callidior aſtutior penorum epitheton.Plau.in pen. Nemo me eſt hodie punus punior.Priſcianus.

Pungo pupugi uel punxi: expungo tamen expunxi:repungo repupugi & repunxi.ut Capro uidetur.cum ei qui nos pupugit talionē ideſt uicem a nobis redditam oſtendimus repupugi dicimus.quando uero de ratione uel kalendario loquimur repunxi dicimus.P.

Pugillares membrana apud Martialem hoc diſticho habent eſſe putāt cæſas licet hæc mēbrana uocetur delebs quotiens ſcripta noua re uoles.

Punctus eſt figura:punctum uero tempus breuiſſimum.

Puniceus ſanguinei coloris. Hora.puniceis in uecta roſis.Acron.

Punctum pro momento dictum. & punctum anguſtiſſimum ſpacium.Terē.in phor.Tum temporis mihi punctum ad hāc rem.Do.

Punicum genus libi tranſlatum a poenis id ēt appellabant probum:quia erat præ cæteris ſuauiſſimum.Fe.

Punici dicuntur non poeni.quāuis a phœnice ſint oriundi.Fe.

Punitariolas leues pugnas identidem ipſe dixit Feſtus.

Punitur aliquando pro punit. Tullius libro ſecundo offi.neque ad eius qui punitur aliquē aut uerbis caſtigat ſed ad reipu.utilitatem referri.Nonius

Pupillus quære in orphanus. Lau.

Pupæ quas nubentes uirgines donant ſolebāt enim uirgines anteq̄ nuberent quædam uirginitatis ſiue dona ueneri conſecrare.

Pupæ & pupi. Varro in aboriginibus. Itaque breui tempore magna pars i deſiderium puparum & ſigillorum ueniebat. Idem mámá lectis ſuggentē paſcere pupū.

Pupinia tribus ab agro pupinio.Fe.

Puriter pro pure inuenitur.Priſ.

Purpureum quod tinctum ex purpura. Hora. car.purpurei metuunt tyranni.Acron.

Purgata mōs eſt:& in eo oppidum eius nominis prope troiam.

Pura ueſtimenta ſacerdotes ad ſacrificium habebant.i.non obſita non fucata non funeſta non maculam habentia.Fe.

Purė lautum aqua pure lauatum.Fe.

Puri probi profani auri ſui dicebantur in manumiſſione ſacrorum cauſa ex quibus puri ſignificat qđ in uſu ſpurco non fuerit ſui:qđ alienationi non fuerit probi: qđ recte excoctū purgatūque fuerit.Feſtus.

Purrime tenuero puriſſime tenuero.Fe.

Purum putū ualde purum:ſicut nouum nouicium dicimus:& proprium propitium:augere atque intendere uolentes noui & proprii ſignificationem.

Purpura a purpuræ maritimæ colore. Varro.

Purpuræ quæ ſingit̄ ſanguine muricis & coctuᵉ quæ cocco pomo fructicis denique & aliarum ueſtium p̄cioſarum nam p̄cioſiores ueſtes aliis medicaminibus uilioꝛes herbarū ſuccis inficiebantur.

Purpura ſit purpureum ſit. Ci.academico.lib. ſecundo. Quid mare non ne cæruleum aut eius unda cum eſt pulſa remis purpuraſcit. & quidem aquæ tinctum quodāmodo & infectum.Nonius.

Purpuriſſa color q bombyci mixtus mulierū genas tingit:ut in phucus.

Purpureus niger præcipue de mari: qđ ex altitudine nigrum accepimus. Vir.iiii.ge.In mare purpureum uiolentior influit amnis. Ser.

Pulus puer.pula puella.Varro.

Pugio dictus eſt eo ꝙ pūctim pugnat. Feſtus.

Putare autē ueteres dixerunt uacantia. ex qua re ac non neceſſaria:aut etiā obſtantia & aliena auferre & excidere. & qđ eſſet utile & ſine uitio uideretur reliquere:ſic nāque arbores & uites & ſic etiam rationes.

Putum dictū quaſi exputatum excoctūq; omnique aliena materia carens: oībuſque ex eo uitiis detractis emaculatū & cādefactū.A.g.

Putator q arbores puras facit Varro.

Putari ratio dicit̄ i qua ſentētia pura ſit. Var.

Putare eſt quiquis ſimplicitate pectoris aberrauit.Ci.ꝑ Qu.ligario nõ putauit lapſus eſt Te.in an.Hæc ego putabã ẽe humani ĩgenii mãſuetique animi officia:& humani ingenii circa chryſidẽ manſueti circa amicos.Do.

Putare pro reputare exiſtimare. Vir.multa putans ſortemque animi miſeratus iniquã.Te. in heu.dum hæc reputo, putamus inſtantia reputamus præterita.Do.

Putare eſt tractare purgare: inde & putamina purgamenta dicta ſunt.Plau. in captiuis:Nucleum amiſi:retinui pignoris putamina. Te. in adel.rem ipſam putemus.Do.

Putare proprie eſt falſa & infructifera a ueris & fertilibus reſecare.unde arborum purgatores putatores dicuntur.Donatus.

Putare colligere. Plau. in alu.putat' ratio cum argentario.Nonius.

Putare dicitur purgare rarefacere.Virg.æn.li. ii.finxitque putando.No.

Putare aptare.Titinnius in fullonibus.Dapẽſã lanam qui non reddet tempori putatam recte facite ut mulctetur male.No.

Putare animo diſputare. Virg.æn.li.vi. multa putans ſortemque aĩo miſeratus iniquã.En. in thyeſte.Ibi quid agat ſecum cogitat parat putat.Ceci.in eculeo: Oculo non hoc putas non hoc corde tibi uerſatur.No.

Putare exiſtimare.Ter.in an.recte putas.N.m.

Putamina non ſolum arborũ:uerũ oium rerũ purgamẽta.nã qcquid ex quacũque re ꝓiicitur putamen appellat'.Plau.ĩ captiuis.Nucleum amiſi reliqui pignoris putamina. No.

Putamen a putando ideſt a tondendo dictum eſt purgatio:& qđ ab re aliqua aufert'. Vale. maxi.li.viii.Manibus ferrum nõ auſus committere inſtituit ut uigilãdum putaminibus barbam ſibi & capillum aducerent:Ser.

Puteolos dictos putant ab aquæ calidæ putore quidam a multitudine puteolorum:earũdem aquarũ gratia factorum.Fe.

Puteal uicus romæ ubi fœneratores debitoribus pecuniam credebũt:puteal autẽ dictum ꝙ ibi creditor debitori ſuo dans bona tamq̃ in puteum mittit.

Puteolum oppidum a puteis: ꝙ circũ eũ locũ aquæ frigidæ & calidæ multæ niſi a putore potius putridis odoribus ſæpe ex ſulfure & alumine extra oppidum.Var.

Puteus ab udus uda udũ q̃ſi humidus deorſũ niſi potius ꝙ æoles dicebant ποτάμου ſit a potu.Varro.

Puticuli ſunt appellati qđ uetuſtiſſimũ genus ſepulturæ ut potus fuerit.& dicti puticuli ꝙ ibi cadauera putreſcerent.Fe.

Puticium.Plau.dixit pro ſtulto.Fe.

Putidum a ſenſibus auribuſque probari.Ci.de ora.iii.ſcribit.Qui hæc ſatis ſpero uobis quidẽ certe maioribus natu inhoneſta & putida uideri.Nonius.

Putidũ non putre ſed odoris mali. Mar.Tulli. de fini.bo.& ma.li.v. Nam iſcite illud dictũ uideatur in ſuaue animũ illi pecudi datum pro ſale ne putiſceret.No.

Putibuli dicunt' q ſibi ipſis diſplicent hoc. Ci. uno ĩ loco diſplicebã mihi alibi dixit eram putibulus cũ aũt qſque ſibiipſi diſplicet cõtrahit frõtẽ & caret omni hilaritate.

Puticuli a puteis:qđ ibi in puteis obruebãtur homines niſi potius ut Elius ſcribit puticulæ ꝙ putreſcebant ibi cadauera proiecta:qui locus publicus ultra exquilias itaque eũ locum Afranius ĩ togata puticulos appellat:ꝙ inde ſuſcipiunt publice lumen.Varro.

Puta quoque quidam aduerbium eſſe accipiunt ideo Perſiũ corripuiſſe.ut hoc puta nõ iuſtum eſt illud male rectius illud.Priſ.

Putis pro puro.ũde putare uites & arbores.ꝙ deciſis impedimentis remanent puræ. aurũ quoque putatum ſolet dici ideſt expurgatũ & ratio putata.i.pura facta.No.

Putret putridum eſt.Pacuui.in teucro: quanquam anniſque & ætate hoc corpus putret. Actius in erigona.quanq̃ exangue eſt corpus mihique atque animus putret.No.

Putris ſolubilis. Virg.primo geor.putris ſe glebare ſoluit.Seruius.

Putus antiqui dicebant pro puro unde putare uites & arbores ꝙ deciſis impedimentis remanerent.Feſtus.

Putum aurum quoque putatum dici ſolet ideſt expurgatũ.& ratio putata ideſt ratio pura facta.Feſtus.

Putidum non ſolum ab odore fetido & graui qđ naribus probetur. ſed quod eſt auribus triſte:ſuaue auſterum:rancidum gutidum dici poſſe auctoritas uetuſtatis admiſit. Cic.in orato.primo.Nã igitur modo audiretur miſus aut phryx athenis: cum etiã Demoſthenes agitetur putidus.No.

Putus dictus eſt a putando.Plautus in pſeudulo.purus putus eſt ipſus. Varro.Mea igitur hæc acorbe pura & puta thyſo ſcandales. & locat ſibi auiculam de lacte & cætera reptilia quam apes mileſiæ coegerunt: ex omnibus floribus libantes ſine oſſe & neruis ſine pelle ſine pilis curam putam proceram terram formoſam.nam & orationes ea cauſa putari dictæ ſunt quotiens ex his fraudis aut falſi aut mendacii aut iniqui aliquid ſepe ratur:& ipſum nanque cum dicimus dubitãtes puto ſignificamus:nos in rebus ĩcertis & obſcuris falſis opinionibus nos fieri ambiguoſis.Nonius.

Vadra fragmentum panis. Vir. ſecũdo. patulis nec parcere qua dris. Et Iuuena. ut bona ſumma putes aliena uiuere quadra. Ser. Quadra ps & quadra mẽſa. M. Quadrat conſentit tranſlatio a lapidibus quadris: qui ſibi bene conueniunt Virgi. ii. geor. Arboribus poſitis ſecto uia limite quadret. Ser.

Quadrantal uocabant ãtiqui amphoram quã uas pedis quadrati octo & quadringenta ſextarios capiat. Plautus. Anus hæc ſitit quantillum ſitit modica eſt capit quadrantal. Fe.

Quadrans ab eo qđ q̃rta pars aſſis. Varro.

Quadrifariam pro quadripartita. Varro rhetori. lib. xx. Et ea quæ ad mortales pertinent quadrifariam diſpartierim. in homines in loca in tempora in res. No.

Quadruplatores dicebantur q eo quæſtu utebanť: & eas res ſequebanť. quarũ ex legibus q̃drupli erat actio: quando enim res comitauit fas in faſtis notari ſolet & hoc uidetur ſignificare quando rex Sacrificulus diuinis rebus profectis in comitium uenit.

Quadruplatores delatores erãt criminum publicorum in qua re quartam partem de proſcriptorum bonis quos tulerant conſequebãtur. Alii dicunt quadruplatores eſſe eorum reorum accuſatores qui conuicti quadruplo damnari ſolent quadruplatorum ſordidum genus. Aſco. ped.

Quadruplatores accuſatores ſiue delatores criminum publicorum ſub pena quadrupli: ſiue ꝙ ipſi ex damnatorum bonis quos accuſauerunt quartam ptem conſequebãť. Ci. li. ſecundo ad herennium. Vulgares diffinitiones ſunt quæ nihilominus in aliam rem trãſferri poſſunt ut ſi qs dicat quadruplator ut breuiter ſcribam capitalis eſt. Ser.

Qua de re negantis uim habet hæc interrogatio: plus eſt enĩ qua de re dicere q̃ nihil. Ter. in an. qua de re rogas: rogas cum indignantis interrogatione. Donatus.

Quadrupedem cura. Te. in an. utrum genus ligaturæ ſic diciť quadrupes an quadrupedẽ ut feram an q̃drupedem ideſt cũ pedibus & manibus. an quadrupedem pro ſeruo & fugitiuo ponit. Vir. ſautius at quadrupes. Do.

Qualli ſunt per quos uinum defluit: q & ipſi a colando dicti ſunt. Ser.

Quam qualẽ. Te. in an. nunc quam rem uitio dent q̃ſo animum aduertite. Do.

Quatere ſuſpẽſum & uicinũ rei alicuius motuũ ſignificat: ut interdum concutere & quatere ſit compoſitum. Fe.

Quando pro quoniam. uel quando pro qđẽ. Te. in adel. poſtremo quando cõſcia mihi ſũ a me culpam hanc eſſe procul. Do.

Quando pro ſiquidẽ quoniã. Vir. xi. æn. Meq; timoris argue tu drãce quãdo tot ſtragis aceruos: teucrorũ tua dextra dedit & hic tibi fabor enim quando hæc te cura remordet. S.

Quãdo ſtercus delatũ fas ẽ eodẽ mõ ĩ faſtis notať dies quo ſtercus purgať ab æde ueſtæ. F.

Quando cum graui uoce ꝓnunciať ſignificat qđ quoniã eſt cõiunctio: quando acuto accẽtu ẽ tẽporis aduerbiũ. Fe. pom.

Quainde pro quando dicebant antiqui. Fe.

Quãdo ꝓ quoniã dici põt. Vir. li. vi. Vnũ oro quãdo hic ĩferni ianua regis dr̃. Et rurſus hi tibi fabor. n. quãdo hæc te cura remordet. S.

Quãmox ſignificat q̃cito. ſed ſi ꝑ ſe põas. mox ſignificat poſtea uel paulo poſt. Fe. pom.

Quanti ueheres diciť adeſt quãti eſſet uectura ut quanti cõdẽnatus. eſt ſatiſfactum eſt ut tanti ualet quanti uendi poteſt.

Quantum poteſt hoc eſt celerrime. Te. in an: Sublimẽ intro rape hũc quantũ potes. Do.

Quanuis ꝓ quantũ uis. Te. ĩ adel. ne tam qđẽ quãuis etiã maneo hic ocioſus. Do.

Quartarios appellant muliones mercenarios ꝙ quartam partẽ capiebant quæſtus. Fe.

Quaſſare ranæ dicuntur cũ uocẽ mittunt. Fe.

Quaſſare ſepe quatere. Fe.

Quadrata q̃ neq; prælonga neq; parua ut ſtatura hois q̃drata q medie ſtaturæ eſt q̃drata ſtructura cõtinua noiãť nullis ſectionibus interſecta q̃drata quoq; iãbica carmina quæ octo iambis conſtant.

Quadranta amphora ꝙ uas pedis q̃drati octo & quadraginta ſextertios capiat. Plau. Anus hoc ſitit quantillum ſitit modica eſt cupit quadranta. Feſtus.

Quaſſare cõmouere debilitare. Vir. i. æn.

Quaſſatam uentis liceat ſubducere claſſẽ. S.

Quaſſare fatigare. Valerius maximus li. octauo. Neque aut memoriam eius quanq̃ tardiorem aut firmiorem lateris ulla ex parte quaſſatam aut os hæſitatione impeditũ animaduertit. Seruius.

Quatio excludo Te. Ni mirum homo quatietur certe cum dono foras. Ser.

Quatit infeſtat. Vir. ix. æn. aut raſtris terrã domat aut quatit oppida bello. Ser.

Quatenus ideſt quantũ. Vale. maxi. libro nono. Nunc quatenus uitæ humanæ cũ bona tũ etiã mala ſubſtitutis exẽplorum imaginibus proſequamur dicta ĩproba & facta ſcelerata referantur. Ser.

Quatenus quouſq;. Tullius in lælio. Etenim quatenus amicitiæ dari uenia poſſit. Ser.

Quatenus ſignificat qua ut hactenus: hac fine quatinus uero quoniam: ſed antiqui quatenos dicebant. Feſtus.

Quatrurbē ſyracuſas. Actius appellauit: ꝙ ex quattuor urbibus in unam illam ciuitatem ſe homines contulere. Fe.
Quattuor ſunt quæ in ſponſis quærūtur forma: probitas: dos nobilitas. Do.
Quadruplo & quadruplor. idem. P.
Quatio quaſſi teſte Cariſio. quaſſum qđ ī uſu non eſt. unde quaſſo quaſſas. Priſ.
Quam aduerbium ſimilitudinis: uel comparationis: uel electionis. Vir. x. quam facile accipiter ſaxa ſacer ales ab alto. Priſ.
Quando & compoſita aliquando: nequando ſiquādo ſi ſunt infinita in ātepenultima acuto proferuntur ſicut inde: exīde: proīde ſubinde: deinde. ſunt enim relatiua: interrogatiua: & infinita: diſcernuntur tamen accentu. Quando etiam accipitur pro cauſali coniūctione. Virg. x. aſpera quis natura loci dimittere quando ſuaſit equos: pro aliquando. Et in. i. hic tibi fabor enim quando hæc te cura remordet. pro quoniam. P.
Quadrigam. Donatus inquit tantum numeri pluralis. ſed Var. ſingulri etiā dicit. Ser. ī do.
Quadrimum quattuor annis inueteratū. Hora. car. i. deprome quadrimum. Acron.
Quanuis & licet recipit ſubiūctiua. Vir. Quāuis Elyſios miretur græcia campos. Ser.
Quanquam finitiua recipit. Vir. quanquā animus meminiſſe horret. Ser.
Quando pro cum Formianus ait. ſed ſecunda acuta interrogatiuum eſt. ſi uero producaſ futurum tempus oſtendit Ser.
Quatiunt concutiunt. Hora. car. parcius iunctas quatiunt feneſtras. Acron.
Qualus ideſt calathus. Hora car. tibi qualum cithareæ puer ales metonymicos autē pro lanificio poſuit. Acron.
Quatenus aduerbium interdum temporis: interdum loci quatinus uero coniunctio tantum. Hora. car. quatenus heu nefas uirtutem incolumen odimus.
Quandudum interrogantis eſt. iamdudum reſpondentis. Caper.
Quatenus per e aduerbiū eſt. quatinus p i cōiunctio cauſalis: ut ſi dicas: quatinus hoc ſine plagis non facis. En tibi plagas aduerbiū eſt: aut temporis: aut loci: quatenus interdū tēporis: loci cū dicius quatenus ibimus. Cap.
Quadrageni pro quadrigēteni ſyncopatur. L.
Quadrimus quære in trimus. Lau.
Quandoquidem & quando pro quoniā. Quī. Quando igitur orator eſt uir bonus: is autē citra uirtutem intelligi nō pōt. Vir. quandoqdē Auſonios non fas cōtingere portus. La.
Quatenus pro quoniam. Quin. ſed quatenus luctus noſtri in ius uocantur. & flenti diſputandum eſt. Quatenus pro inquātum & eatenus pro intantum. Ci. in lælio. uidendum eſt quatenus amicitiæ tribuendum eſt. Lau.
Qua pietate fuit inquit. Quin. ideſt tanta pietate fuit. Et alibi: quæ tua pietas eſt: & ea pietas tua eſt ideſt tanta. Lau.
Quæſtuoſus affectionem ſignificat. eſt enim auidior quæſtus & lucri: ūdique lucella quæritans. Laurentius.
Quæro inquiro exquiro æ in i tranſit producta: Plau. exquæro dixit in aulu. i. intro exquiro ſit ne ita ut ego dico. Priſ.
Quæſti pro quæſtus. Te. in hæc nunq̄ quæſti gratia animum ad malas adducā ptes. P.
Quæſo quæſi. Probus tamē quæſiui dicit. Sa. primo hiſto. Curiōem quæſiuit uti adoleſcētior. & a populo ſuffragiis integer ætati concederet. Priſ.
Quærcus ſecundæ & quartæ declinatiōis. Ci. in orthographia: ibi quercorum rami ad terram iacent. Vir. viii: Arma ſub aduerſa poſuit radiantia quercu. Priſ.
Quærcus dicitur qđ id genus arboris graue ſit ac durum. tum etiam in ingētem euadat amplitudinem.
Querna corona quære in dictione corona.
Querqueram enim grauem & magnam quidam putant dici. Feſtus.
Querqueram frigidam cum tremore a græco certum eſt dici: unde eſt & carcer Lucil. lactans me ut fibris querquera. Et alibi querqueram conſequitur capitiſque dolores. Plau. his mihi erat bilis q̄rqueratus. F.
Querquetulanæ dicebantur nymphæ querqueto uireſcenti præſidentes. Fe.
Querquætularia porta romæ dicta: ꝙ querquetū ītra muros urbis iuxta ſe habuerit. F.
Querquedula require in anguilla.
Quærere & requirere hoc differūt: quoniā reqrere eſt diu quærere. Afranius. fratris ꝓ intutum quæram ne requiram te uide. No.
Quæro & querito differunt: quærit enim qui ad plenum & perpetuum reponit: quæritat q uix quottidie īquirendo uictum inuenit. Te. ī adel. lana ac tela uictū quæritans Do.
Quærit id qđ difficile reperit. Teren. in heau. quære q tibi reſpondeat: uidelicet: nō modo indignus es inquit cui ego reſpondeam: ſed uix inuenies q te dignum reſponſo iudicet. Et quære tibi dicitur. Vir. quærat ſibi fœdera turnus. Teren. in hec. quære. alium tibi firmiorem amicum. Dona.
Quærerem latenter ſignificat præter uincula etiam tormenta adhibe. inde quæſtionē habendam dicimus. i. tormenta adhibenda. Te. in adel. hunc abduce uinci quærerem. Do.
Quæ qualia & quanta. Teren. in heci. ſed quid hoc negocii eſt modo quæ narrauit mihi in

tus bacchis.Donatus.
Quæſtus eſt meretricis.Virgili.in priapeia.ut puta de quæſtu libera facta ſuo. Tere.in an. dehinc quæſtum occepit.Do.
Quæſtionem itelligere debemus tormenta & corporis dolorem ad eruendam ueritaté.Se.
Quæſtores a quærendo qui cõquirerent publicas pecunias:& maleficia quæ triũ uiri capitales nunc cõquirunt. ab his poſtea q̃ per quæſtionem iudicia exercent quæſtores dicti.Varro.
Quæſtio a quærendo ab his cõquæſtor.Var.
Quæſti pro quæſtus.Varro pro metiro.æmulũ illius artis atque obtrigilatorem quæ propter aliquos ãnos quæſti nihil fecit.No.
Quæſti uel quæſtius dictum pro quæſtus.Titinnius in fullonibus. Ni nos texamus nihil eſt fullones nobis quæſti. Plau. in aulularia. nam hic apud nos nihil ẽ quæſti furius. Neuius per deam ſanctã libet nam quæſtus ſit. Te.í an.nunq̃ animum quæſti gratia ad malas ídicam partes.M.Cato li.ii.quæſtus cauſa deridebant ſuas res pueri No.
Quæſtor dicitur prætor de pecuniis repetundis quæſtionem exercẽs.Nam proprie quæſitores dicuntur criminalium quæſtionum Virgilius. Quæſitor minos urnas mouet. Aſco.pedi.
Quæo qui & quii. Salu. catil. ſed neque ꝓcio neque gratia impelli quiuit.Priſ.
Quæ quære indictione ac.Lau.
Quæſtus í plurali a queror pro querela.unde fit conqueror: cuius datiuus & ablatiuus eſt queſtubus.Quæſtus uero quæſtibus a quæro.unde fit cõquiro deriuatur per ſyncopam Quæſitum ſignificat lucrũ nũmariũ. eſt eni lucrũ etiã amicoꝝ:gloriæ ſcientiæ.
Quæſtum etiã ꝓ actione lucrandæ pecuniæ. Cic.nam de artificiis & quæſtibus qui liberales habendi ſunt qui ſordidi.Lau.
Quæboni montes ſunt Trhaciæ.
Quem cõmodũ erat uetuſte poſuit.Ci.pro eo quem uolebat.Sic Te.Amat dabitur a me argentũ dũ erit commodũ:& eſt poſitum pro eo quam diu liberauerit.Aſco.pedi.
Qui liberi fiebant ea cauſa calui erant:qđ tẽpeſtaté ſeruitutis uidebanť effugere ut naufragio liberari ſolent. Plau.in amphi.ut ego hodie raſo capite caluus capiam pileũ.No.
Qui pro ut.& nõ eſt ꝓnomé quando ut ſignificat.Te.in an.Non q̃ argumentũ narret:ſed q̃ ueteris poetæ maledictis reſpõdeat. & q̃ q̃re qua ratione.Te.in adel.q̃ magis moré gereret. Et qui ũde.idem in heci.nec q̃ hoc mi hi eueniat.ſcio.Et q̃ utinã.idem í phor. q̃ illũ dii oẽs ꝑdãt. Et q̃ quoniã & qua rõne.idẽ in eodé.q̃ cognita tibi ſit.q̃ q̃obrem. idé in. an.q̃ nõ pȏt.Qui ſcis quatenus.ũde ſcis Qui ꝓ queadmodũ.idé in.an.facite fingite: inuenite qui deť tibi.Qui unde.idé in eodé.nam qui iſtæc tibi incidit ſuſpitio.No.
Quies quietis etiam quintæ inuenií. Afranius.ſollicito corde corpus non potitur nunc quie.Inde requies quintæ & tertiæ.Virg.iiii. tempus inane.peto requiem ſpaciumq; furori.Cicero de ſenectute ut meæ ſenectutis requietem delectamentaque noſcatis. Inquies trium generum eſt.Priſ.
Quirito & quiritor iden.Priſ.
Quieto & quietor idem.Priſ.
Quis cõmune erat apud antiquos. Terentius in heau.hunc oculis noſtrarum quiſquã nõ uidit.plurali uero quis uel ques: accuſatiuo quos uel ques:ut Pacuuius in modio. Ques ſũt iſti Cato.queſcũq; romæ regna uidiſſet pro quicunque.Priſci.
Quidni dũe partes ſunt ſicut cur non. & ſunt aduerbia affirmandi ſicut quid iſtic. Terentius quid iſtic accedo.Priſ.
Quiſquiliæ pluraliter ſemper.Ser.
Quinquaginta milia numum dicimus:nec ſtatim centies numum dicimus: & centies ſextertium nec quinquagĩta ſextertia.Ser.
Quianam aduerbium interrogandi.Virgilius heu quianã tanti cinxerũt æthera nimbi.Se.
Quiris quiritis etiam in ſingulari.Hora.Quis te redonauit quiritem.Petronius dicit hic q̃ritis.Ser.in do.& Acro.
Quis commune eſt quoniam ex græco: Tíσ utriuſque generis trahitur. ſimiliter qui: ut qui mulier.Ser.
Quis præpoſitiuum eſt:qui ſubiũctiuum.Virgi.tamen inquirendo protulit qui caſus agat res.Seruius in arte.
Quiritare eſt quirites ciere.Dio.
Quia interdum bis reperitur:interdum ſemel ponitur.aut poſt quod:uel quia qđ geminatur pro q̃a ſequẽte ſubiũctiuo uel indicatiuo.Quintil.nõ q̃a ꝓdeſſe nunq̃ ſatis ſit.ſed q̃a hoc ꝓſpicere debet: ne quid peius q̃ fecerit faciat.Lau.
Quingeni pro quingenteni ſyncopatur. Lau.
Quidem ad diſtinguẽdas res poniť:aut per exceptiõem illius qđ affirmes.Quĩtil.Torquebis quidem filium:ſed fatebitur mater: & cũ ille ſignificatur hæc exceptio ut Cice.de offi. iii.ab optimis illis quidem uiris ſed nõ ſatis eruditis. Quo in loco etiam ponimus uerũ: uerũtamen:at:ſed:cæterũ:tamen:attamẽ:ſed tamen ponitur & alternatim in laudem uel uituperium. ut tu quidem fidelis es ſed lentus & piger.uel cõtra. Tertio modo ponitur ſequente aut uel ſimilia.Cic.aut enim nemo quod quidem magis credo: aut ſi quiſq; eſt

K

ille ſapiens fuit.Lau.
Quippe quære in nempe.Lau.
Quin pro quinetiam ſiue atque etiam.Virgilius.Quin aſpera.Iuno quæ mare a.t.quæ.n.c.que fa.Conſilia in melius refert.Quin pro ut non ſeu cur non.Vir.Quin uatem infanã aſpicias. Pro cur non interrogatiue Idẽ.Quĩ tu aliquid ſaltem potius quorũ indiget uſus uiminibus mollique paras contexere iunco Ci.pro rabirio. Quĩ compeſcitis iſtam uocẽ indice ſtulticiæ teſtem paucitatis.Lau.
Quicquid ſubſtantiuum eſt:ſimiliter qd ideo genitiuum ſubſtãtiui uel adiectiuum exigit: ut quid gaudii:quicquid pecuniarum qd & quicquid molle tenerum feſtiuum.quod uero adiectiuum eſt.ſimiliter quodcũque.ideo ſubſtantiuum in eodẽ caſu patit̃:ut qd̃ animal:quodcunque cœlum.adiectiuum uero reſpuit.
Quique qd̃ interdum diſſentit a ſuo ãtecedẽte.Salu.Eſt locus ĩ carcere qd̃ tullianũ appellatur hoc in genere in numero quoq; ut Ci. omnes tenues atque humiles quæ maxima in populo multitudo eſt ſibi præſidium paratum putant:raro tamen aliter. Huic diuerſum eſt cum dictos reſpondet antecedẽti cũ deberet reſpondere ſequenti ſubſtãtiuo.Virgilius.At puer aſcanius cui nunc cognomen Iulo.Interdum fit per nominatiuum. Quin: notum eſt quid Glyconi acciderit cui Spiridion fuit cognomen. Fit etiam ĩtra relatiuũ Liui.fauſtulo fuiſſe nomen ferunt.Terentius in heci.eſt huic nomen fabulæ. Lau.
Quiuis & q̃tiuis differunt.Nam alter contẽptionis eſt.quis.ſ.alter laudis.Te.in an.uidetur eſſe quantiuis precii.Do.
Quiane una particula eſt & reuera ſignificat. Virgi.quarto æn.Quiane auxilio iuuat ante leuatos.Seruius.
Quianam pro cur:Vir.v.æn.Heu quianam tãti cixerunt æthera nimbi.Ser.
Quieſcere ille dicit̃ qui eſt inſolens & inquietus.Terẽ.in an.deinde ut quiſcãt porro moneo.& deſinant male dicere.Dona.
Quidam dicitur quaſi cum ignoretur nomen alicuius. Terẽ.in and. Interea mulier quædã paulo poſt Chryſidẽ nominaturus.ſed ideo quædam ut gratam expectationem faciat ſimul & auidum lectorem nominis audiendi reddat.Donatus.
Quid uox quærentis eſt.Ter.in an. Eho quid Pamphilus quid ſymbolum dedit.
Quid ob quid propter quid.aut aliter. qd ſit ideſt quid ſit negocii.Sed quidam putant qd pro quare. ut quid ueniãt aut deeſt:nam ut ſit quid nũquid:nam qd comicũ & terentianum eſt:cum exceptis num & nam quid ſufficere potuiſſet ad interrogationem.Terẽ.in an.uereor qd ſit.Do.
Quid iſtic concedentis & uelut uicti uerbum eſt.tanq̃ ſi diceres quid.& habundat iſtic uel potius quid iſtic ſignificat hominẽ de loco & de ſententia decedere:ut e contrario præſtare & reſiſtere dicitur qui aliquid negat.Terẽtianus Chremes ĩ an. Quid iſtic ſi ita iſtuc in animum induſti eſſe utile nolo tibi ullũ cõmodum in me claudier.D.
Quid reditio quid ueſtis mutatio apud Terẽ. in heau.Sic ueteres.Plautus in trinũ Quid tibi interrogatio aut conſilium huc acceſſio. Celius.Quid tibi acceptio eſt argentum aut de meo amore uerbificatio eſt patri.Do.
Quid agimus conſilium quærentis eſt: & qd nunc agimus languidi atque defeſſi Terẽtianus miles Tharſo in heau.Quid nunc agimus.Donatus.
Quid me faciam plus eſt q̃ quid faciam. quid faciam de rebus:quid me faciam de ipſo homine intelligitur. Te.in adel.ut neque quid me faciam nec quid agam certum fiet: & qd me fiet & qd mihi fiet dicitur.Do.
Quid hominis habes & quem hominem habes ĩ eo differunt:ꝙ qd hominis cũ cõtẽptu dicit̃:cõtra cum honore quem hominẽ. Te. in hecy.Sed quid mulieris uxorẽ habes Do.
Quilleus mons eſt arcadiæ.
Quin pro immo.Te.in and. Quin.tu hoc audi.alias quare non:alias quo minus. Idem in hecy.poſtq̃ uidet paratas:nec moram ullam quin ducat dari. Et quin alias imperandi uel corripiẽdi uim habet.Idẽ in phor.quin omitte.Et alibi.quin age.Do.
Quin ideſt quinimmo:hortantis uox eſt.Vir. Quin tu aliquid potius ſaltem quorum indiget uſus uiminibus molliqe paras contexere iunco.ubi paras pro para ponitur indicatiuus pro imperatiuo.Seruius.
Quinquatrus feſtiuus dies dictus ꝙ poſt diẽ quitũ iduũ celebraretur. ut trinatrus & ſexatrus & ſeptematrus & decematrus.Fe.
Quinquertium græ.uocãt πεντάθλον quo die quinque genera artium ludo exercebant̃ ipſos quoque athletas Liuius quinquertiões appellat.Feſtus.
Quin particula quam grammatici cõiunctionem appellant.uariis modis ſentẽtiiſque cõnectere orationem uidetur. aliter enim dici putatur quaſi cum increpantes uel exhortãtes dicimus:quin uenis.quin fugis. Aliter cũ confirmamus.nõ dubiũ eſt quin Mar. Tul. omnium ſit eloquentiſſimus. Aliter cum ſic componimus quaſi priori uidetur cõtrariũ.
Quintipor ſeruile nomen frequens apud antiquos a prænomine dictum:& marcipor ſcili

cet a Quinto & Marco.Fe.
Quintipor ſeruile nomen frequentis apud antiquos a prænomine domini dictũ ut marcipor ſcilicet a quinto & marco q̃uis ſint q a numero natorum ex ancilla quito loco putét imo quintipor compoſitum a quinto & puero ita marcipor marcipuer:publipor publypuer dicitur.
Quinque uiri conſtituti menſarii electi q æs alienum diſſoluerent.
Quinarius pro quinque libris.Pli.quære in dictione denarius.
Quietalis dicebant ab antiquis horchus.Fe.
Quintia prata trans thyberim a Quitio ciue romano cuius fuerunt dicta ſunt.Fe.
Quintiana appellatur porta in caſtris poſt prætorium ubi rerum utenſiliũ forũ fit. Fe.
Quinque genera ſignorum obſeruant augures:ex cœlo:ex auibus:ex tripudiis:ex q̃drupedibus:ex fibris.Fe.
Quieſco penultima longa nõ autem breui ut quidam pronuntiandum putant.A.g.
Quinquatrus ꝙ quinque ab idibus dierũ numerus ſit acrius nihil.A.gel.
Quinque facibus cũ utunẽ ĩ dictione nuptiis.
Quinarii numeri ſignificatio ibidem.
Quinquatrus hic dies unus ab nominis errore obſeruatur pro ĩde ut ſint quĩque.dictus a tuſculanis.poſt diẽ ſexto idus ſimiliter uocatur ſexatrus.& poſt diem ſeptimũ ſeptimatrus.ſic hic qui erat poſt diem quintũ idus quinquatrus dictus dies. Varro.
Quintilis quintus menſis a martio quintilis. & ſic deinceps uſque ad decẽbrẽ ab numero.
Quippe ſignificat quidni.Fe.
Quirinus uel quirinalis mõs eſt romæ dictus a fano quirini quod in eodem fuit ſeu a quiritibus qui cum Tacio ſabinorum rege ibidem caſtra habuerũt ſeu a Romulo q Quirinus uocatus ẽ ab haſta quam gerebat:quæ ſabinorum lingua dicitur quiris.
Quirinus Romulus.ſic enim appellatus eſt ꝙ haſta utebatur: quæ ſabinorum lingua quiris dicitur.Vnde & ſecuris quaſi ſemi quiris uel a κοίρανοσ græ.regem ſignificat. Conſtat autem romanos græcos fuiſſe. Vel idcirco Quirinus dictus eſt ex generis nobilitate a Marte qui cum ſeuit Gradiuus dicitur. cũ autem tranquillus quirinus appellatur: denique in urbe duo eius templa ſũt: alterum q̃rini intra urbem quaſi cuſtodis & tranquilli alterum ĩ uia Appia extra urbem prope portam quaſi bellatoris ideſt Gradiui.Ser.
Quirinalis porta dicta eſt ſiue ꝙ ea in portam quirinalem itur:ſiue ꝙ proxime eam eſt quirini ſacellum.
Quirinalis dies quo q̃rino fiebant ſacra eadẽ & ſtultorum feriæ ſunt appellatæ.F.
Quirinalis collis dictus eſt quia in eum commigrare ſabini a curibus uenientes.quamuis alii a templo quirini dictum putent.Fe.
Quiritium foſſæ dictæ ꝙ eas ancus martius cum urbem circundedit. Quiritium opera fecit.Feſtus.
Quirinus a quiritibus. Varro.
Quirinalia quid eſt ꝙ ſtultorum ferias nominant An ꝙ hunc diem: ut iuba dicit his aſignauerunt qui cuius eſſent tribus ignorarẽt An his qui ut non alii tributũ fornacalibus rem diuinam fecerunt:quod aut ĩpediti fuiſſent:aut aliquo peregro profecti aut deniq̃ diem ignoraſſent hoc tempore recuperandi illius feſti poteſtas data eſſet.Plu.
Quirinalis collis dictus ab æde q̃rini. Ouidius hunc igitur ueteres donarunt æde ſabini Inque q̃rinali cõſtituere iugo.
Quinquenale certamẽ ĩſtitutum Ioui capitolino ubi muſicæ equeſtri curſu gymnicis ludis certabatur & plures aliquanto erant coronati:ut ait Tranquillus q̃ nunc ſunt.
Quincum eſt genus mẽſuræ.
Quĩquatria enim coronæ præmium dabat Iuuenalis cum farre & iuno ueſtam ianumque rogabat.
Quirinalia a quirino feriæ. Varro.
Quiritare dicitur is qui q̃ritum fidem clamãs implorans. Varro.
Quirites a curenſibus:ab his cum tacio rege ĩ ſocietatem uenerũt ciuitates: ut quiritare urbanorum:iubilare ruſticorum. Var.
Quirina & ſergia duæ tribus erant romæ.Aſ.
Quirinus require in ſaturnalia.Macro.
Quiſquiliæ ideſt terrarum purgamenta. Seruius in arte.
Quiſpiam ſignificat aliquem.ſed unde ſequẽs pars eius uſurpare cœperit inuenire non poteſt.Feſtus.
Quiſquiliæ putantur dici quicquid ex arboribus minutis furfulorum cuditur:uelut quicquid cadit.Feſtus.
Quarto prætorem fieri & quartum ꝙ quarto locum ſignificat & tres ante factos.Quartum tempus ſignificat:& eſt ante factum.
Quondam trium temporum eſt.Ci.inuect.fuit quodã ĩ hac repu.uirtus præteriti eſt. Vir. & quõdam tua dicere facta ſat erit.futur eſt. Idem ſecundo. quondam etiam uictis redit in præcordia uirtus.præſẽtis tẽporis eſt.Pri.
Quoque pro etiã copulatiua. Vir.vii.Tu quoque littoribus. n.e.n.Aliquando ſuperuacua & eſt completiua. Idem Multa quoque & bello paſſus dum conderet urbem uel ſimilitudinis eſt pro item.Priſ.
Quo loco dicitur in Italia:an in græcia quæ

ris ſin aũt quo loci de loci parte.Ser.
Quotodio pro quotidie copio poſuit.Ser.
Quod poteris.Te.pro inquãtum poteris. Ser.
Quoties.toties millies centies decies dicendũ Caper.
Quod ſcribis gaudeo:& q̃d ſcribas:hinc ſimilia ſũt:credo: opinor:puto: lætor:uoluptatẽ capio:& reliqua.Preterea uolo q̃d ſcribas nõ autem ſcribis.huic ſimilia ſunt mãdo:iubeo: impero:exigo:poſtulo:& cætera.In illo ſuperiore cauendum eſt ne diuerſorũ modorum uerba copulemus ut in illo terẽtiano. An ꝙ uiam ignorãt an ꝙ iter perferre nequeãt. eſt enim dicendum ignorent.Lau.
Quod aũt q̃d uero quære in dictiõe nã Lau.
Quo mihi fortuna.ſi non permittitis uti.Ho. ideſt ad quid uultis mihi eſſe bona fortunæ. ſic uenuſte interdum deſũt uerba in oratione. Cicero ad fabium.martis uero ſignũ quo mihi pacis auctori. Quin.quo per fidem diuitias ceco. quo ducit hæc uia dicimus non ubi.Caper.
Quoſſei mõtes ultra armeniã & babylõiã ſũt.
Quoad uiuet cum item dicit̃ quoad morief̃. uident̃ quidẽ dici duæ res.ſed idẽ atque unũ tempus utraque uerba demõſtrant. Item cũ dicitur quoad ſenatus habebitur.tametſi haberi atque dimitti contraria ſunt:unum atq; ipſum tamen utroque in uerbo oſtenditur. Tempora enim cum inter ſe oppoſita ſũt ac coherentia:& alterius finis cũ alterius initio miſceatur non refert.utrum per extremitatẽ prioris aut per initium ſequentis locus ipſe confinis demonſtretur.A.g.
Quod ſignificat aliquid præterq̃:ꝙ in uſu fere eſt ut græci dicunt oτι.Fe.
Quod lydii pueri præſulis eſſent glabrii ac depilis ꝓpter ætatem:quos antiqui romani lydii:ut eſt in primo Varronis de uita patrum. Ideo Plau.in aulula.Tu iſtũ gallũ ſi lapis glabriorem reddes mihi q̃ uulſus lidius
Quod plærique omnes faciunt adoleſcentuli attende locationem:aut enim q̃d in quæ uertẽdum eſt:ut ſit quæ omnes faciũt adoleſcẽtuli.aut q̃d ad ſingulare eorum ſtudiũ ad iũgendum æquos alere canes nutrire ad uenãdum.aut certe figurata locutio ẽ:ut ẽ illud ſi quiſq̃ eſt q placere ſtudeat bonis q̃plurimis: & minime multos ledere.in his poeta nomẽ profitet̃ ſuum.ergo figuratũ q̃d rectũ eſſet ſi diceret quod omnes faciunt adoleſcentuli horũ ille nihil præter cætera ſtudebat.Do.
Sebuſiani populi inter celtas alias ſeguſiam extra galeam prouinciam romanorũ trans rhenũ primi alobrogibus ſequaniſq; hac eduis quorum erãt clientes finitimi inter lauſanẽſem & lugdunenſem dioceſim ſitæ quos beliceſes eſſe cõiectura eſt ĩ prouintia biſuntina ſita duci Sabaudiæ ſubdita ſiue eius antiſtiti p horũ fines ad loca ubi nunc uicus cui ſanctus amor nomen eſt incõmitatu burgũdiæ hac recta adararim qui nunc ſagona dicit̃ ubi pagũ heluetiorum tugurinũ deleuit Cæſar prouenit.
Sectile porrum idẽ ſectiuum dicit̃ ut ſcribit Pli.ad capitati differẽtiam tarentiq; optime proueniebat.
Secas una ex comitibus dianæ cuius meminit Ouidius ceſaſa ſignificat.
Seculares ludi centenis qbuſque annis inſtaurabantur.
Seduſii alias ſedinii populi germani ſi proſedunũ urbem incolentibus capiantur ut coniectura eſt heluetiis & pro parte celtis ãnumerant̃ uel ſaltem eis ſunt finitimi ipſoſq; rhodanus flu.irrigat finitimi etiam ſũt ueragris inter mõtes quibus nũc briga & ſancti bernardi nomẽ eſt non longe ab antuatibus & alobrogibus germanica lĩgua ex magna pte utentes Tarentaſiæ latinæ nomẽ retinens in cuius finibus rhodanus oritur nec longe ab eis uerſus curpenſem & tridentinam dioceſis rhenus exoritur.
Segmenta dicuntur quiſquiliæ rerum ſectarũ ſegmenta item dicebant̃ coli ornamẽta quæ ſenatus romanus aurea permiſit mulieribus in gratiã uolumine quæ coriolanum repreſſit imminẽtẽ patris ſegmẽta preterea faſciolæ Iuuenalis ſegmenta & longos habitus nõ nulli codices habent ſemitatus ideſt diſtinctus & expolitus ut catuilus omnes puſilli & ſemitari moechi ac ſegmẽtati faſciolis ob uoluti dicuntur.
Sebẽnyticum unum ex hoſtiis nili:qđ diuidit̃ in ſaiticũ & mendeſium.Herodotus.ii.
Se & ſeſe Cæſar diſtinguit.ut ſe dicamus cum aliquẽ quid in alium feciſſe oſtendimus. ut ille dicit ſe illi obſeciſſe .Cum autẽ in ſeipſũ tunc dicimus ſeſe.Ser.
Se præpoſitio ſeperatiua eſt.ut ſeparo ſeduco Eſt ẽt abnegatiua ut ſecurus ideſt ſine cura. Inde ſeorſum aduerbium ut a de deorſum & a ſuper ſurſum.ſemis ſeperatiõem facit.a ſecus profectum a ſe.Pri.
Secundum præpoſitionẽ.Luca.in quinto ſecũdum emathiam lis tanta datur.
Seceſpitam alii ſecurim:alii dolobram æneam alii cultellum putant.Feſtns.
Seceſpita cultrum ferreum oblongum manubrio eburneo rotundo ſolido iuncto ad capulum argẽto auroq; fixo.clauis æneis. ære cyprio quo flamines flamineæ quæ uirgines põtificeſq; ad ſacrificia utebantur.dicta autẽ eſt ſeceſpita a ſecando.
Seceſſionem narrationem.Fe.
Sectio perſecutio iuris.Fe.
Secium libum eſt qđ ſeceſpita ſecabatur.Fe.
Secluſa ſecra dicebantur.& græcum eſt.Fe.
Seco tenco.Vir.vi.æne.ille uiam ſecat ad naues.unde & ſecta dicimus ab eo qđ eſt propoſitum tenent.Ser.
Seco ideſt duco.ũde & philoſophorum ſectæ dicuntur ideſt ductus.Virgi.ii.geor. Inuidia fœlix furias amnemque ſeuerum cocyti metuet.Seruius in arte.
Seceſſus ſinus ſecretus.Vir.i.æne.
Eſt in ſeceſſu longo locus.Ser.
Sectorem dicit Cicero eſtimatorem redẽptorem que bonorum.Aſco.pe.
Sectores dicti ſunt qui ſpem lucri ſui ſecuti bona condemnatorum ſemet. auctionabantur:pro quæ his pecunias penſitabant ſingulis:ac in poſterũ pro cõpendio ſingulas quaſque pecunias populo uendituri.Aſco.pe.
Sectores & qui ſecant dicuntur & qui empta ſua perſecuntur.Fe.
Seculæ in cãpania dicunt̃ falces a ſecãdo.Var.
Sectæ a ſectando dictæ.Te.in heau.ſectari iuſſi.Donatus.
Sectari unde philoſophorũ ſectæ proprie ẽ:ut taurus buculã & aries ouem. Vir. Torua leæna lupũ ſequitur:lupus ipſe capellam. Te. in phor.ſectari in ludũ ducere & reducere ſectari ioculariter cauillatus in adoleſcẽtẽ cui ætas ad ſectãdos philoſophos apta erat. Do.
Sæculũ ſpacium annorũ centum uocarunt dictũ a ſene qđ longiſſimum ſpacium ſeneſcẽdorũ hominum id putant.Var.
Seculares ludi apud romanos poſt centum annos extendi exiſtimabant.Fe.
Secundæ res non a numero dicuntur.ſed quia quæ uelimus ſequantur.Fe.
Secũdare pſperare. Vir.li.vii.dii rite ĩcœpta ſecũdẽt.Propertius elegiarũ lib.iii. Iam liquidũ nautis aura ſecundat iter.No.mar.
Secundũ nõ ſolum numeri eſt ordinis uel pro ſperoꝝ qđ plærũque legimus. ſed etiã iuxta Var.de uita pa.li.i.Tullum hoſtiliũ in ueliis ubi nunc eſt ædis deum pœnatium ancum

in palatio ad portã mugionis ſecundũ uiam ſubſiniſtrã. Vir.li.iii.geor.Paſcuntur uero ſil uas & prata ſecundũ flumina.No.
Secundam fortunam dicimus qđ ſecũdũ nos eſt.i. prope. Vir.curruque uolans dat lora ſe cundo.Et alibi.rebus ſublata ſecundis.S.
Secũdus obſequens.Tractus eſt autem ſermo a ſeruis ſequentibus.i.pediſſeqs ſecũdis.Ser.
Securis ſecuricula. Plau.in rudẽte. poſt altrin ſecus eſt ſecuricula anceps.Pri.
Securus contẽnens.Virgi.i.æne.ſecurus amo rum germanæ.Ser.
Securus ſine cura.Fe.
Secus aliter haud ſecus non aliter.Fe.
Sectarius ueruex qui gregem agnorum præce dens ducit.Fe.pom.
Sætius tarditatẽ facientis indicat. Maro.currit iter tutũ non ſætius æquore clauſis.Ser.i ar.
Secreta pro ſola.Maro.tu ſecreta pyrã.Ser.i ar.
Sætius pro minus.Africanus ſætius ꝓ poſt ſẽ pronius.Seruius.
Secundum duplicẽ intellectũ hẽt modo ad ꝓ ximitatem:ut ſecundũ illum ſedeo ideſt pro pe modo ad æmulationem. ut ſecundũ epi curum uiuo ideſt ſimiliter illi.
Sectari ſtudioſe quærere.Hora.car.Mitte ſecta ri roſa quo locorum ſera moretur. Ac.
Securus pro negligens.& contra.Ho.car.negli gens nequã populus laboret parte priuatus nimiũ cauere.Vir.ſecurus amorũ germanæ.
Secus te ſedi non dicimus:ſed ſecundũ te. Ca.
Sectile porrum.nã omnia ſunt ſectibilia. nam conciſũ & ſectũ introrſum uidetur.Lau.
Secundum pro iuxta. Quin.in pariete.palma to tu iaces ſecundum occaſionẽ.Itẽ qđ ab al tero ſecundũ eſt.i.iuxta eſt atq; poſt ideo ꝓ poſt accipitur:quaſi ſecũdo loco.ſi proxime autem & ſecũdũ deos homines hominibus maxime eſſe utiles poſſunt.Et ſecundũ ideſt pro.ut ſecundũ te.i.iudicium do. Et pro in. ut ſecundũ quietem.i.in quiete.ſecundũ Pla tonem notum eſt.Lau.
Sed particula d littera terminanda eſt. ſedum enim antiqui pro ſed ponebant.ſicut ſat pro ſatis.Seruius.
Sedulo compoſitum a ſine dolo.
Seditioſus qđ ſeditionem amat.Lau.
Seditio quære in factio.Lau.
Sedeo quære in uerbo ſtare.Lau.
Sed pro ſine inueniuntur poſuiſſe antiqui:
Sedeo apud antiquos conſiderat & curat ſi gnat.Virgi.i.æne.Celſa ſedet æolus arce . Et alibi.Turnus ſacra ualle ſedebat.
Sedere eſt eſſe uel conſilium capere. Plau.ſer uum inducit dicentem.ſine iuxta aram ſede am:& dabo meliora conſilia ſecundũ augu res augurari.Nã poſt deſignatas cœli partes a ſedentibus captantur auguria.qđ & Vir.la tenter oſtendit inducens picum ſolum ſedẽ tẽ.ut paruaque ſedebat ſuccinctus trabea qđ eſt augurium cũ alios ſtantes induxerit. Vi. nono æne.Turnus ſacrata ualle ſedebat.i.cõ ſilia captabat uel augurabatur.Ser.in ar.
Sedere proprie eſt ignauæ ceſſationis. Vir .ſe deant ſpectentque latini.Te.in adel. At ſede re oportuit domi uirginem tam grandẽ dũ cognatus hinc illinc ueniret.Ci. Quid ſedes uerres quid expectas.Do.
Sedetani uſque nouam carthaginem ſũt poſt celtiberos ad auſtrum.Stra.
Sedili.Vir.in.x. Hæc ubi dicta dapes iubet & ſublata reponi pocula gramineo uires locat ipſe ſedili.Nam propria obſeruatio eſt ĩ her culis ſacris epulari ſedentes.Et cornelius bal bus.require in lectiſternium.Macro.
Sediculam ſedile.Feſtus.
Seditionis proprietas a. M.T.manifeſta eſt id eſt de repu.vi.Eaque diſſenſiõe ciuium ꝙ ſe orſum eunt.alii ad alios ſeditio dicitur. No.
Seduculum genus flagelli dictũ ꝙ uapulantes ſudantes facit.Feſtus.
Sedulo ſignificat ſine dolo.Lu.li.xxvii.ſalte ſi ctis uerſibus.Lu.quibus poteſt ĩpartit totũ que hoc ſtudioſe & ſedulo.M.T. de finibus bonoꝝ & maloꝝ.ſedulo inq̃ faciam.No.
Sedulo ſine dolo inſtanter.Te.in phor.metuit hic nos tametſi ſedulo diſſimulat.D.
Seges pro terra. Virg.i.geor.Quid faciat lætas ſegetes.i.terras pingues.Et Ci.ſecundo tuſ.ſi in ſegetẽ ſunt deteriorem datæ fruges. Ser.
Seges dicitur qđ aratum & ſatum eſt.Var.
Seduxit pro abiit. Te.in ecy. Vxor ubi me ad filiam ire ſenſit ſeduxit foras.Do.
Segiſtria lectus ut ſolet in caſtris a ſegete.Var.
Segnicies & ſecordia differunt.ſegnicies eſt ad agendum:ſecordia ad conſulendum.
Segeda palacia oppidum eſt aruactorum incel tiberis.Strabo.
Segorbita urbs eſt in celtebris.Strabo.
Segeſauia ciuitas eſt in hiſpania:quam polybi us inter ciuitates celtiberorũ numerat. Stra.
eegreges uerbum non poteſt fieri ſimplex.Te. in an.Ne abſ te hanc ſegreges.Do.
Sed inceptiuum & diſcretiuũ eſt.Te.in an. ſed pamphilũ uideo modo:ſed inceptiuum eſt ſi uero dicas non ſapiens ſed miſer diſcretiuũ erit ſed contrariæ ſententiæ ſignificatio eſt. Idem in an.ſed hic pãphilus.ſed pro ego. Idẽ in phor.ſed ubi antiphonem reperiã.ſed trã ſitum ſignificat in alteram rem ab ea quæ a gebatur.Idem in eodem. ſed quis hic eſt ſe nex.Donatus.
Segnitas pro ſegnitia.Ac.in æneadis.aut decio & nunc qđ eorum ſegnitas ardet focus.Idem

in andromeda.Nam ut dicam te metu aut ſegnitate:aut dubietate aut meum eſt. Cicero de oratore libro primo. Et quoniam de imprudentia diximus caſtigemus etiam ſegnitatem.Nonius.
Seges quære in fruges.
Segnis infecundus inutilis.Vir.i.geor. ſegniſq; horret in aruis carduus.Ser.
Segnitia dicitur qđ ſine nitendo utile aut honeſtum.Tere.in an. Daue nihil loci eſt ſegnitiæ neque ſecordiæ.Fe.
Seleucus primus poſt alexandrum regnauit ex eius ducibus.Tor.
Secymbria urbs in propontide prope byzantium.Tortelius.
Seliquaſtra genus ſedilium.Fe.
Selapſia platea eſt capuæ in qua unguētarii negotiari ſoliti ſunt.Aſco.pe.
Sellæ oppidum epiri in epiro īquit Plinius ſellæ dripodes molloſi græuam ſellæ eſt iuxta oraculum dodoneum quod a pelaſgis graiis conditum eſt ut ephorus tradit & heſiodus pindarus elos appellat homerus ſelos philochorus heliopeam apollodorus ſelitentem fluuium proximum eſſe ſcribit.
Semodius dimidius modius.
Selibra media libra erat quod pondus in muneribus ſaturnalibus erat conſtitutum inde apud Martialem reperies duas ſelibras tres ſelibras.
Sellaria dicuntur loca domeſtica ad ſedēdum tantum parata Plinius ſellaria domus aureæ nerōis & quidem loca ad libidinem & ſegnitiem tranquillus in tiberio ſeceſſu uero caprenſi ſellariam excogitauit ſedem urbanarum libidinum.
Segmentum limbus aureus.
Segmenta muliebria ornamenta quo uerbo uſus eſt Val.Maximus datum inquit eſt mulieribus ut ſegmenta aurea geſtarent.
Sena inſula in britannico mari oſiſmicis aduerſa littoribus gallici numinis oraculo īſignis eſt cuius antiſtites perpetua uirginitate ſanctę numero nouem eſſe traduntur gallicenas uocant putantque ingeniis ſingularibus præditas maria ac uentos concitare carminibus ſeque inquæ uelint animalia uertere ſanare quæ apud alios inſanabilia ſunt ſcire uētura & prædicare.ſed non niſi dedita nauigātibus & in id tantum ut ſe conſulerētur profectis.Pom.
Senionem dextrum dicit propitium qui in iactu talorum ſpem affert aut ſano maior demiſſus ut ſena īmerito inquit flebam iſta cū ſemper laudarem.
Sengoniaci populi in anglia mari proximi & caſſis debrogis trinobantibus ceuimannis & ancalitibus nūc forte eboracēſes dicti cui ſatis alludit uocabulū ciuitas eſt metropolis
Semiramis a ſemiramidibus lingua aſſyria auibus dicitur a quibus educata eſt tantæ fortitudinis nimis aſſyriorum rex eam uxorem optauerit quo ex tarto tenuit imperium cōdita babylone intimæ urbis quam nimis edificauerat æmulationem.
Semel uno ictu.
Selinuſia ſpecies cretæ ladei eſt coloris & euradem præſtat uſum quem terrachia ſed a qua celerrime abluit.
Seneca quoniam caus natus eſt.
Semonas uerſus ſex pedum heroes idem.
Semelæ cadmi filia.Tor.
Sæmen & ſæminium.Plau.in milite glorio.ferri auferetur mercinon hic ſuo ſæminio quē quā portilianam impertituros eſt.Pri.
Semis ſemiſſis.Apuleius in epitoma.Sed tum ſextertius dipondium ſemiſſem quinarius quinquenſis denarius decuſſis ualebat.Pri.
Semitatim.Titinnius ita ſeminatim fugiet.S.
Seminaui dicendum non ſeminatus ſum.Ca.
Semētes quære in meſſes.Lau.
Semē eſt generatio uel eius ex quo ſimilitudinem pergens.Macro.
Semētinæ feriæ fuerant inſtitutæ quaſi ex his fruges grandeſcere poſſint.Fe.
Sæmētis ideſt ſatio declinatur ſicut nauis.Seruius in arte.
Semel cito confeſtim.Virg.xi.æne.qui me qđ tale uideret procumbit moriens & humum ſemel ore momordit.Ser.
Semita qua iter anguſtū ſemita ut ſemi iter dictum.Varro.
Semis qđ ſemis.i.dimidium aſſis.Varro.
Semiuncia ꝙ dimidia pars unciæ ſic ualet dimidium:& ſelibra & ſemodio.V.
Semis ſemodius ſemuncia ex græco trahuntur ſicut & alia nonnulla:quæ ſcilicet litterā pro aſpiratione eorum habent.ut ἑπτα ſeptem υλη.
Silua ſic iſta ab eo qđ illi ἡμιϋ dicunt declinata ſunt.Feſtus.
Sæmina pro uirgultis uel maleolis uel ſurculis dici poſſe auctoritatem Vir.ſequimur in ſecundo geor.ſæminibus poſitis ſupereſt deducere terra ſæpius.Nonius.
Semita a ſemis dicitur quaſi ſemi iter.
Sempiternæ ſemper Pacu.in edo.Pauloque ut fauſtum ſempiternæ ſoſpitent.S.
Semper cōtinuationem ſignificat.Te.in an.ut ſemper apud me tibi iuſta & clemens fuerit ſeruitus.Donatus.
Senaculum locus ſenatorum.Fe.
Senati uel ſanatus pro ſenatu.Plau.in epidico. ſenati qui columen duent.Salu.in catili. igit

ſenati decreto. Quin. Mar. rex feſulas q̄ntus metellus creticus in apuliam: circunque ea loca miſſi ſunt. Siſenna li. iii. hiſto. L. Calpi. piſo ex ſenatus con. duas nouas tribus. N.

Senatum & pro loco & pro hominibus poni uerrinus flacus dicit. Au. ge.

Senatus ſenati domus domi tumultus tumulti declinabant antiqui. Salu. ſenati decretum fit. Te. in hech. Quid ſit tumulti. Do.

Senatores cur alios patres conſcriptos alios tātum patres appellabāt: an eos quos ab initio romulus delegerat patres ac patricios nominabāt quaſi bonis parētibus natos reliquos deinde ex plebe electos & aſcriptos in ſenatum conſcriptos uocitarunt.

Senatores primum a romulo conſtituti ob honoré patres appellati: deinde patres conſcripti quibus deficientibus ex alba ſuffecti a bruto exactis regibus ampliati quorū filii patricii dicebantur cum conſulibus decernebant ſupra. xxv. annum creabantur.

Senatores pedarii qui pedibus in ſententiam ibant ſella curuli non uehebantur quorum cogendorum ius erat dictatoribus: conſulibus: p̄toribus tri. ple. iter. reg p̄fecto urbis.

Senio & uenus uictoriam & lucrum apportāt in taxilis Perſius. Quid dexter ſenio ferret ſcire erat in uoto damnoſa canicula quantū raderet. nāq3 erant in alea talus teſſera. alueolus ſenio canus: uenus quæ ſuis locis apiunt

Sententiam dicere iudicem hoc eſt ferre cum ex alis locis patet tum ex digeſtorum titulo quodam libro quarto qui ait de receptis qui arbitrium recipiunt ut ſententiā dicant paulus eodem capitulo dicere autem ſententiā exiſtimamus eum quia ea mente id pronunciat ut diſcedere eos a tota cōtrouerſia uelit.

Senaculum uocatum ubi ſenatus aut ubi ſeniores conſiſterent. & hieropia dictum apud græcos: ubi ædis concordia & baſilica opima. Var.

Senabo ciuitas eſt inter ſacrum promontorium & colūnas herculeas. Stra.

Senium pro ſenem. Terē. in heau. ut illum dii deæque omnes ſenium perdant qui me hodie remoratus eſt: nec mireris poſt ſenium q aditum pro qd̄ id eo fecit: quia declinatiōe ad intellectum rettulit. Et alibi. In eunuchū ſuam & ſenex ad ætatem refertur: ſenium ad conuitium.

Senium ē odium & tedium dictum a ſenectute q̄ ſenes omnibus odio ſint & tedio. Tullius in Catone maiore. Tum in ſenectute hoc deputo miſerrimum ſentire ea ætate eum ipſum eſſe odioſum alteri: Nam ætatem malā ſenectutem ueteres dixerūt. Plau. in menechmis. Conſitus ſum ſenectute onuſtum gero corpus uires reliquere ut ætas mala ē mors mala eſt ergo. Acti. in amphitryone. an mala ætate mauis mulctari exēplis omnibus. Turpilius ī philopatro: Miſerum puto ſi etiam iſtuc ad malam ætatem acceſſit mali. Pacu. ī periboea. Parum eſt q̄ te ætas mala habet. ni etiam hic ad malam ætatem adiūgas cruciatum reticenti. Affra. in uopiſco. Si poſſent homines delimētis capi omnes haberēt nūc amatores anus: ætas etiam corpus tenerum & morigeratio. hæc ſunt uenena formoſarū mulierum mala ætas nulla delinimenta inuenit. bonam quoque ætatem dicimus adoleſcentiam uel iuuentutem. M. T. de ſenectute. quod ſi ipſis uoluptatibus bona ætas fruitur libentius: primum tamen paruulū fruit̄ rebus. Nam prudentiſſime noſter maro dīe partiens primas partes quaſi eius ætatem puberem meliorem dixit lib. ix. Nunc adeo melior quoniam pars acta die eſt. ſenium ipſū poſitum ſit. Titin. in ueliterna. Quod petis ſenia & iurgia ſeſemet diebus emigrarūt. Neuius in galli. Opere quæ actor cantet curſor ſenium ſontium. Ac. ī epin. Mors amici ſubigit qd̄ mihi eſt ſenium multo acerrimum. Pom. in præcone. poſteriore. Calue apportas nobis nuntium diſparem diuiſum huic ſeni ſenium & metum. Luc ſaty. libro decimo quinto. In numero quorum nūc primus trebellius multos titos lucios arceſſebat febris ſenium uomitum plus. Tur. in iurgio. quia enim odio ac ſenio mihi nuptiæ. Pacu. in periboe. Metus ægeſtas mœror ſenium exiliūq3 & ſenectus. Nonius

Senex ſenior maſculinum tantum eſt. antiqui tamen cōmune proferebant. Pom. tua amica ſenex eſt. Ponitur interdum cōparatiuus pro poſitiuo. Virgilius quinto æne. Comes ſenioris aceſte pro ſenis.

Senatus conſulta ſunt quæ auctoritate decreta fuerunt. Boetius. in topi.

Senex diminutiuum facit ſenetio. Affra. ī prodito. etiam tu ſenetionem hūc ſatis eſt ſi ſeruas anus. Pri.

Senſilis a ſenſu uel ſenſibilis. Pri.

Senatus a natus componitur etiam ſenati antiqui dixerunt. Salu. in cati. ſenati decretū fit ſicut ille cenſuerat.

Senex ſenis. Plau. ſenicis in ciſtel. protulit datores belliſſimi uos negociali ſenicis eſſe. Pri.

Seneo catullus. ſed hæc fuere nunc recōdita ſenere ſeneſco enim inchoatiuū eſt. Inde deſenio deſenui. ut niſi cum ira belli deſenuiſſet Pacu. inquit. Et ſenecto corpore animus militaris erat participiū formauit. Pri.

Senſim pro paulatim: quia ea maxime faciunt ſenſū quæ morantur.

Seminarium non locus ſed ſemen ipſum ideſt plantulæ.
Senticetum dicimus non ſentetum.ſicut dumetũ ſpinetũ uepretũ.Lau.
Senes uocantur quantum ad ipſorũ priuatam uitã ꝙ uſque ad ſenilẽ ætatẽ uixerunt. ueteres quãtũ ad publicũ tempus ꝙ alia ætate uixerunt.etiam ſi ad ſenium non peruenerint: ſic interdũ iuniores erunt ueteriores ſenioribus:antiqui utrique dicuntur.ſed magis ueteres.Lauren.
Senecta eſt ſenilis ætas.Iuuenta eſt iuuenilis. uel dea melioris ætatis & iuuentutis.
Senectus idem ꝙ ſenecta.iuuẽtus uero etiam frequentia iuuenum non ſolum ætas. ſeniũ quoque pro ſenectute accipitur.Lau.
Senator require in cenſor.Lau.
Sentinare ſubtiliter periculum uitare. Ceci.capit conſiliũ poſtq̃ ſentinat ſatis.Fe.
Seneus promontorium eſt hiſpaniæ propinquũ promontorio ſacro.
Senica ſignificat ſenex.Põpo.ĩ pictoribus Pappus hic medio habitat ſenica. non ſexcũtia. Idẽ præcone poſteriore.ſed me ſed exercet ſenica neq̃ neque illo quid faciã ſcio.No.
Senſa ſpõdeo græcorũ uiolentiſſima inuenta. uel ſenſa rhetoricæ in Vir.me opere demonſtraturũ.Macro.
Senſa require in continẽtia.Macro.
Senſus a ſenſa hoc ſeparantur. Senſus enĩ qui ſentiũt ſenſa quæ ſentiuntur. Cice.de ora.& qđ proxime exprimere dicendo ſenſa ĩpoſſumus Nonius.
Sẽtes ſpinæ.Affra.q̃ ſẽticoſa uerba extorquet turba.Feſtus.
Sentire quique ſunt ſenſus: quorũ duos: uiſũ & auditum magis nos ſenſibiles habeamus q̃ pecora. Vnde Ci.Nõ ſolum uideã: ſed etiã audiam:pleneque ſentiã quaſi ad tactũ rettulit:quo etiam pecora impelluntur. Duabus igitur rebus ſcimus aut ratione:aut ſenſu:quibus maxime præſtamus cæteris animalibus Te.in an. Vix tandem ſenſi ſtolidus quod ſenex ait ſe non ratione ſenſiſſe.ſed ueluti calcaribus & ſtimulis pũctum & ſentire dicitur qui uix ſe colligit:uixque animaduertit. Idẽ in eadem.Heu id ne modo demũ ſenſiſti pãphile.Donatus.
Sentinare ſatagere dictũ a ſentina nauis quam quis ut aqua liberet euacuare contẽdit.Itaq; ſentinare ſubtiliter periculum uitare.Cecilius capit conſilium poſtq̃ ſentinat ſatis.Fe.
Sentior.M.Cato ad Ciceronem de lingua latina libro nono.ſentior inquit nemo dicit. & id per ſe nihil eſt.aſſentior tamẽ fere omnes dicunt.Siſenna unus aſſentio in ſenatu dicebat ad eum poſtea multi ſecuti.neque tamẽ uincere conſuetudinẽ potuerunt.Au.ge.
Sententia ſenſibilitas.Lucil.libro quarto internoſcere uerborũ ſentẽtia quæ ſit. Luc. ſaty. libro.iiii.auertitur oenophoris fundus ſententia nobis.Idẽ lib.quito.Si tã corpus loco ualidũ ac regiõe manerẽt ſcriptores q̃ uera manet ſentẽtia nobis.No.
Septẽ & decẽ antiqui dixerũt minorem enim numerũ præponebãt.Ser.
Septingeni pro ſeptingẽteni ſyncopatur.
Sepia ſcopulus iuxta littora athenæ: & genus piſcis de quo Pli.
Sepellio ſepelliui & ſepelui ſepultum & ſepellitũ.Cato mortuus eſt & ſepellitus eſt.
Sæpiunt ſignificãt tenẽt ĩpediunt dictũ a ſepibus quæ obiectæ intercludunt.unde & circũſæptũ dicitur. Afrani.in materteris.perii lachrimæ lingua ſæpiunt.No.
Sæpta & ouilia dicũtur. Virgi. Quãuis multa meis exiret uictima ſæptis.Et proprie ſunt loca in campo martio incluſa tabulatis in quibus ſtans præfectus urbis ſuffragia conferre conſueuerat.Ponuntur autẽ ouilia romæ ideſt ſæptæ.Itẽ ſæpta pro ouilibus ut ſuperius. Titus liui. vii.ab urbe condita. ſaxo quadrato ſæptũ in capitolio ſacrauit. Ser.
Septentriones uide infra in triones. Var.
Septematrus require in quĩquatrus. Var.
Septẽber plebiſcitum factum ob eã rẽ.ſex. pacuuio tribuno plebẽ rogante ſeptẽber principalẽ ſui retinet appellationem:quẽ germanici appellatione octobrem uero ſuo nomie domitianus inuaſerat. require ĩ octobrẽ.M.
Septimontium appellabãt diem feſtũ qđ in ſeptem locis faciebant ſacrificium palatio uelia:ſagatalia.ſuburra.cẽnalio.cœlio oppio & aciſpio.Feſtus pom.
Septimontio quid eſt ꝙ uehiculis uti cauebãt & nunc etiam qui uetera non contẽnunt cauent ſeptimontium uero diem feſtum agũt romani ꝙ ſeptimus collis urbi attributus ẽ & ſepti collis ro. facta eſt an ut quidam latini accipiunt ꝙ urbs nondum ſuis partibus penitus coniuncta erat:an hoc quidẽ ad dionyſium eſt.magna uero re effecta conſtituta ciuitate ꝙ urbem iam augeri & quaſi ulterius progredi deſiſſe exiſtimarent cum ſeipſos tum uero iumenta quibus fuerant uſi quiete affecerunt & communis feſti otio frui uoluerũt.an ꝙ cum omnes dies feſtos ciuium præſentia ornari ac celebrari ſemper uoluerunt tum illum præcipue qui ĩ ꝙ ciuitatis habitatione ageretur quapropter ne urbem cuius dies feſtus ageretur relinquerẽt eo die uehiculis uti promiſſun non eſt.
Septempeda nunc ſanctus ſeuerinus non longe a camerino urbe.

Septifariam ut multifariam. ſcita de uerborũ antiquitate.in qđ uolumen unum nos lectitauimus:& poſtea inuenimus ſeptifariam diuiſum.Nonius.
Septunx a ſeptem & uncia concluſũ. Var.
Sepum & unguentum differunt hoc modo.ſepum fit ex adipe ruminatum. Luc. ſaty.iiii. Tephole & tipulmunibus adirem unguem exactum attuli eumenidibus ſanctiſſimi herenis.Feſtus.
Sepultus dormiẽs ſepultus ſine pulſu:uti mortuus. Vir.iii.æne. Occupat Aeneas aditum cuſtode ſepulto.Ser.
Sepulchrum per antiphraſim dicimus qđ ſine pulchra re ſit:aut ꝙ ibi ſine pulſu ſint idem mortui.aut ꝙ illic animæ a uiuis ſepeliãtur & ſeparentur.Terentius in andria:ad ſepulchrum uenimus.Do.
Sepulchrum a ſepeliendo dictum.Do.
Sepulchrum a ſepeliendo ſimulacrum a ſimulando quemadmodum ab inuoluendo inuolucrum & alauando lauacrum nam ꝙ ſepulchrum ſit compoſitum ex particula & nomine pulchrum parũ mihi placet pulchrũ enĩ ꝙ polceum ueteres dixere dicitur a pollẽdo ideſt ꝙ polleat forma qui magis igitur ĩ his q̃ in laucro & inuolucro aſpiratione utemur uicit tamen uſus cui uix repugnari poteſt ut pulcher in primo & in quĩto caſu cũ aſpiratione & pronũtiemus & ſcribamus ex aliis quas dixi uocibus fere doctorum conſẽſu abiecta aſpiratio eſt.
Sequani populi inter celtas hodie burgundiæ comitatum incolenſes quos a gallia prouincia romanorũ rhodanus fluuius diuidebat finitimi eluetiis heduis ligonibus hac rheno per fines comitatus nũc ferrecenſes nihil ut uidetur de hiſq; in ducatu burgundiæ non tunc poſſidentes illa omnia peculiari nomine heduis & lingonibus aſcriberentur: hæc illi dicerent ſequani ſed hi ſolum qui a rhodano prope bellicẽſis urbis dioceſim uſque ad biſontinam ciuitatem maximã ſequanorum & ab inde uſque in fines comitatus ferretenſis ac dioceſis algẽtine rhenumq; fluuium protẽdebantur inter quos fluuius rhodani & rheni per eam ciuitatem biſontinam quæ quaſi in medio eſt quĩq; dierum iter patet finibus iiſdem.Vltra quoque ararim flu. non longe poſt eius ortum ſequanorum fines quos ipſa biſontina dioceſis completiẽ protendi uidebantur.
Serano dati honores ſerẽtem inuenerũt unde cognomen quattuor ſua iugera inuaticano quæ prata quintia appellantur ſeranus a ſerando appellatus eſt ut Vir.& te ſuplico ſerane ſerente.
Sæpta loca iuxta campum marcium ubi ſigna antiquorum artificum erant uænalia & pueri tres præcioſiores.Mar.ĩ ſeptis mamur diu multumque uagatus hic ubi roma ſuas aurea uexat opes.
Serui omnes ac ſeruæ cur idibus ſextilis diem feſtum agunt Vxores autẽ capita purgare ac lauare conſueuerunt an propter ſeruium regem quem eo die ſeruatum & in lucem editum ferunt uacationem ab opere habẽt ſerui:capitis autẽ lauatio ab ancillis cæpta ꝑ diẽ feſtum ad liberas quoque proceſſit.
Seria doliolum fictile ob longum.
Seriola orcarum ordo directus uel uas fictile uini.
Seriphon promontorium poſt melin fluui.ex quo canentem orphea ſecuta & narranẽ nemora gonæ tũ ſcenos fluuius & rippis eius adiacens maronia regio ulterior diomedem tulit in manibus equis mandendos ſolitũ ob iectare aduenas & eiiſdem ab hercule ob tectum turris quam diomedis uocant ſignum fabulæ remanet & urbs quã ſoror eius ſuo nomine nominauit abdere ſed ea magis id memorandum habet ꝙ democritum phyſicum tulit q̃ ꝙ ita conditum eſt.
Seriphius rhetibus arcam cæpit domumque rettulit & educauit perſea qui gorgonem ſeriphus oſtendit in lapidem uertit in matris ultionem quam inuitam ad nuptias adigere uoluit polydeuces rex.
Sequana flu.prorſus in frãcorum regno celtas poſtq̃ matrona ei imixta eſt abelgis definiens oritur porpe fines heduenſis hac ligonẽſis dioceſim in ducatu burgundiæ inalcoeti regione non lõge a uico abatiæ & monaſterii ſancti ſequani ac trecenſem agrum & parrhiſienſem urbem delapſus cotomagum ciuitatem bimare oceanum influit nomen retinet adhuc hunc memorat Luca.in primo.
Sequani populi ſunt in gallia poſt eluetios: & incolũt rhenum iuxta quos arar ex alpibus fluit:monſque uiraſus eos ſeperat ab eluetiis.Strabo.
Sequeſter ſequeſtra.Vir.& pace ſequeſtra. Cicero tamẽ protulit.ii.uer.aut ſequeſtres aut interpretes corrumpendi iudicii.Pri.
Sequo & ſequor.ſecto & ſector idem ſignificat.Priſcianus.
Sequaces perſecutrices. Virgi.viii.æne.flãmiſque ſequacibus iras.Ser.
Sequeſter medius eſt inter duos altercãtes apđ quem ad tempus aliquid ſeponitur. Virgilius decimo æne.his te nugis pepigere diemque & pace ſequeſtra per ſiluas teucri miſtique ĩpune latini.Errauere iugis pacẽ ſequeſtrã dicit ĩducias.i.tẽporalẽ pacẽ & mediam

inter bellum præteritum & futurũ.Plau.nũc apud ſequeſtrem uitulum poſuimus.Ser.
Sequeſter dicitur apud quem plures eandem de qua controuerſia eſt poſuerunt dictus ꝙ occurrenti quaſi ſequenti eos qui contendit committitur.Ser.
Sequeſtro aduerbium.Vlpiani.liber eſt nõ incurioſe factus is inſcriptus ẽ de uerbis ſordidis.in eo ſcripſit ſuluã quaſi ſeculuã dici uulgo:quẽ qui elegantius inquit loquunť ſequeſtrẽ appellant.Vtrumque uocabulũ eſt a ſequendo factum ꝙ eius qui electus ſit utraꝗ pars fidem ſequatur.ſuculuã autem ſcriptũ eſſe in hiſto.M.Varroni:qui inſcribitur Catus ſed qđ apud ſequeſtrem ſepoſitum erat ſequeſtro poſitũ per aduerbiũ dicebãt.Au.g.
Sequeſtres ſunt apud quos pecunia deponitur Aſconius pedia.
Sereſcit pro ſiccatur poſitum ꝙ ſerenitas ſiccaſit.Lucil.li.i. Denique fluctiuago ſuſpẽſæ in littore ueſtis uireſcunt eadẽ,cadenti ſole fereſcunt.Inde Vir.docte ge.li.i.Vnde ſerenas uẽtus agat nubes hoc eſt ſiccas.Idem in alio loco.atque alia differt nubila.No.
Serillæ nauigia hiſtrica quæ lico ac ſparto condenſantur a conſerendo & contexendo dicta Feſtus pompeius:
Serius Acti.a ſero cõparauit.ait enim ne ſi forte,paulo ꝗ̃ tu ueniam ſerius.Fe.
Serium triſte & quaſi ſine riſu. Affra.in priuigno.Non ego te noui triſtem ſerium. Plau: in am.Nunc quidẽ præter nos nemo eſt dic mihi uerum ſerio.No.
Serio nũc ſcio nõ te ludo ſed ſerio ſeriari. Ma:
Serpentes terrarum.Vir.ii.æne.Et parua duorũ corpora natorũ ſerpens amplexus uterꝗ iã enĩ ex mari in terram euaſerant.Ser.
Serpere & proſerpere idem dicebant.ut Plau: Qui ſcribit quaſi proſerpens beſtia. Varro.
Serpillus herba eſt:quã græ.ἕρπυλλον appellant.in multis enim nominibus quæ in græco aſpirationem habẽt pro aſpiratione.ſ.ponunt ut pro herpillo ſerpillũ.hex ſex. heptẽ ſeptem hemideos ſemideus.Ser.
Serpillum in græcis uocabulum dictum eo ꝙ terram ſerpit.Varro.
Serpſit antiqui pro ſerpſerit uſi ſunt. Inde ſerpulæ dictæ quas nunc ſerpentes dicimus ex græ.qđ illi ἑρπετὰς nos pro aſpiratione eorum ſ litteras poſita ut ἕξ ſex ἑπτὰ ſeptẽ.Feſtus pompeius.
Serpula ſerpſerit cum dicitur ſeu legitur apud meſſalã ſignificat ſerpens irrepſerit.Fe.
Seruitium pro ſeruitute ponitur. Terentia.dauus in an.hoc tibi pro ſeruitio debeo.Virgi. ſeruitio enixe tulimus.Do.
Seruitus pro dominatu ponitur. Te.in andria ut ſemper tibi apud me iuxta & clæmẽs fuerit ſeruitus.Salu.idem ſeruile imperio patre Donatus.
Seruum hominem uenuſte dictũ apud Terẽ. in phor.& Salu.in iugur.Cũ interĩ hiẽpſal reperitur occultãs ſe tugurio mulieris ãcillæ.D.
Seruorum dies feſtus erat idibus auguſti:quia eo die rex tullus filius ancillæ natus eſt. Fe.
Seruo cuſtodio.Vir.ii.æne.Et longe ſeruet ueſtigia coniunx.Ser.
Seruilius ro.a conditore uocatus.Fe.
Seruſertarios dicebãt qui quædã ſacrificia ad arbores fulgoritas faciebant a ferto ſcilicet quodam ſacrificii genere.Fe.
Seruorum appellatio eo fluxit ꝙ imperatores noſtri captiuos uendere hac per hoc; ſeruare nec occidere ſolet.Ser.
Serũ aqua lactis quæ pigues efficit canes.Vir. iii.geor.Veloces ſparte catulos acremꝗ moloſſum paſce ſero pingui.Ser.
Serus grauis.Vir.vi.æne.ſeraque terrifici cecinerunt omnia uates.Salu.ſerum bellũ in anguſtiis futurum ideſt graue.Ser.
Serus pro magno.Vir.iiii.geor.Ille etiam feras inuerſum diſtulit ulmos.Salu.ſerum bellum in anguſtiis fore.pro magnum.Ser.
Seruo incolo & obtineo.Vir.iiii.geor.centumque flumina ſeruant. Et ſeruantẽ ripas alta non uidit in herba.Ser.
Serra ſerrula.Ci.pro cluen.ex omnĩ parte tentatam m tortuoſam uenire ſerrulam.Pri.
Seruitium multitudo eſt ſeruorũ.& ſeruitus ẽ conditio ſeruiendi.Ser.
Serta neutro genere.Vir.ſerta procul capiti tãtum delapſa iacebant.
Serua quæ uenditur belli ancilla eſt. Vir. Olli ſerua datur.Hora.car. prius inſolentẽ ſerua briſeis niueo colore mouit Achillem. Ac.
Seruitutem ſeruio noue dicitur.Acron.
Seruitiũ & ſeruitus quære in miniſteriũ. Lau.
Serotinus uel ſero quære in diuturnus.Lau:
Seriphion promontorium eſt thraciæ hebro flumini propinquum.
Serius mons eſt thraciæ.
Seriphus lacus eſt in quo ranæ non.coaxãt cũ id faciant ſi alibi deportentur:qui & enominatus eſt a ſeripho inſula:in qua eſt ſericus oceanus ſub uulturno eſt iter tabin & tauri promõtoria ſericũ littus alluens:q quidẽ ſeres ut fertur iuſtiſſimi ſunt homines.
Serbonis palus iuxta montem caſſium.
Seres populi aſiæ ſcythiæ mites & quietiſſimi arbores lanam ferunt:a quibus ſericũ dicit' habent flumina ſitaras lano ſycambri:iuxta quã depoſita rerum precia ſua tradunt. aliena non emunt non egrediũtur terminos ſuos:unde ignoti facie ſed noti uellere ſeres.

Sermile ciuitas in ſithonia.Hero.
Seriphius a ſeripho inſula.
Serpillus herba paruorum foliorum capillis per herbā ſerpētibus unde nomen accepit.
Seruus receptitius ē ꝓprius & ſuus:quē cū pecunia receperat uxor.neq; dederat doti: ſed retinuerat.Cato enim mulierē locupletē demonſtrare uolens inquit. Mulier & magnā dotē & magnā pecuniā recipit hoc eſt & magnā dotē dat & magnā pecuniā retiet Plau. in trinu.Poſticulum hoc recepit cum ædes uēdidit:particulā quādā: quæ poſt eas ædis erat non uendidit:ſed retinuit.Au.ge.
Seritorum Varro dicit quod nunc ſcrupulus appellatur.Seruius
Sera eſt clauſtrum ianuæ. Te. in heauton. Tu abi atq; obſera hoſtium intus.
Serra præliari dicitur cū aſſidue accedit̃ receditur q;:neque ullo cōſiſtitur tēpore. Fe.
Serræ leues quibus homo in pratis per fœniſeca uetuſtas eradit. Varro.
Seſtertiū dicit̃ quarta pars denarii quo tp̄e id decuſſis ualebat.i.dipōdius & ſemis.Fe.
Seſtertius ꝙ ſemis tertius:dupondius enim & ſemis antiquus ſeſtertius eſt.& ueteres conſuetudinis & retro ære dicerent ita ut ſemis tertius quartus ſemis pronūciarēt ab ſemis tertius dictus.
Setabis urbs iuxta ſagunthum.Stra.
Setuoſæ obſcuræ.Liuius in antiopa.ita ſetuoſæ ditio abſte datur ꝙ conſecutam ſapiens ægre contulit.Nonius.
Seuerus triſtis.Vir.iii.geor.Inuida fœlix furias amnēque ſeuerū cocythi metuet.Ser.
Seueri aut uetuſtiſſimi aut auſteri.Hora.libro carminū.Vultis ſeueri me quoque ſumere partem falerni.Acron.
Scæuitudo pro ſcæuitia.Plau. in bacchidibus Vimula uirginiolæ ſcæuitudo mala fit peior.Nonius.
Scæuiter ꝓ ſeuere.Plau.in pænulo.alia tā ſcæuiter.Idem in trinummo. Animum ſtaſimæ ſcæuiter.Nonius.
Scæua doliolum fictile ob longum.
Seruonia palus anguſta longa ſupra trecēta ſtadia inter ægyptum & ſyriam in qua multi loci inſcii abſorbētur cū propter harenā nā terra uidet̃ inde barathrum dicta a quartus littus hēt mare importuoſū nā a paretonio libyæ uſq; iopem in ſinu ſyriæ nullus eſt tutus portus diodoſus.
Seriola & orcax ordo rectus uel uas fictile uini
Serapis cuius tēplum hēt canopus cultu & religione excellens ubi ſomnia captabant uel pro ſe uel pro aliis.
Seſuuii alias cuſubii populi inter celtas ad oceanum inter armonicas proximi aulercis curioſolitis rhedonibus oſſeſſinis Vuellis & Venetis hoc quidā putāt eſſe exiſſinos quæ eſt prouinciæ turonenſis in regno francorum ſiti.
Sexcentum nomen erat ĩpromptu uolentibus ſignificare magnum numerū Cicero ſexcēta ĩcōmoda ſum ꝑpeſſus intuēda.Te.primo.
Sextantes & quincunces erant uaſa uinaria a menſura ſic dicta.
Sextercium quære in dictione denarius
Seuthes thraciæ rex.
Sethon nomen proprium rex idē & Vulcani ſacerdos.
Setinum uinum optimū & recentiſſimū erat ex ſetia miſſum.
Scæua fluuius ex appennino profluēs in agrū nugellanum per bononiam in quem influunt torrentes ronta & ducaria demum in arnum confluunt.
Setinum uinum primam laudē optinuit inter uina iuditio auguſti ut ſcribit Plinius ſillius ipſius mēſis ſepoſta liæi ſetia meminit itē.S.
Sexangulari figura polebant̃ berili ut repcuſſu angulorum color excitaretur.
Seriphus inter.xii.cyclades eſt ubi pſeus educatus capite gorgonis incolas in lapides cōuertit quoniam his adiutoribus polycletes rex perſei matrem ad nuptias cogere uoluit Strabo autor graue illuderat exilium poſt ſeriphum eſt tenos dicata neptunno.
Scæuum pro ſcæuiter.Enni.in phœnice. ſcæuiter ſuſpitiōem eſſe falſam futilū eſt. Affra. ſimulante ſcæuiter ferre hoc te ſimulet gnatam ab illo abducere. Enni. hectoris luſtris. ſcæuiter ferre cernunt de uictoria.No.
Scæuus apud ueteres magnus dicebatur.Enn. Induta fuit ſcæua ſtola. Vir.quoque cum pium ſemp inducat æneā ait. Et ſcæuus in armis.i.magnus. Et.i. ænei.Scæuus ubi æacidæ telo iacet hector.Ser.
Scæuus eſt fortis:ut ſcæua paupertas.ſcæuum tridentem.Acron.
Sexus natura uel habitus ex græco uocat̃. Fe.
Sexmilium & ducentorū hominum primus. C.Marius deſcripſit legiōem:cū antea quattuor milium fuiſſet.unde etiam appellabat̃ quadrata.Feſtus.
Sex ueſtæ ſacerdotes cōſtitutæ erant ut populus ꝙ ſua quiſq; pte haberet miniſtrā ſacrorū quia ciuitas romana in ſex erat diſtributa partes in primos ſecundoſque titienſes ramnes luceres.Fe.
Sextertia ueſtis cubicularis ſic & lodicula.
Sexcentum pro ſexcentorum.Lucil.in trigeſimo maximus argenti ſexcentum a mille reliquit Idem quid uero eſt centum ac ducentum poſſideas ſimul.No.

Sexcentas mihi potius inſcribito apud Teren. in phor. pro multis præſpicere licet conſuetudiné utriuſque ſermonis. Ná apollodorus ducentas dixit pro multis & apud græ. ita apud nos uidetur dicere pro multis uſitatú eſt. Ci. Sexcenta poſſú decreta ꝓferre. Do.
Sexagenarios per pontem mittendos male dici popularitas intellexit. Varro de ui. pa. lib. ſecundo Honeſtam cauſam religioſamq; patefecerit cum in quintum peruenerit atque habebant uiginti annos tam denique erant publicis negociis liberi atque ocioſi. ideoq; in prouerbiú quidem putant ueniſſe ut dicitur ſexſagenarios de póte eiici oportere. i. ꝙ ſuffragiú nó ferát qđ p póté ferebant. No.
Sexageſimú tertiú uitæ annú obſeruatú multa hominú me expertúque é ſenioribus plæriſque oíbus cú periculo aliquo & clade uenire aut corporis morbique grauioris aut uitæ interitus: aut animi egritudinis.
Sextula aeris minimia pars ſextula qđ ſexta ps unciæ. Varro.
Sexadrus require in quinquatrus. Varro.
Sextans ab eo ꝙ ſexta pars aſſis ſit. quadrás ꝙ quarta pars: & triens ꝙ tertia pars. Var.
Sexus etiam neutrú protulit. Plau. in cu. Virile ſexus nunq̃ ullú habui. Pri.
Sexceni pro ſexcéteni ſyncopatur. Lau.
Sextiæ ſunt in gallia narbonenſi quas aquas calidas nominant iuxta maſſiliá: diſtat auté a maro fluuio milia: lxxiiii. Stra.
Sexus fluuius eſt apud menubam.
Sextiles anguſtæ: quintiles iuliæ. Nondú enim noía de imperatoribus ſumpſerunt: propter quam mutationem nominum Vir. ait. Et incipiunt magni procedere menſes. Ser.
Seſſilis ceruæ quæ paulo ante partú purgát ſe quadam herba quæ ſeſſilis dicit͛. Ci. de na. de.
Seſſiles lactucæ quaſi ſedentes: quod licet a pricipio non eſt: tamen eiuſdam naturæ eſt cú in ſignificatióe conſentiat: & a ſupino naſcatur Lau.
Seſoſtris rex ægypti conaeus nauigabilé alueú ex rubro mari in nilum producere ſeptuagitaduo milibus paſ. Idem Darius rex excogitauit. inde ptole. eduxit foſſá latitudíe pedú centú. altitudine triginta. longitudine trigintaſepté uſque ad fótes amaros. deterritus íde uel nudatione cum altius ſit rubrú mare q̃ ægyptus tribus cubitis: uel ne corrúperetur aqua nili quæ ſola præbet potum ægypto.
Sex qui unú dimidium ſignificat cuius nomé adeo ut Tacitus ſex qui plagam pro una plaga cum dimidio dixerit Cicero i oratore pes q adhibet͛ ad numeros partitur í tria ut neceſſe ſit parté pedis aut æqualem eſſe alteri parti aut altero iam tanto aut ſex qui maiore ſex q pedale dicit͛ unius pedis cú dimidia
Ses qui dicitur ut Auguſtinus putat in muſica quaſi ſe aliſq; unde hemiolion a græcis dicitur quod latine Cicero in libro de uniuerſitate ſeſcuplum quidam ſeſqutenú tráſferút.
Sceleratus campus appellatur proxime portá coliná in quo uirgines ueſtales quæ inceſtú fecerant deſodiebantur.
Sceleratus uicus romæ appellatur: qđ cú Tarquinius ſuperbus interficiendú curaſſet ſeruiú regem ſocerú ſuum corpus eius iacens filia carpento ſuperuecta ſit properans in poſſeſſionem domus paternæ Fe.
Selerata porta quæ & carmentalis dicitur uocata ꝙ per eam ſex & triceni fabii cum cliétibus milibus qnque egreſſi aduerſus hetruſcos ad áné cremerá oés ſunt interfecti. Fe.
Sceleroſi pro ſcelerati. Lu. ſaty. lib. i. nó ui eam ætatem tempeſtatem hanc ſceleroſi mittentur. Affra. i diuor. dié ſceleroſú & ídignú. N.
Scelerare eſt polluere. Vir. iii. æn. Parce pias ſcelerare manus. Eſt auté ſermo plautinus: quo hodie uti non poſſumus. Ser.
Sceleſtus ſcelus ſceleratus & ſceleroſus differunt. ſceleſtus eſt unius. ſceleroſus multorú & proprie auctor eſt ſceleris. ſeleratus í quo ſcelus ſit conſtitutum aut comiſſum ſcelus eſt plus q̃ ſceleratus. Te. in heau. Vbi ego illum ſceleroſum atque impium inueniá: qui etiam inſuper ſcelus poſtq̃ ludificatus eſt uirginem. Donatus.
Scænas ſabini cœnas dicebant: quæ auté núc prandia ſunt cœnas habebant & pro cœnis ueſpernis appellabant. Fe.
Scæua qui ſiniſtra plus ualet mancus qui altera non utitur.
Seolos portus in helleſponto eſt atheniéſibus & lacædemoniis nauali atre decernentibus laconicæ claſſis ſignatas excidio.
Scæna ſiue ſacena dolabra pontificalis. Fe.
Scæniculæ ab ſcœno nugario. Var.
Scæniculæ appellatæ meretrices propter uſú unguenti ſcæni qđ eſt peſſimi generis. Fe.
Scenatilis uel ſcenaticus pro ſcænico. Var. in modio. ſed ope trulæ ne meum traxis libú ſi te pigeat hoc modo ſcenatilis. Idé honos liras ut comicinitidi ſcenatici. No.
Scæna ideſt σκοινη græce íumbratio a σκιας græ. dicta ideſt ab umbra. apud antiquos ení theatralis ſcænam parietem nó habebat: ſed de frondibus umbracula quærebant: poſtea tabulata cœperunt componere in modum parietis. Virgi. æne. primo. Tum ſcilius ſcæna coruſcis. Ser.
Scæuolam Mutium dimiſſum cui poſtea ſcæuolæ a clade dextræ manus cognomen inditum. Liuius li. tertio.

Schedia genus nauigii inconditū.i.trabibus tā tū iter ſe nexis factū ūde mala poemata σχέ δια appellantur.
Screare ſpuere. Te. in heau.gremitus ſcreatus tuſſis.Nonius.
Specto ſine præpoſitione Pacu.poſuit.Fe.
Specile caro quædam proprii cuiuſdam habitus infra umbilicum ſuis.Fe.
Sperem ueteres pro ſpem dixerunt.unde & ꝓ ſpere dicitur:hoc eſt pro ſpe.Var.in aboriginibus.ſublimis ſperibus iactato nominato uoluntatis altos nitens trudito.Idem honos liras quibus ſua delectet ipſe amuſiam & hu manitatē ſperibus lactet ſuis.Lu.ſpero ſi ſpe res quicq̄ prodeſſe potis ſunt.Fe.
Speciem ſpecimē uel exemplar.Lucil.li.xxx. ſi cuti te qa ea quæ ſpeciē uitæ putamus eē ſo dales.Ci.de ora.li.ii.ꝙ tamen eum defendere qui mihi ſodalis eſſet.No.
Specis pro ſpeciebus. Ac.in alme. Ne quid dii interdū inferāt penitus interpreſſū ſpecis.N.
Specimen pro argumento & documento.Vir gi.ii.geor.Tale dabit ſpecimen Ser.in ar.
Speleū ſpelūca ē autē græ.ſpilion. Vir.in buc. Certum eſt in ſiluis inter ſpelea ferarum ma le pati.Ser.in.arte.
Spectatus probatus.Vir.i.geor. Vidi lecta diu & multo ſpectata labore degenerare tamen. Seruius in arte.
Spectandus probādus proprie & ſpectatus pro batus.Te.in an.ſpectandæ an exigendæ ſint uobis prius.Donatus.
Sperare pro timere.Te.in an.nā qđ tu ſperas fa cile ꝓpulſabo.& ſperare pro gaudere ſic.n.di cit̃ cū quem erraſſe nos cernimus. Te.in ad. Sperabam iam deſerbuiſſe adoleſcentiam.
Spectare poſitum eſt pro probare.M.Tul.non igitur ex ſingulis uocibus philoſophi ſpectā di ſunt.Ser.
Spectare dictum ab ātiquo:quo Ennius uſus. bos epulo poſtq̄ ſpexit & ꝙ ī auſpiciis diſtri butū eſt qui habent ſpectionem ꝙ nō habeant.hinc ſpecula.hinc ſpeculum qđ in eo ſpe cimus imaginem.Varro.
Spes a ſpōte poteſt eſſe declinata qđ cū ſperet tum uult fieri putat.nā qđ non uult ſi putat metuit non ſperat.Var.
Speratum ideſt ſponſum Afranius fratris cur re & nuntia uenire:& mecum ſperatū adduce.uideant puellam.current conformēt iube Idem in eadē.ſperatam non odi tuam.No.
Speratam & dictam & ſponſam & pactā differ re legimus:ꝙ uirgo priuſq̄ petitur ſperata di citur.Plau.in amphi.uxorem ſuā ſalutat ſpe ratā:dehinc promiſſa dicta uel pacta uel ſpō ſa dici poteſt.Vir.lib.ii.æn.Cui pater & coniunx quondam tua dicta relinquor Item alibi.Et gremii abduce pactas.Titinni.libro.v. Qui exacta ætate ſponſa ſit deſponſata. Nonius marcellus.
Sperno faſtidio.Te.in an.Tot modis contemptus ſpretus facta tranſacta omnia.Ser.
Stellarum natura ut ſtent.unde & a ſtando dictæ ſunt.Ser.
Steſſiarus mons eſt moloſorum.
Stymphalon mons eſt arcadiæ in quo hercules ſtymphalidas occidit aues.
Stenos fluuius eſt thraciæ cui maronia adiacet regio & nemora zonæ:quæ orphei citha ræ cantum ſecuta ſunt.
Sternax ferox qui facile ſternit ſedentē.Virgili us.xii.æneidos. Et ſternacis equi lapſum cer uice chimoetem.Ser.
Sterilam ſterilem.Fe.
Sternere a græco ſtromio.Varro.
Steculius require in ſaturnum.Macro.
Strebula lingua umbrorum appellabant par tes carnium ſacrificatarum.Fe.
Stlēbo grauis tardus ſicut Luci.pedibus ſtlem bum dixit equum pigrum & tardum.Fe.
Strena dicta ē a ſtrenuitate. Pompo.in pictori bus.Aſſide ſiqua eſt uentura alia ſtrena.N.
Strepiti pro ſtrepitus.Enni.Hectoris qd in caſtris ſtrepiti eſt.No.
Si pro utinam.Vir.vi.æne.ſi nunc ſe nobis ille aureus arbore ramus oſtendat nemore in tā to.Seruius.
Syagros aper ſilueſtris.ideſt ſyſagros.
Siennites marmor eſt quod ad ſienem ægypti foditur maculoſū eſt unde antea appellabat̃ pyrocidos ideſt ignitis maculis uariatum ex quo obeliſcos fecere in ægypto.
Signatores ſunt teſtes q̄ teſtimoniis ſigna ſua imprimunt:ut Vulpianus libro.xliii. de tabulis exhibendis.
Sipyleia niobem intelligas quæ ex ſipylo urbe mæoniæ fuit uerſa in ſaxū ob dolorē amiſſorum filiorū adhuc lachrimas emittēs cū pri ma mortali cōcubuit Iupiter ut refert Dio.
Semele ultima Plinius ſipylum ꝙ ante tātalis uocabat̃ caput mæoniæ ſipylus itē unus ex filiis niobes fuit nupſerat autē āphoni Oui. tum cū mæoniam.Vir.ſipylumq; colebat.
Sichæus qui ſua lingua erat ſicharbas.
Sipontina ciuitas in apulia mons garganus dicitur.
Sibylla nomē officii σιοῦσ deos dicunt æoles βουλη ſētētia uaticinātes mulieres ſibyllæ x.dicit Varro fuiſſe cuius meminit lactantius ideſt de pſis.Libyca delphica cumæa ī ita lia erythea:quæ troiæ excidium uaticinata ē Et homerum mendacia ſcripturū.ſamia cumana nomine amalthea : quæ & erophyle uel demophile quæ nouē libros tarqnio at-

tulit.de qua Gellius.i.heleſpontia & phrygia decē tiburtina nomine albumea: quæ iuxta anienem colitur.
Sibaris oppidū antiquiſſimū.duodecim milia ab urbe aliud prope crotonem & fluuius: & proprium nomen apud.Hor.
Sibylla omnis puella cuius pectus numen reci pit.Aeoles enim σιουσ deos dicunt βουλη autē ſentētia ſiue conſiliū.ergo ſibyllas quaſi ſibullas.ideſt quæ dei ſententias dixerunt.Inde eſt magnā cui mentē animumque delius īſpirat uates.Ser.
Siborus fluuius eſt italiæ præſtano ſinui atq; oppido propinquus.
Sibulus etiam quartæ.Siſen.in.xxii.hiſto.procul ſibulus ſigna conſuli cœpit.Pri.
Sido uerbum præteriti non inueni:inde ſubſido & paſſiuum protulit.Statius in.v. the.ſūmiſque inſiditur aſtris.
Sic aduerbium optandi ut Vir.ſic pater ille deum faciat ſic magnus apollo.Ser.
Sicambri qui & germani dicunt.Acron.
Sicambri qui & germani dicuntur.Acron.
Sycābri populi germaniæ olim trans rhenani ꝓximi uberiis trās rhenum nunc ſiluas & ſolitudines habebant ad quos ex menapiorum ac eburonum finibus rheni & ad moſæ con fluētis breuis eſt aditus eburones enim rheni cyteriores rippas ſicābri autē ulteriores incolebant nunc oppida uicos & agros ſicābri quos gherlenſes appellamus etiam īter moſſa & rhenum poſſident quorum pars eſt diocæſis leodienſis de quibus Martialis in prio & Iuuenalis in ſatira quæ incipit ecce iterū.
Sicambri populi ad oceanū in germania ſunt q & colorare crines & calamiſtrare romanos impulerūt oblectatos capilorum pulcritudine quæ ſicambris erat natiua.
Sperchius theſſaliæ fluuius ex pelio erumpēs ī maliacum ſinū Lucanus ferit amne citato maliacā ſperchius aquas.
Sphæromachia σφαιρα pila & μαχη pugna ludus erat pilaris in gymnaſio qui ut ait uilius polux ſperma appellabatur uel a prio autore uel a φερακιζω quod eſt fallo nā cū pil lam unus alteri uideret polliceri alteri mittebat pilā q̄ eo ī ludo erat putat ipſe eſſe harpaſtū ambigit tamē an potius pila illic fuerit quæ mollis dicitur nā harpaſti luſio ab eo deſcribitur q̄uis pilam non nominet.
Speculares lapides perlucidi q̄bus horti operiebant & nō nunq̄ conſtituebantur aluearia.
Scheda tabula rudis qua papyrus ſup inducta conficiebatur.Plinius de papyro ſupina tabula ſcheda ſuper īducitur.
Splenia ſunt pani bōbycini odoribus & ūguēto perfuſi Sica gladius.

Steſichorus eupheni filius uel euphorbi ut alii ſcribūt euclidis ex mea urbe ſiciliæ ex ardua alii profugū catanē perueniſſe aiūt atq; illic mortuū & ſepultum iunior fuit a lemane lyrico fratrem habuit geometricæ peritū manertinum & alterū helianactem fuit lyricus eius poemata dorice ſcripta.xxvi.horis helenæ uituperationem ſcripſit & palinodiā unde amiſſos oculos reparauit cū uituperationē in laudem uertiſſet quod pauſanias quoque rettulit prius thiſias appellabatur.
Seburates populi in aquitania proximi garumnis hauſtis uocatiis taruſaciis ſocroſātibus hiſpaniæ citeriori in francorum regno ſiti.
Sibyllæ uel tres libri ut Gellius putat uel certe unus ut Plinius arbitratur nā ſex reliquos quos una attulerat uel duos ad tarquinum regem cōbuſſit tertius a rege empetus quanti omnes noluerat in ſacrario capitolii recōditus eſt ibique arſit temporibus ſyllanis ut Plinius tradit permanſit uetus ſupſtitio exiſtimātiū adhuc eū ſeruari huic legēdo & interpretādo quindecim uiri præfecti ſunt.
Stella poeta patauinus amauit uiolētiā neapolitanam quæ cū amiſiſſet colūbam quam habebat in deliciis & fleret prælufit argumētū ſtellæ conficiendi opis de morte columbæ.
Stemmata imagines cæreæ maiorū quaſi triūphaſſent aliquādo coronati ſtemmata quod ſignificat coronam hæ q̄buſdā lineis ēt pīgebant ad aliaq; imaginum differentiā & quoniā ex his maior propagat nobilitas factum eſt ut ſtēma ſignificet nobilitatē maiorū.
Spes pro timido futuro euentu & malorū expectatio eſt & Li.li.ii.cū haud cuiq̄ in dubio eſſet bellū tarquiniis munere id quidem ſpe omnium ſerius fuit.
Steropes & brontes famuli ſunt Vulcani noti carmine Virgiliano.Heſiodus aſteropē ſcribit non ſteropen nec pyragmonē noiat ſed pro eo argen rhenus domus dati.
Stemmata rotundæ imagines ſtepſæ dicit coronare ſtēma & corona.Iu.ſtēmata q̄d faciāt:
Stellantem campum uulturnus ab agro campano diuidit.
Sidere quære in uerbo ſtare.Lau.
Sicut ſicuti ut ſimilitudinē īnuūt.uelut ueluti q̄ſi.tanq̄ ceu imaginē īnuunt.ut tu iraſceris quaſi canis q̄ſi:eſſes canis metaphora eſt. ſed tu iraſceris ſicut canis cōparatio eſt:hoc eſt ſicut leo iraſcit.Interdū uero ē ſicut ita.itaq; ſic quemadmodum & quomodo habēt magnam uenuſtatem atque utilitatem ī diſponendo quotiēs antecedētē ānectit cū ſequēte ſententia.Pli.xvii. Ferūt craſſum auū craſſi in parthis interempti nunquam riſiſſe ob id ageryſtum uocatū:ſicut nec fleſſe multos

ſicut quidam & ut quoque nonnunq̃ diuer
ſas contrariaſq; res copulant.Quinti.Quod
ut optimum ita difficillimũ longe:& ita pro
itaque & ſic pro ſicque:& ita ualde. Cic.nec
ita multo poſt edictum bruti affertur. Lau.

Sidus ſtella eſt niſi quod ſydus eſt coactio illa
ſtellarum ut aries quæ recte ſtella non dicit

Sidus genus morbi eſt quo inprouiſo & ſubi-
to lingua amittit unde ſiderati dicuntur au-
tore Pli:eo morbo laborantes infra.Sidere p
cuſſa eſt ſubito tibi.

Siculum mare ſiciliam ambit inſulam ab occa
ſu ſardum habens ab aquilone thuſcũ a ſur-
gente ſole ioniũ a meridiano aphricum.

Sicambri amota o nam græci ſcribere populi
germaniæ.

icani hiſpani a fluuio ſicoride ſecundũ quoſ-
dam qui duce ſiculo Italiam excluſis abori-
ginibus tenuerũt quibus rurſum populi in-
ſulam bicinam occupatã ſicaniam a gente ſi
criſq; uenire latinis.No.
Venire in menté non ad recordationẽ tãtum
diciẗ ſed ad reputationem & ĩtelligẽtiã.Ver.
in pho.uenire in menté mihi.Do.
Venibo pro ueniã.Pom.in machis geminis.Sc
ro eſt ſexta ſi tibi placet uenibo.No.
Venio creſco.Vir.i.geor.hic ſegetes illic ueni-
unt fœlicius uuæ. Et.v.æn.& pulchre ueni-
ens ĩ corpore uirtus. Et.ii.geor.Namq; aliæ
nullis hominum cogentibus ipſe ſponte ſua
ueniunt.S.
Veniã beneficiũ.Vir.iii.æn. Rurſus ad oracu
lũ orthygiæ phœbũq; remẽſo:hortaẗ parat
ire mari ueniamq; precari.Ser.
Venia pro pace.Vir.i.æne. Cũcti nã lecti naui
bus ibant orãtes ueniã.Et proprie uerbũ põ
tificale ẽ:ũde & ĩ.iiii.Tu mõ poſce deos ue-
niã.Et paulo poſt.pacẽq; p aras exqrũt dicta
aũt uenia ad eliciendam miſericordiam: me
retur enim beniuolẽtiã numinum q licet ĩ
nocens ſit ueniam tamẽ tanq̃ peccauerit pe
tit:ũde eſt confeſſio illa ĩ Te.Quid meritus
crucem.Seruius.
Venierunt bona eius ꝓpter æris magnitudi-
nem ſemiuncia uenierunt.Aſco.pe.
Venor circũuenior.En.in nemea.Tentor con
cepta undique uenor.No.
Ventabant dicebant antiqui:unde præpoſitio
ne adiecta ſit aduentabant.Pacu.
Ventus ẽ ſtatus.Vir.li.i.Et mulcere dedit flu-
ctus & tollere uento.No
Ventus ſignificat odorem.Plau.ĩ ciſtel.ita mu
ſtulentus uentus naris obtigit.No.
Vẽtris duo ſũt orificia.reqre in cõtinẽtia. M.
Vẽtrẽ ẽt ꝓ toto hoíe ponũt. Lucil.i.v.Viuite
glaucões comedones uiuite uentres.Do.
Vepres diminutiuum de ueprecula. Ci.ꝓ ſex-
tio uepreculis extracta indecula.Pri.
Verba ſũt tripartita:aut noſtra: aut aliena:aut
obliuia.De noſtris dicã cur ſit:de alienis ũde
ſint:de obliuiis reliquã quoꝝ ptim: ꝙ ita in
uenerim ita opinor ſcribã:In hoc libro ſcri-
bam de uocabulis locoꝝ: & q in his ſunt in
ſecũdo de tẽpore & quæ ĩ tpibus ſũt. In ter-
tio utraq; re a poetis cõpræhenſa.Var.
Verborum in origine cõiuncta ſunt aĩaduer-
tenda a quo ſit ĩpoſitũ:& ĩ quo:& quid.Var.
Verba primigenia dicũtur ut lego: ſcribo:ſto:
ſedeo:& cætera quæ nõ ſũt ab aliquo uerbo:
ſed ſuas habent radices.Var.
Verba decliuia quæ ab aliquo oriunẗ ut a le-
go legis legit:legã lege legito:& ſic in indidẽ
per multa.Varro.
Verba dare fallere eſt.Te.in an.cui uerba da-
re difficile eſt.Do.
Verba ad rem contulit hoc eſt agere qđ dice-
bat aggreſſus eſt:& eſt bona locutio.Teré.in

heau.uerum ſi uerba ad rem conferet uapulabit.Donatus.

Ventos quattuor ueteres obſeruauere ꝓ quattor mūdi ptes.qbus ſequuta ætas octo addidit ſūt ergo bini in quattuor cæli ptibus ab oriente eqnoctiali ſubſolanus ab oriēte brumali uulturnus illū apeliotē.hūc græci eurū appellant:a meridie auſteri:ab occaſu brūali africus noton & lyba noiant:ab occaſu æqnoctiali fauonius ab occaſu ſolſticiali corus & zephyrō & argeſten uocāt:a ſeptētriōibus ſeptentrio interq; eū & exortū ſolſticialē aqlo:aparctias dicti & horeas numeroſior ratō quattuor his interiecent traſceam media regione inter ſeptētrionem & occaſum ſolſticialē itēq; cænā media inter aqlonē & exortū eqnoctialem ab ortu ſolſticiali phænica media regione inter ortum brumalem & meridiem & his finitimis addidere libanoton inter eurum & noton ſunt & peculia res ſitaꝶ regionum ut athenienſibus ſcyron.paulo ab argeſte deflexus & olympias uocatus quem helleſpontem quoque uocant.Pli.

Verruca in ſūmo Agellius li.iii.milites ad uerrucam illā ſic enim Cato locum æditū aſperūq; appellat.

Veneti & canei ſiniſtram ptē Italiæ colunt togatam galliam tū italici populi picentes feretās dauni apuli calabri ſalentini.Pom.

Veromandui populi inter belgas rhenus atrebatibus neruiiſq; finitimi nomen retinēt. in fracorum regno ſiti.at ex magna parte in dioceſi laudunenſi ac ſueſſonenſi.

Veragri populi extra celtas belgas & aquitāos intra ſedunos ātuates & allobrogas monteſ que ſancti bernardi & brigā quos ueragros rhodanus flu.interlabitur caput gētis eſt uicus ubi ſanctus mauricius dioceſis ſedunenſis qcquid tamen agri trās rhodanum poſſidebant celtis aſcribitur p hos ad mōtes illos quos Cæſar ſūmas alpes noiat ex gallia i italiam uenientibus aditus eſt.

Verbenæ quaſi herbenæ redimicula ſunt ararū qd hodie ex myrtho fit. Te.in an. Ex ara ſume uerbenas.Verbenæ ſūt oēs herbæ frōdeſq; ex loco puro deceptæ.Do.

Verberitare Cato frequentatiue ab eo qd eſt uerbero.as.dixit.Feſtus.

Verberare non ſolum a uerberibus dictum ē: ſed a uerbis.Plau.in aulu.Nam cur me miſeram uerberas.No.

Verbena proprie herba ſacra ſumpta de loco ſacro capitolii qua coronabanť fœciales & pater patratus fœdera facturi:ideſt bellū indicturi.Abuſiue tamen uerbenas uocamus oēs frondes ſacratas.ut eſt laurus:oliua:myrthus.Te.in an.ex ara hic uerbenas ſume. Nā myrthum fuiſſe menander teſtatur.de quo Te.tranſtulit.Ser.

Verbex require in aries.Var.

Verbecē.Var.de uita pa.libro prīo. aut ouem aut bouem aut uerbecē habet ſignum zonatim pergo herum.Lucre.zonatim circu īpluuium cinereſq; cluebat.No.

Veruina eſt genus iaculi lōgi qd aliquādo uerutū uocant. ſicut Caius baſſus ī ſatyris ait Verinæ confodiendæ non te nautio faucic: nauci enim pro nihilo dici uoluerunt. Pla.ī bach.Si tibi machæra eſt ferri.at mihi ueruina eſt domi qua te & illos cōficiamus ſoricina uenia.Ful.

Verbū ꝓ oibus dictionibus licet dicere.nomina quoq; ſed raro. Vi.foliiſq; notas & nomina mandat.Te.ī an.bona uerba quæſo.Pri.

Vergo abſolutū. Vir.xii. quo uergat pondere letū.& actiuū.ut idē.vi.frondeq; inuergit uina ſacerdos. Eius paſſiuū.Luc. ꝓtulit.ii.qua polus aduerſi calidus qua uergiť auſtri.Priſ.

Vertor a uerto actiuo.reuerto neutrum. & reuertor deponens.puerto & puertor pro eodē. Vir.i.æn.uolucremq; fuga puertiť hebꝶ uerſo ſimiliter actiuum.ex quo cōtrouerſor deponēs. Ci.in ꝓtagora. de huiuſmōi rebus controuerſemini non concertetis.Pri.

Verro uerri ut Licini.macer.Hiſce etiam reliqas auerterunt.& publius cellas ſeruorū cōuerri.Ser.tamen inquit uerſi.Pri.

Veru non facit uerua.ut cornua.ſed uera ueru uerubus.Ser.

Vertex a uertēdo diciť.uortex a uorādo.S.ī ar.

Verſi pro uerſus.Liuius in polymeſtris. ōnes ſunt denis ſimiles uerſi.Pri.

Verculū a uere.Plau.in caſ.ego ſum liber meū corculum melliculum uerculum.

Vertūnus diciť & ānus a uertēdo. ſemper enī cōuertiť finito curſu.Hor.ſcdm uiuere uertunnis quotquot ſum natus iniquis.

Veruca apoſtema diciť quæ teſtudo diciť. Sueto.li.xii.ac dū exhulceratam in fronte uerucā uehementius ſcalpit.

Verbenas herbas ſacras:ut herbenas adole pingues & maſcula tura.Acron.

Vertere mutare.Hor.car.uel ſuperbos uertere funeribus triumphos.Acron.

Veru diptota ſūt quæ duos diuerſos caſus habent tantū:ut uerua uerubus:nam ueruū in uſu non inuenimus.Pri.

Verſis armis gladiatores pugnant:hoc eſt tranſmutatis:nō aūt inuerſis ſic non inuerſis pānis agitaſſe aurigas.ſed uerſis.Caper.

Vernaculus adiectiuū qd ē domi nr̄æ uel ī noſtra pr̄ia natū ut lingua uernacula qd uulgo dicūt līgua materna.dictū a uerna qd eſt ſeruus domi nr̄æ.i.ex noſtra ancilla.Lau.

Verberare ē uerbere cedere qđ ē īſtrumētū lō gū & exile ut fuſtis lora flagellū. Deriuaťenī ſicut flagellare a flagello. & fuſtigare a fuſte. uerbera uero ſūt uerberatiões & flagella q̄ ſū mitate ſarmētoꝝ ſūt. Quītil. ignes ex ꝓxio raptos uerbera q̄ caſus obtulerat pulſare ue ro ē graui ac uehæmēti ictu cedere quocūq; īſtrumēto: ēt calcibus & pugnis & quodam mō ꝑcutere crebro tympanoꝝ more. Inde pulſatio ē multa ꝑcuſſio. dictū ē a pello. i. per cutio uel ferio. Ci. de diui. ut pellanť aī uehe mentius ſæpe etiā cura & timore. La.

Verſatilis quoq; ſcæna uidetur ſignificare: qđ uerſatur huc & illuc: nō ꝙ uerſata eſt ut axis uerſatilis. gladius āgeli uerſatilis qđ uerſatur qdā aiunt uerſatilis ſcæna & ductilis: uerſati lis qdē ꝙ cū tota machinis qbuſdā conuer tebatur: aliā picturæ faciem oſtendere. La.

Verſus ſēp poſtponiť. Liuius duo rōana uno loco ꝓpius albā: tria albana romā uerſus legi mus. & ſurſum ſiue ſurſūuerſus: uerſus & ad uerſus uerſū & aduerſū. Vnde quoq; uerſus ideſt ī unāquāq; partem: & utroq; uerſus in utrāq; ꝑtem: & deorſum uerſus. Lau.

Verberatio quære ī pulſatio. Lau.

Verſicolorē caudam pauōis appellat. Ci. & col lū colūbi: & aquam maris ꝙ uerſat & mutat colorē ſubīde uel potius ꝙ ſit diſcolor & ad uerſū hēt colorē. Plin. de diuerſicoloribus ui parū maculis & apud Liuiū īterdictū mulie ribus īqt ne uerſicoloribus ueſtirēť qđ. Val. max. āpit li. ix. quā fœmīæ tollere cupiebant qa his nec ueſte uarii coloris uti. Lau.

Verbanus lacus galliæ ciſalpiæ ex quo ticius fluuius emergitur ſeu per quem ab alpibus effluit in padum.

Verſicoloria q̄ tīcta nō ſūt: ſed q̄ naturali colo re ſūt cōtineť. purpura aūt aut coccū qa ni hil natiui coloris ſūt cōtieri nō arbitror. V.

Ver qđ tūc uiuere īcipiūt uirgulta ac uertere ſe tpus āni: niſi ꝙ iones dicūt id tpus uer. V.

Verbū facere. Iſtæ exiguitates dicūť aſſeuera tiōes: & cū ꝓnūtiatiōe ꝓferūť ut ītelligatur nec uerbū qdē. Te. ī an. Nūq̄ cuiq̄ nr̄um uer bū fecit. Et uerbū ꝓ tota ſētētia: uerbū ꝓ di cto ſed ꝓprie. i. ſētētia uel nūtiatio q̄ ūo liga tur & ſtrigiť uerbo. Verbū a ueteribus dice bať. Te. ī heau. utinā iſtuc uerbū examino ac uere diceres: uerbū ergo intelligas qđ cōplet ſētētiæ ꝓnūtiationē a græco dictū. & uerba a ueritate dicta teſtatur Varro. Don.

Vercium magnarum uirium. Var. ī meleagro: Si nō malit uir uirium iura eius uxorem ha bere atalanta. No.

Verecūdū audax & cōfidēs. Plau. in amphi. Sic eſt uera ꝑdico niſi etiā hoc falſo dici inſimu laturus eſt nimis iracunda es. No.

Verecūdari uerecūdia teneri. Ci. de ora. li. iiii. Alteꝝ cūctātē & q̄ſi uerecūdātē īcitabat. N.

Verecunditer. Pompo. in march. uirgīnē ꝑteri ēs uidit duos ſenſim in ludo uerecunditer di ſcipulum uerū natis ſcalpentem. No.

Vergere eſt ſacerdotale uerbū. ē aūt libamēta eo pacto fundere: ut conuerſa in ſiniſtrā par tem manu patera conuertatur quod ad īfe riorum ſacra fieri ſolet.

Virgilius. v. æn. Frōti q̄ īuergit uīa ſacerdos. S.

Virgiliæ dictæ qđ eaꝝ ortu uer finē facit. Fe.

Verminari poſitū torquæri a uermibus ꝙ faci le torqueāt. Pōp. ī hyrnea. pape decimus mē ſis ē cū factus ē. ita fit ita ſēp ſolet decio mē ſe demūtur gens uerminatur perturit. N.

Vermina dicūtur dolores corporis cū quodā minuto motu. q̄ſi a uermibus ſcindanť hic dolor græ. ςτροφοσ dicitur. Fe.

Vermiculati ꝓ miuto. Cicero de ora. li. iiii. Le xis cōpoſui: & ut texerulæ oēs arte pauimē to atq; emblemare uermiculato. No.

Vero & āt idē ſignificāt. & eodē ī loco pōi poſ ſūt: ātecedente utiq; aliq̄ dictiōe diſtiguūt ſē tētiā a ſētētia hēnt tamē aliqd differentiæ in utēdo dicīus neq; uero nō aūt neq; aūt: dici mus tū uero: nō tū aūt. Cōtra. dicēdū ē non aūt. ſed nō uero nō dicīus: incipimus enī ma iora quædā capita ꝑ uero non per aūt. ut Ci. ad Sulpitiū. Ego uero ſerui uellem. Præterea nō dicius age autē ſane autē: iam aūt. enī aūt attamē dicimus age uero: ſane uero: iā uero: enim uero: at uero. Habēt etiā obſeruatiōes ut ꝓ pr̄e mori poſſū corā patre nō poſſū: nō recte dicas corā patre aūt niſi tacito uerbo corā patre aūt nō. Sed abſq; negatione ēt ge minato uerbo addi pōt. ut Cice. Tribues his tꝑibus quātū potes. poteris aūt quātū uoles. Porro eiuſdē ſignificatiōis ē. Sortiť īterdum eūdē locū: ut age uero age porro interdū pri mū ut Quīti. Porro q̄ cōfeſſū defēdit nō ab ſolutionē ſceleris petit: ſed licētiam Porro ſi gnificabit ēt lōge certe poſtea ultra. Lau.

Verne appellanť ex ancillis ciuium romano rum uere nati ꝙ tempus anni maxime natu ralis fœturæ eſt. Fe.

Verne ueteres appellabant q̄ uere ſacro fuerāt nati & habeať nomen hoc ꝓ uitabili & ma ledicto. Plau. in amp: hic qui uerna natus eſt quæriť uerna ah crepuit hecō. Idē ī eadē. Cū cruciatu tuo iſta hæc hodie uerna uerba ſū ditas. Nonius.

Ver nouum āni īitiū prīo enī mēſe ueris diciť uer nouū. ſecūdo adultū. tertio præceps. Et idē de æſtate autumno & hyeme. Ser.

Vernacula uerba quæ nō ſūt a græcis. Varro.

Vero ironiæ cōuenit ut egregiā uero laudem. Te. in heau. Sane uero quia hæ mihi ſemper

R ii

patent fores.Tolle ſane & uero & ꝓnūtiādi adiumēta uultumq; dicentis ī uerbis nō ne- gatio.ſed confeſſio eſſe crederef. Et uero cō ſentientis aduerbiū eſt.Te.ī heau. Ego uero Alias cōfirmantis:alias cōiūctio uel nomen uel aduerbium eſt.Do.

Vereri & metuere differunt:ueref enim liber. metuit ſeruus.Dona.

Verſacrū mouendi mos fuit Italis:Magnis enī periculis adducti uouebant quæcunq; ꝓxīo nata uere eſſēt apud ſe aīalia īmolaturos.ſed cū crudele uideref pueros ac puellos īnocē- tes īterficere ꝑductos ī adultā ætatē uelabāt atq; ita extra fines.ſuos exigebant.Fe.

Verſacrum quidā dictū putant.ut plærūq; ui- tabile & execrādum.ſed Siſenn.religioſū di- cit li.iiii.hiſt.Quondam ſabini ferunf uouiſ ſe ſi res cōmunis melioribus locis cōſtitiſſet & ſe uerſacrum facturos.No.

Verſare cōſiderare.Vir.x.æne.Hæc ait & ſecū uerſat quo ducere contra.S.

Verucēt.i.uertant.Acti.ī en.Aut decio te ſācte uertes ꝑcibus īuicte īuoco portēta. ut popu lo patriæ uerrucent bonæ. Pacu.ī periboea. precor ueniā petens.ut quæ ægi ago ex īuer ruſcent bene.Affra.in diuortio. Et puncto a uerrucent cū ſmirina ſimula.No.

Verrere ferire percutere. Vir.li.iii.æn. Annixi torquent ſpumas & cerula uerrunt.No.

Verro traho ab eo qđ uerriculum dicif.Vir.i. æn.uerrantq; per auras.Et alibi.Et uerſa pul uis inſcribitur haſta ideſt tracta.Ser.

Veruelle oppidū alpinū ubi apollinis templū celebratur.

Verſipelles dicti ſunt quolibet ſe cōmutantes Luc.li.xxvi.At libertinus tricorius ſyrus cū ipſe ad maſtigias q cū uerſipellis ſio.& q cō- muto omnia.Plau.ī amphi.uerſipellem ſe fa- cit quando iubet.No.

Verſat agitat cōmouet uoluit. Vir.libro qrto geor.Quid inuenis magnum cui uerſat ī oſ ſibus ignem.Idem libro ſexto.Nnnc fluctus agitant uerſantque in littore uenti.

Verſurā facere mutuam pecuniam ſumere ex eo dictum ē ꝙ initio q mutuebatur ab aliis nō ut domum ferrent. ſed ut aliis ſoluerent uelut ueterent creditorem.Fe.

Verſuram facere dicif quis æs alienū ære alie no ſoluat.Te.in phor.uerſuram uolues.Do.

Vermiſera meſſalia auguria.Fe.

Verſuti dicuntur quorum mentes crebro ad malitiam uertuntur.Fe.

Verſutiloquax.Ci.de ora.lib.tertio.Annū no- uis huius me uerſutiloquax & expectorat & coniunctione facta eſſe uera.No.

Verutum eſt telum breue & anguſtū.Salu.lib. tertio.hiſto.Saxaque ingentia cūcti trabe ꝑ ꝓnum mittebantur axibuſque minabāt in modum ueruti militaris.No.

Verus pro ueridicus.ut falſus pro fallax.Te.in an.Sum uerus.Don.

Verum aliquandō incæptiua aliquādo relati- ua eſt particula.Te.in an.uerum uidi cantha ram ſuffarcinatā.Et ī hea.uerꝫ paraſitus. Et uerꝫ eſt aliquādo aduerbiū & ponif ꝓ uere Idem ī adel.Men quærit uerum.Do.

Veſci eſt edere.Vir.libro ūdecīo ueſcitur æne as ſimul & troiana iuuentus.No.

Veſci etiā ſignificat uti.Vir.libro prīo æn. qđ ſi fata uirꝫ ſeruant ſi ueſcif aura ethera. Tul. de finibus bono.& ma.li.Si gerūdis negotiis poſſit orbatus paratiſſis ueſci uoluptatibus

Veſcum munitum obſcurum.Lu.libro.xxvi. ꝙ ſtudioſum ac ueſcum cum faſtidio uiuere Virgilius geor.libro quarto.Nec ueſcas ſali- cum frōdes.Affra.in ſororibus At puer ē ue- ſcis imbellicis uiribus.No.

Veſuncio oppidū maximū ſequanoꝝ natura loci munitū īter celtas nūc potētatu burgū- diæ circū ſæptum nomē retinēs mutata lr̄a u in b ut romanis & uaſconibus ꝓnuntiādi mos eſt ſitū hēt qualē Cæſar in comentariis deſcripſit ꝑterq̄ nunc eā idem fluuius ex ma gna pte īnterſecat ī illa ſūt loca uetuſta qua lia romæ quæ pātheon cāpus martius cāpus que mineruæ Vulgo ſemp latina dicta ſunt multaque alia priſcæ uetuſtatis monumen- ta apparent.

Veſuuius mōs ī cāpāia emittebat īcēdia ſupio ribus tēporibus ut Strabo ſcribit & qđ mi- rū uideaf erat uitibus cōſitus.Mar. appella- uit ueſuuiū ā cōflagratione nā ueſiua dicūf fauillæ.Silius.Sic ubi ui cæca tandē deuictus ad aſtra euomuit paſtus per ſecula ueſbius ignes

Veſte nomē ā græcis.eā ē.n.q̄ ab illis heſtia di cif ius aūt eius ad aras & focos ꝑtinet itaque ī ea dea ꝙ eſt rerū cuſtos intritinarum oīs & ꝑcatio ſacrificatio extrema ē nec lōge abſūt ab hac ui dii penates.Siue a penu ducto noīe eſt.n.oē quo ueſcūf hoīes pēdis ſiue ab eo ꝙ penitus inſidēt ex quo ēt penetrales ā poetis uocantur.Cicero de na.deorū.

Veſuuius mons campaniæ ſolus nulli hærens prope Neapolim fertiliſſimus cuius incēdio traiani temporibus.Pli.periit.

Veſtus uaſtidioſus ue enim pro puſillo utebā- tur.Lu.ueſtum dicit edacem q̄ ait.Nec mare qui impendent ueſto ſale ſaxa ꝑ eſa.Fe.

Veſcor paſcor.Feſtus.

Veſculi male curati & graciles hoīes ue enim ſyllabā rei puæ ꝑponebat unde ueronem & uægrande fabam minutā dicebant.F.

Veſptilio incertæ naturæ eſt.uolat enim pelli

tis alis ſed inter uolantia non eſt habendus q quattuor pedibus gradit̃ formatoſq; pullos parit & nutrit lacte quos generat. Ma.

Veſptilio animal uolucre biforme dictũ ꝙ ueſpere ſe ad uolatũ proferat noctis. Va. in agathone. Quid multa factus ſũ ueſpriliõeq; in muribus plane neq; in uolucribus ſum. N.

Veſperugo ſtella pria exorta quã græ. uocant ἑσπέρον nr̃i ueſpuginẽ. ut. Plau. Neq; ueſpugo neque uergiliæ occidunt. Id tpus dictũ a græcis ἑσπέρα latine ueſper. Var.

Veſperugo ſtella ueſper. Plau. Nec ueſperugo neque uergiliæ occidunt. Fe.

Veſper uide hic in ueſperugo.

Veſperna apud. Plau. cœna intelligitur. Fe.

Veſpæ & ueſpeliones dicunt̃ q funerãdis corporibus officiũ gerũt nõ a minutis illis uolucribus ſed qa ueſptino tẽpore eos efferũt q funebri põpa duci pp iopiã nequeũt: hi ẽt ueſperiliões uocant̃ Martialis. Qui fuerat medicus nũc eſt ueſpilo diaulus. Fe.

Veſpices fruteta dicta a ſimilitudĩe ueſtis. Fe.

Veſticeps puer iam ueſtitus eſt pubertate contra inueſtis q nec dũ pubertate ueſtitus ẽ. F.

Veſtis generaliter dicitur: ut ſtragula forenſis muliebris. Feſtus

Veſtimentũ ps ut pallium tunica pennula. Fe.

Veſtiſpices appellant̃ cuſtodes ueſtiũ ſerui ꝙ frequẽti diligẽtia ueſtes iſpiciãt. Plau. i trinumo. Nox dat̃ dũ fãilia tota ueſtiſpici unctor auri cuſtos. Affra. i uopiſco. Noui nõ iſciam ueſpe & ueſtiſpicã. Var. in papo. Aut idigena trahicũ indigne non iuides i eo dici ꝙ naſũ torqueat ueſtiſpicãq; ueſtem ſpiciat. No.

Veſtigiũ dicit̃ ueſtiũ ipreſſio. Vir. li. iii. geo. Et gradiẽs una uerrit ueſtigia cauda. No.

Veſtigiũ extrema pars pedis. Vir. li. v. ueſtigia prima alba pedis frontẽq; oſtentans arduus albam. Nonius mar.

Veſtigia conſuetudine ſigna impreſſoꝝ pedũ dicimus. Lectum etiam iuenimus partes extremas pedum dictas ueſtigia. Vir. libro quinto. ueſtigia prima alba pedis.

Veſtis barba. Vir. viii. æne. aurea cæſaries ollis atq; aurea ueſtis. Vnde cõtra inueſtes imberbes dicimus. unde eſt tũc mihi prima genas ueſtibat flore iuuentus.

Veſtrarũ pro ueſtrum dicebant ueteres & uenit ab eo ꝙ eſt ueſter. Te. in hecy. Nam ueſtraꝝ nulla eſt q natũ uelit ducere uxorẽ. D.

Veſperi Plau. ueſpera Sal. poſuit. Ser.

Veſtiariũ pro ueſtibus & ueſtiarius uenditor ueſtium. Lau.

Veſcor quære in paſco. Lau.

Veſeus ſeu ueſulus mons eſt liguriæ iuxta alpes iter cæteros alpium clariſſimus: cuius extmis radicibus padus fluuius erumpit.

Veſtigia fluuius in extremis Italiæ uerſus ſiciliã haud longe ubi caulon oppidum fuit.

Veſtimẽtũ ideſt qd̃ deteſtũ ẽ: & ſi defectũ nõ ſit. i. ſi ſit cõſumatũ qd̃ i tela ẽ nondũ ptextũ uel textũ & cõtextũ appellat̃. Quiſq; igitur ueſtẽ legauerit neq; ſtamẽ neq; ſubſtamẽ legato cõtinebũt̃. Vlpi. de auro & argẽto lega.

Veſtimẽta nõ differũt a ueſtibus. Veſtientoꝝ ſũt oĩa lanea: ſerica: bõbycia quæ idueẽdi pci gẽdi: amiciẽdi: iſternẽdi: accubãdiq; cã apparata. Itẽ toga tullicæ palliolæ ſtragula. amphirippa. ſaga ueſtimẽta puerilia quoq; ut togæ ptextæ aliculæ chiamydes pallia muliebria uero ueluti ſtolæ: pallia tũicæ capicia. zonæ mitræ: quæ magis capitis tegẽdi q̃ ornãdi cã cõpata ſunt plagulæ: pendulæ ueſtimenta familiaria ſũt ſaga tunicæ: pẽnulæ lintea: ſtragula ueſtes quoque dicunt̃ tunicæ ſtragulæ pelliciæ faſciæ cruſules pedules pilea ceruicalia qa ptẽ corpis ueſtiũt. Pa. de au. & ar. le.

Veſtis appellatione tã uirilis q̃ muliebris & ſcænica etiam & tragica aut citharœdica ſit continet̃. Caliſtratus de uer. ſigni.

Veſtigator a ueſtigiis feraꝝ quas idagat̃. Var.

Vſq; iterdũ poſtpõit̃ ut ad occidẽtẽ uſq;. L.

Veſtis a uelis uel ab eo qd̃ uellus lana tõſa uniuerſa ouis id dictũ qd̃ uelabãt lana. facta. V.

Veſtiſpica quæ ueſtẽ ſpiceret. ideſt uideret ueſtem ac tueretur. Varro

Veſtibulũ qd̃ ẽ ante domũ ꝓdire & ꝓcedere qd̃ cũ domo nõ facere: ſed ſecundũ pietem trãſuerſus iret dixit: ut tranſuerſus cædit ꝙ cãcer: nõ ꝓuerſus ut homo. Var.

Veſtibula qdam putãt ſub ea ꝓprietate diſcreta: ꝙ i primis igreſſibus & ſpaciis domorum ueſtæ hoc eſt aræ ac foci ſoleant haberi. Sed ſiue ſic itelligi debeant nõ abhorreant uocabulo ꝓprio. Inuenit̃ ẽt apud ueteres doctos ob eã ſignificantiã dicta ꝙ in his locis ad ſalutandos dominos domoꝝ qcunq; ueniſſẽt ſtare ſoleãt cũ introeũdi non daret̃ copia. atque ob hãc cũctationẽ & quaſi ſtabulationẽ prĩos ingreſſus domorũ ueſtibula noĩatos. Ci. in ora. Veſtibula nimiꝝ aditusq; ad eã faciẽ illuſtres. Vir. in. vi. Veſtibulum ante ipſũ primiſque in faucibus horchi. No.

Veſtibulumue particula ſicuti quædam alia tũ itenſionẽ ſignificat. tũ minutionẽ. Nã uetus & uæhemẽs alterũ ab ætatis magnitudine compoſitũ eliſũq; eſt. alterũ a nimio ipetu: & ui mentis inſtructũ. uecors aũt & ueſanus priuationem ſignificat ſanitatis aut cordis. Diximus autẽ ſuperius eos q amplas domos faciebant antiquitus: locum ante ianuã uacuũ relinquere ſolitos qui inter fores domus & uiam medius eſſet. in eo loco qui dominum domus eius ſalutatum uenerãt: pri

uſq̄ admitterenť aſſiſtebant.& neque in uia aſtabant:neq; intra ædes erant. Ab illa ergo grādis loci cōſiſtione & quaſi quadā ſtabu latione ueſtibula appellata ſūt ſpacia in qui- bus multū ſtaretur ab aduenietibus priuſq̄ intromitterenť in domū. Alii cōſentiētes ue ſtibula eadē eſſe quæ diximus in ſenſu tamē uocabuli diſſentiūt. Referunt enim non ad eos qui adueniunt:ſed ad illos qui in domo cōmanent quoniam illic nunq̄ cōſiſtūt: ſed ſolus tranſitus cauſa ad hunc locū ueniūt ex eundo ſiue redeundo.Siue igiť ſecundū prio res per augmentū. ſiue ſecundos per dimiu tionē intelligendū eſt.tamen ueſtibulum cō ſtat aream dici.quæ a uia domū diuidit.Fau ces aūt iter anguſtū eſt p quod ad ueſtibulū de uia flectiť.Ergo æneas cū uidet fauces at que ueſtibulū domus impiorū non eſt intra domū nec contactu ædium ſcæuo execrabi lique polluitur:ſed de uia uidelicet loca ītra uiam & ædes locata.Macro.de.ſatur.

Veterator ē uetus in aſtutia & ī oī re callidus Te.in an.Quid hic uult ueterator ſibi.Do.

Veternoſus morbo uetere cōfectus ac diutur no:quales ſunt q hydropem patiunť.D.

Veternoſus diciť qui graui premiť ſōno.Cato ueternoſum hydropicū intelligi uoluit:cum ait Veternoſus q̄ plurimum bibit tam maxi me ſitit.Feſtus.

Veteratores callidi dicti a multa rerum geren darum uetuſtate. En.mulieri non aſtutæ fa- cile perſuaſit.Feſtus.

Veterinam beſtiam iumentū. Cato appellauit a uehendo.Opilius ueterinā dici uoluit quā uatarinam uelut uterinam ꝙ ad uētrē onus religatum gerat.Feſtus.

Veterrimus quaſi a ueter poſitiuo ꝙ etiā Cap approbat.Enni.Cū ueter occubuit Priamus ſub marte pelaſgo.Inde ueterior.Pla.in bac. Senem tibi dedo illum ueteriorem.Pri.

Veteres quære in ſenes.Lau.

Veteranus non ſolum legionarius ſed qui qua litercunq; militauerit.& honeſte ē & ipſe ab ſolutus.Modeſt.de.excu.tuto.

Veterana mancipia quæ anno cōtinuo ī urbe ſeruierunt.nouitia autem quæ nondum an- no ſeruierunt.Martia.de pub.

Veterina aīalia dicunť oīa quæ uehere qd poſ ſunt.Lucre.li.v.Et genus omne qđ eſt ueteri no fæmine parturiendi.Idem tortæ hoīe ue terino fæmine equorum.No.

Vetuſteſcere & ueteraſcere quid intereſt Nigi dius cōmētator grāmaticus.li.x.đplanauit di cēs.Quæ uetuſtate deteriora fiunt uetuſte- ſcere.Inueteraſcere quæ meliora. M.Tul.ad brutū lib.iiii.Cū eni nobilitas nihil aliud ſit q̄ cognita uirtus qs in eo cuius ueteraſcentē uideať gloriā gentis antiq̄tatē deſideret. N.

Veternus eſt morbus ītercus ideſt hydrops q hoīes efficit pigros.unde & pro pigritia acci piť.Vig.i.geor.Nec torpere graui paſſus ſua regna ueterno.Ser.

Veterator fraudator īſidiator callidus.Tul.de repu.li.iii.Non ſunt in diſputatione uafri nō ueteratores non malicioſi.Ser.

Vetus plærūq; referť ad laudē:īterdū ad uitu- peratione.T.in an.ſed q ueteris poetæ male dictis reſpondeat. Et in hea.uetus ueterno- ſus ſenex ueteris poetæ ꝑcarioſi & quaſi rau cidi poſuit.& ueteris dimminutiuns eſt uetel lus Donatus.

Vetuſtus a uetere.Varro.

Veturinus ab eodem.Varro.

Vexare qdē ē a ui atq; motu ꝑculdubio incli- natū.Nā ferť & raptať atq; huc atq; illuc di- ſtrahitur.Is uexari ꝓprie diciť ſicuti taxare ꝓſſius crebiuſq; eſt q̄ tangere.unde ꝑculdu bio id īclinatū ē & iactare multo fuſius largi uſq; ē q̄ iacere id uerbū traductū ē:& q̄ſſare q̄ quatere grauius uioletiuſq; eſt.A.g.

Vexauit īgentis calimitatis nimiꝫ ſignificat. Nā & Ci.ſic ait.Vexauit ac perdidit.Et iterū alibi.Populatæ uexatæ:funditus euerſæ pro uiciæ.Vir.Cādida ſuccīctā latrātibus inguia mōſtris.Dulychias uexaſſe rates.Aſc.pe.

Vexo a uerbo ueho uehis uecto uectas: uexo uexas ut ſit uexare portare & ſic dubio ꝓ ar bitrio euertere.Virgilius.Dulychias uexaſſe rates.Seruius.

Veſuuius & ueſbius eodē noīe mōs ē amœniſ ſius ī cāpania ꝓterq̄ ī carmīe qd plāitiē qdē hēt.fructū nullū ferētem loca illic uiſunť ca uernoſa & anetes ex qbus olim eū arſiſſe cō iectura eſt emiſit incendiū tēporibus.Titi.

Veſtales qd ē qđ ī cæſti conuictas alia pœna nō afficiūt:ſed uiuas tātūmō defodiūt an ꝙ mortuos uicāt qđ illis tribuere iniuſtū idica rēt q̄ nō diligēter ac ſācte ignē ſacrū cuſtodiſ ſent an ꝙ corpus maximis ac ſāctiſſimis reli giōibus cōſecratū īterficere & mulieri ſacræ māus offerre nefas putauerūt ratione igitur inierūt q̄ ſub terraneo ſpecu defeſſo obrutæ ſua ſpōte morerētur.Ibi.n.lucerna īcēſa ine- rat & nō nihil panis exiguū & aquæ ac lactis idē ſpecū deſup terra opiebāt ſed ne hoc q- dē mō ſcelus deteſtātes religionē fugerūt nā & nunc quoq; ſacerdotes eum locum adeū- tes parentant.Plu.

Vetremū oſtiū padi fluuii quo nō longe a Ra uēna adriaticū mare īgrediť prius dicebatur heudanū dehic aūt nō nulli ēt ſpinetrem uo cauere a ſpina ciuitate poſt delata hodie pri- morum appellatur.

Veteranus ſignificat hydropiſim.uir nec torpe

re graui paſſus ſua regna ueterno.
Veſpillo ẽ ille q̃ effert corp̃a ad ſepulturã a ueſpe dictus quõiã maiores ea hora ſepelliebãt
Verna uernaculorum dicta ſordidũ demũ & fœda lingua probra circulatricis.
Vero flu.eſt celtiberie ut ptolomæũ & uerone populi ut Strabo.
Veiẽtes ſeu uehi urbẽ ueterẽ in hetruria ciuitatem quaſi ueietis figurã habeat ĩcolebant uelut uerisſimilius eſt urbem caſtellanam romæ proximiorem.
Vibices ſũt plagarum timore acliuore Veſtigia
Viatores q̃bus id ipſũ nomẽ inditũ eſt ſubĩde ex agris ſenatũ duceſq; accerſentibus. at nũc eadem illa uicti pedes dãnatæ manus inſcripti uultus exercent.Pli.
Vena nomen maris qui aurcinis humanitatis intuitu ſuſtentatur.
Via eſt iter. Vir.libro primo æn.ſtrepitumq; & ſtrata uiarum. No.mar.
Via ratio cauſa.Vir.li.x.Hæc uia ſola fuit qua perdere poſſis.Te.in phor.qua uia iſtuc facies.Nonius.
Via cõſtitui uel latior.viii.pedibus uel ãguſtior põt:ut tamẽ eã latitudinẽ hẽat q̃ uehiculum ire põt. Alioq̃n iter erit non uia.Paulus de publi.
Vias publicas dicimus prætorias uel cõſulares uel militares qua publice iret & cõmearetur uicinales uero q̃ in uicis ſũt aut in uicos ducũt uiæ priuatæ.quæ in agris q̃bus impoſita eſt ſeruitus:& agrũ alterius ducunt. Vlpi.ne quid in loco publico.
Via conſuetudo.Te.in heau.ſed uia prouluga patrũ quottidie accuſabam.No.
Via ratio.Vir.ii.geor.Sunt alii quos ipſe uiam ſibi reperit uſus.Ser.
Via conſilium ratio.Te.in an.Etenim ipſe ſecũ recta reputauit uia.Do.
Viam aperire eſt ad ueterem altitudinẽ latitudinemq; reſtituere ſed & purgare refectiõis portiõ eſt aperire & purgare uias eſt in priſtinũ ſtatum redigere.Vlpi.de uia pub.
Verſutos non ſolum ad maliciam callidos. uerum etiam recte peritos intelligi poſſe. Pla. in aſina.nec magis uerſutũ nec quo caueas ægrius.idẽ hoi uerſuto ſi q̃d recte curatum uelis mandes.Nonius.
Verſus tibicines dicuntur quibus datur aliq̃d ad ſolam metri ſuſtentationem.ut nunc dextera nunc ille ſiniſtra.Ser.
Verruculas cum dixit. Lu.articulos intelligi uoluit.Feſt.
Vertere dicit̃ cõuerter̃ cõtorquere.Vir.li.viii. Gorgona deſecto uertẽtẽ lumĩa collo.N.
Vertere fallere decipere.Vir.li.ii.æn.ſeu uerſare dolos ſeu certæ occũbere morti.
Vertere mutare. Vir.li.i.æn. Quæ te genitor ſententia uertit.No.
Vertex p̃ aquilone.Vir.li.ii.geor.p̃ſertim ſi tẽpeſtas uertice ĩ ſiluis ĩcubuit.Ser.
Verto ĩ latinã lĩguam trãſſero Plau.uertit barbare. Aut uerto cõpono.Te.in hea.qui bene uertendo & eas deſcribẽdo male & nota bene pro ualde poſitum.Do.
Vertũnus deus ĩuertendarum rerum eſt ideſt mercaturæ.Aſco.pedia.
Vertũnus dicit̃ deus q̃ rebus ad opinata uertẽtibus p̃eſt.ſæpe aũt male cædit quod bonũ putat̃:& hoc eſt male uertiſſe ut ille gladius q̃ muneri datus eſt ad miniculũ fuit reginæ pereũtis de quo.Vir.Enſẽq; recludit dardaniũ nõ hos quæſitũ munus ĩ uſus. Ter.in adel.quæ res tibi uertat male albius.Tibullus.talis ĩ æterno fœlix Vertũnus olympo. mille hũc ornatus mille decẽter habet. Do.
Veruta pila dicũt̃ quod uelut uerua hẽnt præfixa.Feſtus.
Verucã pro loco ædito. Cato ĩ libris originũ. Cenſeo inquit ſi rem ſeruari uis faciũdũ: ut quadrigẽtos aliquos milites ad uerucã illam ire iubeas eãq; uti occupent ĩperet. No.
Vibices plagæ uerborum ĩ corpore humano dictæ q̃ ui fiunt.Fe.
Vibices plagarum uulnera. Cato de falſis pugnis ubi ſocietas ibi fides maiorum ĩſignitas iniuriã plagas uerbera uibices eis dolores atq; carnificans per dedecus atq; maximam cõtumeliam inſpectantibus
Vibriſſe pili in naribus hominum dicti quod euulſis caput uibrat̃.Feſt.
Vibriſſe eſt uocem in cantando criſpare.Titi. Si erit tibi cãdidũ facito uſq; exuibriſſes. F.
Viburnũ uirgultum breuiſſimũ.Ser.
Viatores appellantur qui magiſtratibus parebant eo q̃ plærunq; ex agris homines euocabãtur a magiſtratibus & frequens eorum ab agris ad urbem uia.Feſt.
Vicatim per uicos.Siſen.li.iiii.Sic cõplures mẽſes barba ĩmiſſa & tonſo capillo lugubri ueſtitu populum uicatim flens una cum liberis circuiret.No.
Vicia dicta a uincẽdo.Var.
Vicina uicinorum conuerſatio.Feſt.
Viciſſitatem pro uiciſſitudĩe.Acti.in phœniſſis.uiciſſitatimq; imperitandi tradidit.No.
Vitio dare uituperare culpare.uituperare eſt uitio dare etiam bona.Ter.in an.Nũc quam rem uitio dẽt quæſo aĩaduertite. D.
Vitium & calamitas benedictum apud Te. in hec.ſecũdum augures.eſt .n. ſi tonet tantũ uitiũ calãitas uero ſi tõet & grãdĩet ſiul uel ẽt fulmĩet.uitiũ trãſlatũ ẽ ab augurio & uitio creati cõſules dicũt̃.calãitas dr̃ clades q̃a

clamatˀ ut aliud ſit grādinis culmū fragmen
tis aliud furti ut doli mali ſic probus.Do.
Victor propoſiti effector.Vir.iiii.geor.tēptan
da uia eſt qua me quoq; poſſim tollere hūo
uictorq; uirum uolitare per ora.Ser.
Victus appellatione continentˀ quæ ex ui po
tui cultuiq; corporis q̄q; ad uiuendū homi
ni neceſſaria ſunt.ueſtē quoq; uictus habere
uicem.Labeo ait.Cætera uero q̄bus uiuen
di curādiue corporis gratia utimur ea appel
latione ſignificatur.Ser.
Victus pro cibo.Virgi.i.æn.Tum uictu reuo
cant uires.unde & conuictores.Ser.
Vitium potius animi q̄ corporis ē ueluti ſi lu
dos aſſidue uelit ſpectare aut tabulas pictas
ſtudioſe intueatur:ſiue etiā mēdax aut ſimi
libus uitiis teneatur.Enn.de edil.edicto.
Victus uerbo continentˀ quæ eſui potuiq; cul
tuiq; corporis atq; uiuēdū hoī neceſſaria ſūt
ueſtē quoque uictus habere uicē.Labeo ait.
Cætera q̄bus uiuēdi curandiq; corporis grā
utimur.Vlp.de uer.ſig.
Victrix per obliquos caſus neutro iungitur ut
uictricia tollite ſigna.Pri.
Vicem & uice duos ſolum caſus habet.Pri.
Victi pro uictus.Plau.in cap.pro intuitu quot
tidiani uicti uentrem ad me afferas.Pri.
Vicinia loci demoſtratio uicinitas uicinorum
coniunctio.Ser.in arte.
Victurum me dico non uinciturum.Caper.
Victitare non frequēter uiuere:ſed ueſci & q̄ſi
uictu uti ſine tali genere uictus ſemper uti.
ut ſarmatæ uictitant lacte.
Viciſſim idē ſecūdo loco uel ecōtrario.Ci.Sed
ego admiratiōe q̄dā uirtutis eius ille uiciſſī
opiniōe fortaſſe nō nulla q̄ de moribus me
is habebat me dilexit īuicē ꝑ eo.Quin.īui
cē ſuſtinentes inuicē innixi.i.alter alteꝝ ſu
ſtinēs & alter alteri initēs.Pli.poſterior.Ha
bes urbanas inuicem ruſticas ſcribe.mutuo
quoq; idē ſignificat.Ci.fac me mutuo diligas
Vicus quære ī oppidum ſimiliter uicinia & ui
cinitas.Lauren.
Victus a uiuendo uenit uiuere aūt ſine ueſti
tu cultuq; corpis licet ut ī æthiopia.Inde dˀ
uictus & ueſtitus.ſignificat enī uictus genus
uitæ q̄tū ad mores:ut q̄bus cū q̄s uiuat:& a
quibus inſtituatur & quibus moribus.La.
Vici dicuntˀ humiles domus.Ser.
Victurus uictoria potiturus auctoritas prudē
tium putauit eſſe pyrrhus ne rex:an marcus
curius prælio uicturus eſſet.No.
Victuis pro uictus.Var.de ui.pa.li.i.Primū de
re familiari a patribus:ſecūdo de uictuis con
ſuetudie primigenia:tertio de diſciplinis pri
ſcis.Nonius.
Victorem altæ rei ſuperatorē dici uoluit.Vir.
libro ſecūdo geor.Inde ſecutus ꝑ ramos ui
ctor atq; alta cacumina regnat.
Vicus conſiſtit ex domibus Var.
Viciſſatim per uices.Neuii belli punici.libro
quarto uiciſſatim uolui uictoria.No.
Viduertas calamitas dicta ꝙ bōis uiduet.Fe.
Video a uiſu.quinq; enī ſēſuū maxīus ī oculis
nā cū ſenſus nullus ꝙ abeſt mille paſſus ſēti
re poſſit oculoꝝ ſēſus ac uis uſq; ꝑuenit ad
ſtellas:hinc uiſenda uigilant uigiliū īuidēt &
acticū illud lauet obliuio ꝙ īcidit inuidēdū
a quo ēt uiolauit uirginē ꝑ uiciauit dicebāt:
quæ eadē modeſtia potius cū muliere fuiſſe
q̄ cōcubuiſſe dicebant.Var.
Vidua non ſolum ea quæ nupta fuit:ſed quæ
uirum nunq̄ habuit.ut inq̄t Labeo quia ui
dua ſic dicta ē quaſi uecors.ueſanus q̄ ſine
corde aut ſanitate:ſic uidua quæ ſine diuita
te.Iabolenus de uer.ſig.
Videor a te paſſiuum eſt.ſed uideor eē bonus
abſolutum eſt.Pri.
Videlicet quære in ſcilicet.La.
Vidua.Nobis illa ratio placet noīs ut idus uo
cemus diem q̄ diuidit menſem.iduare enim
hetruſca lingua diuidere ē.ūde uidua quaſi
ualde idua id eſt ualde diuiſa.aut uidua id eſt
a uiro diuiſa.Macro.
Viæ dictæ ꝙ fructus conuehebant.uillæ qua
ibant de ambitu iter appellabant.Var.
Viere eſt uicere a quo ē ī ſota.En.Ibant mala
uiere uenereā corollā palmā ꝙ ex utraq; ꝑte
erit tibi natura uicta hēt patria folia.V.
Viere alligare.ūde uimia & uaſa uiminea.F.
Viere uicire īflectere.Var.de re ruſt.libro pri
mo.ut habeā uimina in uiendo ꝙ facit.No.
Vietus languidus & ſine ui & naturalibus ui
ribus priuatus.Fe.
Vietus mollis flacciduſq; & flexibilis corpore
ūde & uimia & uineta & uites & uictores di
cūtˀ & uiæ religatæ.qa uietis uirgis ligarˀ poſ
ſumus q̄dlibet.Ci.in catone maiore.quaſi ui
etū q̄d ferēdū ē ſenectuti.Te.in hea.Nā hic
ē uetus uietus ueternoſus ſenex.Do.
Videre ꝑ uigilare poſitū.uidēs aūt uigilat.T.
ī hea.Et uiuus uidēſq; ꝑeo.i.occidor ut poſ
ſit uiuus dormiēs occidi.Sed uidēs ſignificat
uigilātē.& uidere ꝓuidere cauere.Idem ī he
cy.Vidēdū ē ne mīus pp irā hanc īpetrem q̄
poſſī & uide tibi & uidete uobis dicimus ꝓ
ꝓuide & ꝓuidete.Idē ī phor.Recte mihi ui
diſſem & ſenis eſſem ultus iracundiam.D.
Videlicet uidere licet ſic & ſcilicet ſcire licet &
ilicet ire licet & cōformatiuū ē uidelicet.Te.
ī adel.uidelicet de pſaltria hac audiuit.Do.
Vide proprie ſtomacantibus conuenit qui in
dignatione coguntur quaſi cum aliquo col
loqui.Terentius in adel.Illud ſcis uide exē

plum diſciplinæ.Idem in phor.uide auaritia quid faciat.Do.
Viæ militares exitū ad mare aut ī urbē aut in flumía.P.aut ad aliā uiā militarem habēt ha rum aūt uicinaliū uiaꝝ diſſimilis cōditio eſt nā ps eaꝝ in uias militares exitū habēt pars ſine ullo exitu itermoriūt.Paulus li.xxxviii. de locis & itineribus publicis.
Vicus ciuitas ī liguribus nō lōge a taurío quā Liuius tranſeūtē in Italiam Annibalē uidiſſe memorat nūc latine mōs regalis dicit.Italiæ uero mōs uici nominat.
Vigentiū & uiribus ualētiū ſtationē uocāt qd eſt ꝗ chalcedēſes locū circa phirſophiū græce dicit nauplíū ferūt ab achiuis inſectatum ſupplicē ad chalcidēſes cōfugiſſe ibiq ptim crimina purgaſſe ptim recriminādo achiuis obieciſſe chalcidēſes igit naupliū nullo mō dedituri uidebāt:ſed ueriti ne dolo īterficerent pſidiū ei dederūt adoleſcentes ætate ac uiribus uigentes & eos ibi collocauerūt ubi & una uerſarent & naupliū aſſeruarent.
Vienna ciuitas metropolis in gallia puintia romanoꝝ nunc delphinatu extra celtas belgas & aquitāos quā flu.rhodanus præterfluit ad eius citeriores rippa ſita pxima auernorum finibus diſptiente rhodano heduoꝝ finibus cæſaris tēpore ad quos matiſcon oppidum nunc ciuitas ptinebat hodie lugduno ciuitati finitima.inde ut qdam opināt cū lege hortenſia abſq decreto ſenatu populiq romani ī caput romani ciuis aīaduertere nō liceret quos bene ac diu uiuere ſenatus cupiebat Viēna relegabat.Viēſes aūt Strabo allobrogibus attribuit.
Viola purpurea Columella in hortis quæ frōdens purpurat auro ponat uiola Pli.ion nominata a græcis dicit unde ianthinæ ueſtes.
Virbius tribus milibus ab urbe eſt uirbii cliuus quo iter eſt ad ariciā & ad nemus dianæ ubi uirbius colit idē Hippolytus ꝗ bis ī uita prolatus eſt.
Vindelici poſtea rheti nericiq dicti dehīc ſue ui demū baiouarii auſtraleſq nomīati ſunt.
Vuiſanta porticus dicebat cuius mēinit Taci.
Vindex defenſor.
Vindicta qdam uindictæ quoq nomē tractū ab illo putant uindicio ipſi nomē fuiſſe Liuius ab urbe cōdita li.ii.ut a uindicio ſeruo q pditores indicauit quapropter libertate & ciuitate Donatus.
Vindicta uirga qua milites emeriti donabātur qua uirga ptores manu mittendi a ptore in capite pulſant ideo ſic dicta q eū uendicent libertati.Parſius.Vindicta poſtq̄ meus a ptore receſſi.
Viget dictum a uigendo:ſed in agendis hoſtibus rebus uerū his qui cōcitato animo ad bonum tendunt.Fe.
Vigiliæ & excubiæ in hoc differūt.Ille.n. diurnæ uigiliæ excubiæ uero nocturnæ.Ser.
Villico & uillicor idem.Pri.
Villius infauſtæ ſillæ gener fuit.Por.
Villa require in uillicus.Varro.
Villicari eſt ruſticari uel uillæ præeſſe.Pō.ī ergaſtulo.Lōge uillicar ab urbe quo herus rarēter uenit nō uillicari:ſed dōinari ē mea ſētētia.Afra.i.ſuſpecta.In harpios iā q̄cū pōtero explodā hōinē ut uillicet.Tur.in pateruſa.Ego nōdū ēt uillicabar phædria.Idē ī hecy.Hic uillicor ante urbē nunc rus eo.No.
Vilitant uile faciunt Tur.ī lydia Quī moneā qn clamē.& q̄rat tua uitia q̄ te uilitant.No.
Vilis plurimū abundās oē id quod plurimum abūdat uile dicitur.Vir.i.geor.Si uero uiciā feres uilē que faſellū.
Vile poſitum legimus pro frequēti.Var.ī uirgula diuina.Acta uos cum uolucres uenit apud illos uſq ad limina indica uillis.Vir.li. primo geor.uilēq faſellum.No.
Viminalis porta & collis appellabāt qđ ibi uiminum fuiſſe ſilua uidetur.Fe.
Vinalia diem feſtum habebant quo die uinum libabant.F.
Vina euitari ſolent ſic ciborū uarietas.Ma.
Vinalia feſta ruſtica dicuntur ante diē.xii. kalend.ſeptembris.quod tamen ueneri dedicata ædes & orti eius tutele dicunt actū ſunt feriati holitores.Var.
Vineta a uitæ multa.Var.
Vineæ a uitæ multa nihilominus.Var.
Vinum a ui hinc uindemia.Var.
Vinea teſtudo aries fere a ſimilitudine.
Vinciam dicebant cōtinentem.Feſt.
Vinum de uino iocundæ.Pla.pedes captat primo luctator doloſus eſt Vir.Tētatura pedes olī uicturaq liguā.uini diminutiuum eſt uillum unius ullus aſini aſellus.Te.in adel.aliquo abeā atq edor miſcā hoc uilli.Do.
Vincere ſignificat ſuperare. Vir.libro ſecūdo geor.ubi aera uincere ſummum arboris aut ille iactu potuere ſagittæ.No.
Vincere exprimere.Vir.iii.ge.Nec ſum animi dubius uerbis ea uincere magnum q̄ ſit. N.
Vincere animi compotem fieri.Vir.iii.ge. ille uictor ego tyrio conſpectus in oſtro.Idem libro octauo Iunonem uictrix affatur.No.
Vindemiator uel uinum legere dicitur:uel qđ de uite id adimit.Varro.
Vindicare eſt maledictum defendere.M.Tul. de of.libro tertio.At iſte dolus malus & legibus erat uindicatus.N.
Vindicare trahere liberare.Vir.æne.li.iiii. graiumque iō bis uēdicat armis.Ci.li.iiii. acade

micoꝝ. Aliqua poteſtas ſic uindicet ĩ liberta tem. Idẽ de ſenectute:& ſenectus ẽ natura lo quatior ne ab omnibus eam uitiis uideat uĩ dicare. No.

Vĩdicare reuocare. Tul. ad cæſarem iuniorem li. i. Qui ſi nihil ad id beneficiũ adderes quo ꝑ te una me cũ rep. ĩ libertatẽ uĩdicaſſe. No.

Vindicat aſciſcit ad ſe trahit. Tul. ĩ hortẽ. Deĩ de imitator:ut ſibi quod uidet̃ naturæ mox uindicat. No.

Vinitor ruſticus uineaꝝ cultor. Vir. ii. ge. Iam canit extremos effetos uinitor antes. Ser.

Vinea uuaꝝ ẽ & belli machina. Ser.

Vinculoꝝ numero haberi placet ẽt incluſos ueluti ĩ latomiis: quia nihil ĩterſit parietibus an cõpedibus teneant̃. cuſtodiã aũt ſolã pu blicã accipi Labeo putat. In uĩculis ẽt eſt qui ſine dedecore in publico apparere nõ poſſit. Calliſtratus.

Vincula uel priuata uel publica ſignificantur. cuſtodia publica tantum.

Violare a uiolæ colore. Plau. in aulu. Flãmarii uiolarii cariarii. Non.

Violaria loca ubi naſcũt̃ uiolæ. Vir. iiii. geor. Ir riguũq; libant uiolaria fontem.

Viouolares. Scæniculæ miraculæ uiouolares tibicines obollis. Var.

Vipera ſerpens eſt ꝙ ui pariat. nã corroſis late ribus exeũt pulli cũ matris interitu. Ser.

Vireſcit maioꝝ uirium fit uirius ĩ poematis Creſcũt animi uireſcit uulnere uirtus. No.

Virago dicit̃ mulier quæ uiri ĩplet officium. Vir. in. xii. Hoc cõcuſſa metu mentẽ iuturna Virago. Ser.

Virgidemiã ut uĩdemiã: hoc ẽ uirgaꝝ appatũ uel dẽptõnẽ uel decerptatõnẽ ob uerra. Var. ĩ agathõe. Quid triſtiorẽ uideo te eẽ quã an git ac lãpadionẽ: qd fãiliares filius amat: hæc argẽtaria. Ioꝗ ſcapulæ metuũt uirgidẽiã. N.

Virgo ab ætate uiridiore dicta ẽ. unde & ma tres ſæpe uirgines appellant̃. Vir. de paſiphæ Ah uirgo infelix quæ te demẽtia cæpit. Se.

Virgultũ dicitur a uiridi. Var.

Viritim dicit̃ dari ꝙ dat̃ ꝑ ſingulos uiros. Ca to ꝑda quæ capta eſt uiritim diuiſa. Fe.

Viritĩ ſepatĩ dictũ ẽ & ꝑ ſingulos uiros. M. T. de rep. li. ii. Ac primos agros quos bello. Ro mulus cœpat diuiſit uiriti ciuibus. Pla. ĩ au lu. Aliter tamẽ ſi hac ſignificãtia diuidere ar gẽti dixit nũmos ſin uiros. Var. de ui. pa. li. i. Extra urbẽ regiões. xxvii. agros uiritim libe ris attribuit. No.

Viritanus ager dicit̃ qui uiritim populo diſtri buitur. Feſtus.

Viritati dictum eſt magnaꝝ uiriũ. Lu. li. xxvi. Contra flagitium neſcire bello uinci a barba ro uiriato Annibale. No.

Viroſæ mulieres dicunt̃ uiroꝝ appetẽtes uel luxurioſæ. Lu. ſat. li. vii. Dixi ad principium uenio uetulã atq; uiroſã uxorẽ cædam poti us ꝗ caſtrẽ egomet me. Afra. in diu Vigilans & ſolers ſicca ſana ſobria uiroſa nõ ſum & ſi ſum non deſunt mihi qui ultro dẽt ætas in tegra eſt formæ ſatis. No.

Viro ẽt ꝓ uirtute naturali. Lucre. li. ii. Conco ctaſq; ſuo ſeruare & perdere uiro. No.

Virus uiri ꝓtulit Lucre. liquit enim ſupra te tri priordia uiri. Idẽ cõtractuſq; ſuo perdere uiro. qbuſdam tamẽ ĩdeclinabile uidet̃. P.

Virus tantũ ſingularem numerum hẽt. Ser.

Virilis interdum pro tota hæreditate dicẽdũ eſt Vlpi. de uer. ſigni.

Viride a ui quadam humeris.

Viroſus uenenatus ut fortis a uiribus cũ pri mum a uirus dictus ſit. Vir. i. ge. uiroſaq; põ tus caſtorea. Ser.

Virtium a turbine & uertigine boream hoc ẽ aquilonem require in boream. No.

Virtus ſignificat auxiliũ. Pla. ĩ milite. quæ im ꝓba ẽ ĩers ꝑciũ eiſq; uirtute & ueniant. N.

Virtus etiam fortitudo. Vir. li. v. Tunc pudor incẽdit uires & conſcia uirtus. No.

Virtus a uiro. Varro.

Vir nõ ad ſexũ uel ætatẽ dicit̃: ſed ad laudem Te. in heau. Nũc oſtendes ꝗ uir ſies. D.

Virtutes duæ claræ ĩperiũ regnandi peritia & ĩperiũ cõtemnendi magnanimitas. Ma.

Virus uenenũ quod dicit̃ & bonũ & malum quẽadmodũ & græ. φάρμακον medium & bonũ & malũ. Vir. i. geo. Ille malũ uirus ſer pentibus addidit atris. Ser.

Viros etiam de animalibus poſſe dici. Vigili. in buc. uir gregis ipſe caper cum poſſet mari tum dicere. No.

Vis Cato pro ultra poſuit. Fe.

Vis ẽ celer impetus Vir. ii. æn. Inſtat ui patria pyrrhus Idẽ auxilioq; leuare uiros. No.

Vis celeritas Lu. lib. tertio Aut qd nã tremuli facere artubus cui eum in ſimili curſu poſu it ac forti equi ui. No.

Vis fortitudo Titus Li. M. Minutio deinde ſẽ pronio cõſulibus magna uis frumenti ex ſi cilia aduecta. Et alio in loco. Sine querimõiis ꝑtis utriuſq; ex hauſta uis ingens æris alieni Vir. iiii. æn: Maſſilique ruunt & odora canũ uis Sal. Secunda tempeſtate ex ponto uis pi ſcium erupit. Ser.

Vis uirtus. Vir. ii. æn. Auxilioq; leuare uires uĩ que addere uictis. Sal. ſed omnis noſtra uis in animo & corpore ſita eſt. Ser.

Vis a uirilitate. Varro.

Vis accuſatiuus pluralis ꝗre in Macro. in ſaty.

Vi clam præcario tribus his mala uide poſſi detur. Donatus.

Virgines qd eſt qđ publicis feſtis ueteri more non locanť uiduæ nubűt an ut Varro dicit quod uirgines cum in matrimonium danť doleant mulieres uero lætanť die auté feſto omnem triſtitiam ac neceſſitaté abeſſe oportere. An ꝙ uirgibus decoꝝ uiduis uero mulitis ꝑſentibus fœdű nubere. fœlices. n. ac fauſtæ primæ nuptiæ. ſecűdæ uero triſtes ac deteſtádæ. pudet. n. uiuis adhuc eis qbus antea nupſerint alios accipe. mortuos aűt lugent: quo fit ut magis qete ꝙ ſtrepitu & deducétium multitudie delectéť. Dies uero feſti multitudiem adeo diſtrahűt ut his rebus ꝑ otiű ītereſſe nō poſſit. An quod ſabioꝝ filias uirgines īter ludicrű die feſto rapiétes bellű excitauerűt. Idcirco filias diebus feſtis nuptum dare omni caſu uoluerunt. Plu.

Vindonuſſe locű ꝓpe maguntiam urbem ciſrhenaná nō memorat cæſar ſed Tacitus.

Vitelliani erant pugillares qbus res amatoriæ & laſciuæ ſcribebanť in diſtichis.

Virus uiroré ſignificat űde res uirulétæ apud celſű uiruſité latíe dicíť qđ græ. φάρμακον ideſt medicina ut tradit. Plinius.

Virigi ī hiſpania in ſinű quē uirgiſanű uocant extra hæderas uelox. menobia. malecha. ciſal. dubal a cipro berbeſul. Pom.

Virus uenenű & malus odor.

Viſontes animalia iubata ī germania ſunt bellua nigra elephas.

Viſcerationem dare carné epularé ſignificat Suet. li. i. adiecit epulű ac uiſcerationem Ci. offi. li. ii ꝓdigi q epulis & uiſcerationibus & gladiatoꝝ muneribus. Viſcus. n. caro eſt Ci. tuſ. li. ii. ut multus e uiſceribus ſanguis exeat

Vi coactus ſignificat idé ꝙ iuitus. Te. in pho. Vi coactű eſſe iuitű lege. Aliquando tamen differunt qđ īterdű ét ipſi nos cogimur propria uoluntate. Idé ī and. Tu coactus tua uoluntate ſcio. Do.

Viſere officii eſt: uidere quærentis aliqué. Te. ī hecy. It uiſere ad eá. Et eſt bona locutio it uiſere ad eá. Vir. populare penates uenius. Do.

Viſcera nō tantum īteſtina: ſed qcquid ſub corio eſt dicimus. Vir. i. æn. Et uiſcera nudant. Et ī albano uiſceratio dabať. i. caro. Ser.

Viſceratim pro uiſcera. En. ī andromada: alia fructus differt diſſipat. uiſcerati mébra maria ſparſa ſpumant ſanguine. Non.

Viſcus poſitum pro uiſcere. Lucre. li. i. Viſceribus uiſcus gigni ſanguéq; creari. Vir. ge. li. i. Tű laqis captare feras & fallere uiſco īuétű. i. tractu uiſceris. Lu. ſaty. li. xiiii. Id ne ægri é magis an qđ plāc & uiſcere priuo qđ uiſcus dederas tu quidé hoc eſt uiſcera largi. No.

Viſcum poſitum ꝓ rete & tenacitate. Var. in ꝑmenone. Lepulculi timentes hoc quadrangulű dedit diana rete. Nec ſileat auis uiſcus fuge lineamq; compedem. No.

Viſcű huius uiſci ad aucupiű ꝑtinet. Vir. i. ge. Tű laqueis captare feras & fallere uiſco. S.

Viſcus uiſceris caro. Lucre. permixtus uiſcere ſanguis. Vir. i. æn. Tergora diripiunt coſtis & uiſcera nudant. Ser.

Viſo ad uidendum uenio. Ter. in an. Id uiſo tu ne an illi inſaniant. D.

Viſus ſum pro ſenſi. Omnes ſenſus uiſa dicuntur ab eo qđ eſt certiſſimű oculorum. Ter. in heau. Audire uocem modo uiſa ſű militis id eſt ſenſi. Vir. uiſæ canes hululare per umbrá aduentante dea omnia quæ ſenſu ꝑcipi poſſunt uiſa dicuntur. Do.

Viſus cum de his loquimur quibus uidemus uiſus dicius ut nubecula obſtat uiſibus meis & eſt generis maſculini. Si autem neutro utamur ea quæ uidentur ſignificátur: ut dii uiſa ſecundent. Similia ſunt nuntius & nuntium. Seruius.

Vis huius uis & pluraliter uis. Lucre. ii. Sed ꝙ multarum rerum uis poſſidet in ſe atq; poteſtates. Salu. iii. hiſt. male iá ad ſuetű ad oés uis controuerſiarum. Pri.

Viſcus uiſceris uiſcero: unde euiſcero. Pri.

Viſcus. ſceris. quáuis apud aliquos īdeclinabile ſit. Ser. in arte.

Viſpillões dicti ſunt baiuli. ꝗuis átidamas oracleo polytes uiſpillones dixerit nudatores cadaueꝝ: ſicut ī hiſto. Alexádri macedóis ſcripſit dicés pluſꝗ tricétos cadaueꝝ uiſpillões reperiés crucibus affixit tamé Imaſeas ſcripſit ī europæ libro Apollíe. Poſtꝙ a ioue uictus atq; īterfectus eſt auiſpillōibus ad ſepulturá delatus eſt. Ful.

Vis é maioris rei impetus qui impelli non poteſt Pau. quod metus cauſa.

Vim accipius atrocem quæ aduerſus bonos mores fiat: nō quá magiſtratus recte & iure licito infert. Vlpi.

Vis etiá eius eſt nō qui ꝑ iudicé depoſcit. Caliſtratus qđ metus cauſa.

Vi factű uideri. Quint. mutius ſcripſit. Si quis cōtra qué ꝓhibet fecerit. Vlpi. ꝙ ui aut clá.

Vinulus moliter ſe gerés & míme qd uiriliter faciens. Fe.

Vinulű ſenſiloquű. i. illecebrű. Pla. ī aſi. Cōpellando blanditer oſculando oratione uinula uenuſtula. No.

Vinculum non dimminutiuű. Lau.

Vinaceus adiectiuű. ut uinaceo grano ſuffocatus ꝓ acino uuæ & uinacea ſubſtantiuű plurale pro granis uuæ iam preſſæ. Lau.

Vinoſus ſignificat ꝙ amat uinű uel cupidus uini. La.

Vimialis mōs é rōæ a ioue uimio nűcupatus.

Vinaria uaſa torcularia eſſe placet.dolia aũt & ſerias & áphoras tãdiu ĩ ea cauſa eſſe q̃diu ui na haberẽt.ſine uino aũt ad alium uſum trãſ ferri queunt.Iulianus de uer.ſig.

Vinũ ex uinea tantum intelligit̃ natum. non aũt mulſum nec ritũ quod ex tritico uel or deo uel pane cõficit̃.nec camũ:nec ceruiſia: nec dromellum quod dulciſſimũ eſt.nec de frutũ aciaticiũ citõeũ & acetũ.Vlp.de uino.

Vinum uetus quod nõ eſt nouũ & ãni prioris Termogenianus de uino.

Vitabũdus pro uitans.Sal.hi.li.iii.duos q̃ ma ximos utris leuitribulæ ſubiecit q̃ ſup omni corpore qetus ĩuicem tractu pedis quaſi gu bernator exiſteret:ea iter molẽ inſulam ma ri uitabũdus claſſem hoſtiũ ad oppidũ perue nit.No.

Vita mores ſignificat & animã & alimentũ & ſpatiũ uiuendi & fortunã accidẽtem uenien tibus.Te.ĩ phor.Nam tua qdem hercle hæc uita certe expetenda atq; optanda eſt modo fortunã accidẽtem uita ſignificat.Te.ĩ phor. Quem ego uiderim in uita optimũ.i.mino ribus. Vita ꝑ uictu.Idem ĩ eadẽ. quippe hõ iam grandior pauper cui opera uita erat. D.

Vita a uiuendo dicta.Vi.in.vi. Et ni docta co mes tenuis ſine corpore uitas admoueat.N.

